# Incipit pars Breuiarij hyemalis de tempe

Dn̄ica prima aduētus dn̄i ad primas vš. Añ. Benedictus. cum ceteris añ. ⁊ ps. vt in pſalterio. ¶ Cap̄. Eſaie. ij.

Erit in nouiſſimis
diebus preparatus
mons domus do
mini i vertice mō
tiuꝫ: ⁊ eleuabit̄ ſu
per colles. ⁊ fluēt
ad eum oēs gētes. ⁊ ibūt pp̄li mul/
ti ⁊ dicent. venite aſcendamus ad
montē dn̄i. ⁊ ad domū dei iacob. ⁊
docebit nos vias ſuas. ⁊ ambula
bimus in ſemitis eiꝰ. qꝛ de ſpon ex
ibit lex. ⁊ verbū dn̄i de hierl'm. Deo
grās. ℞. Ecce dies veniūt dicit
dn̄s ⁊ ſuſcitabo dauid germen iu/
ſtū ⁊ regnabit rex ⁊ ſapiēs erit et
faciet iudiciū ⁊ iuſticiā in t̄ra. Et
hoc eſt nomē qḋ vocabit̄ eū domi
nus iuſtus nr̄. vꝰ. In diebus illis
ſaluabit̄ iuda ⁊ iſrl' habitabit con
fidenter. Et h̄. Gl'ia. Et. ℞. non re/
pondi (petitur. ¶ Hymnꝰ
Conditor alme ſiderū eterna lux
credentiū xp̄e redemptor
oīm exaudi p̄ces ſupplicū. Qui cō
dolens interitu mortis perire ſe/
culū ſaluaſti mundū languidum
donās reis remedium. Vergēte
mūdi veſpe ſponſus de thalamo
egreſſus honeſtiſſima virgis ma
tris clauſula. Cuiꝰ forti potentie
genu curuant̄ oīa celeſtia terre
ſtria fatent̄ nutu ſubdita. Occa/
ſum ſol cuſtodiēs luna pallorē re
tinens cādor in aſtris relucēs cer/
tos obſeruat limites. Te depreca
mur agie venture iudex ſcl'i ꝯſer/
ua nos in tp̄e hoſtis a telo p̄fidi.
Laus honor virtus gl'ia deo p̄ri
⁊ filio vna cū ſctō ſpū in ſempiter/
na ſcl'a. Amen. Predictꝰ hym. dr̄ per
totū aduentū ad vš. qn̄ de tp̄e ſerua
tur. v. Rorate celi deſup et nubes
pluant iuſtū. Aperiatur t̄ra ⁊ ger
minet ſaluatorē. Sup mágt Añ.
Ecce nomē dn̄i venit de longinq̄
et claritas eiꝰ replet orbē terrarū
Dn̄s vob. Et cū. Oremus.
Excita qs̄ dn̄e tuoꝝ fideliū
volūtates. vt diuini opis fructū
p̄pēſius exequētes. pietatis tue
remedia maiora p̄cipiāt. P. Dn̄s
vob. Bn̄dicamꝰ dn̄o. Deo. Nulla
ſuffra. ¶ Itē ab aduētu dn̄i vſq̄ ad
feſtū paſce nō dr̄ ſuffra. de ſctā cruce.
Cetera ſuffra. cōſue. p annū nō dicū
tur a primis vš. aduentꝰ dn̄i incluſi
ue vſq̄ ad oct. epi. incluſiue. Nec eti
am tenent̄ hore de regibꝰ neq̄ de ſan
cto petro neq̄ etiā d' dn̄a nr̄a. ſꝫ tn̄ fe
ſta. ix. lec. ⁊ officia. tenent̄ in aduētu.
Feſta vo triū lcō. nō officia. p aduē.
nō ſeruant̄ nec anticipant̄.

## Ad completorium.

Conuerte nos. cū ſuis ps. ⁊c̄. con/
ueni redē (ſue. ¶ Hymnꝰ.
Veni redemptor gentiū oſtēde partū
virginis miretur oē ſe/
ſclm talis decet ptus deū. Nō ex
virili ſemīe ſed myſtico ſpiramīe
verbū dei factū eſt caro fructuſq̄
vētris floruit. Aluus tumeſcit v̄/
gis clauſtra pudoris p̄manet vex
illa virtutū micāt verſat̄ in tēplo
dꝰs. Procedēs de thalamo ſuo pu
doris aula regia gemīe gygas ſb̄/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtantie alacris vt currat viam.
Egreſſus eiꝰ a pr̄e regreſſus eiꝰ
ad patrē excurſus vſq₃ ad inferoſ
recurſus ad ſedē dei. Equalis eē
no pr̄i carnis ſtrophio accingere
infirma nr̄i corporis virtute fir/
mans perpetim. Deo pr̄i ſit ꝛc̄.

Qui venturus ¶ Capitulum
est veniet ꝛ non tardabit. iā
nō erit timor in finibꝰ nr̄is. qm̄ ip
ſe eſt ſaluator noſter. Deo gra. ṽ.
Ex ſyon ſpecies decoris eiꝰ. Deus
noſter mãifeſte veniet. Sup nūc
di. Añ. Bethleem nō es minima i
ꝑncipibꝰ iuda ex te em̄ exiet dux q̄
regat ꝑplm meū iſrael ipſe em̄ ſal/
uum faciet ꝑplm ſuū a peccatis eo
rum. Kyriel. ꝛc̄. Preces cōſue. ſcilicꝫ
Bn̄dicamꝰ pr̄em ꝛc̄. ſine ps̄. Miſe
rere. loco coll. Illumina. ꝺꝛ Colla.

Conſcientias nr̄as qm̄s dn̄e
viſitādo purifica. vt veniēs
ieſus xp̄s dn̄s noſter cū oibus ſan
ctis ſuis: parā ſibi in nobis inue/
niat mãſionē. Qui tecū. Dn̄s vo.
Bn̄dicamus dn̄o. Deo. Et aīe ꝛc̄.
Sequit̄ ab hinc vſq₃ ad natiui. loco
Salue Añ. Ecce vḡgo ꝛc̄. xliv. Hoc
cōpl. preſcriptū dicendū eſt ſingulis
ſabbati. noctibꝰ ꝑ totū aduētuꝫ dn̄i
exceptis feſtis dupli. et ſemid.

## Ad matuti. Inuitat.

Regem ventur̄ dn̄m. Veni/
te adoremꝰ ps̄. Venite. ¶ In
pri. noct. Sup ps̄. Beatꝰ vir q̄ nō.
cum ceteris vndecim ſeq̄ntibus vſq₃
ad ps̄. Confu a. Et dicunt̄ in p̄io
noct. ſꝑ quattuor ps̄. ſub vno Glia
patri. Añ. Hora eſt iā nos de ſom
no ſurgere ꝛ apti ſint ocl'i nr̄i ſur/
gere ad xp̄m q̄ lux vera refulgēs
in celo. ṽ. Egredietur v̄ga de radi
ce yeſſe. Et flos de radice eiꝰ aſcen
det. Pr̄ nr̄. Deinde Et ne. Exaudi.
cum ceteris bn̄dictionibꝰ. Tres lcōes
ꝺ yſaie Req̄re infra. xc. R̄. pri. Aſpi
ciēs a longe ecce video potētiā venientē
ꝛ nebulā totā terrā tegen
tem. Ite obuiā ei dicite. Nūcia no
bis ſi tu es ipſe. Qui regnaturus
es in ꝑplo iſrl. ṽ. Quiq₃ terrigene
ꝛ filij hoim ſimul in vnū diues et
paup. Ite. ṽ. Qui regis iſrl intē/
de qui deducis velut ouē ioſeph q̄
ſedes ſup cherubin. Nuncia. ṽ.
Tollite portas principes vr̄as et
eleuamini porte eťnales ꝛ introi/
bit. Qui re. ſine Glia. nec R̄. Aſpi/
ciēs repetit̄. ¶ Nota q̄ R̄. predictuꝫ
poſt hunc diē nō repetit̄ ꝑ hebd. R̄.
Aſpiciebam in viſu noctis ꝛ ecce
in nubibꝰ celi filius hois venit. Et
datum ē ei regnū ꝛ honor ꝛ omis
ꝑplus tribꝰ ꝛ lingue ſeruiēt ei. ṽ.
Ecce dn̄ator dn̄s cum virtute ve/
niet. Et da. R̄. Miſſus ē gabriel
angelus ad mariā virginē deſpō
ſatam ioſeph nuncians ei verbū
ꝛ expaueſcit virgo de lumie ne ti/
meas maria inueniſti gr̄am apō
dn̄m. Ecce ꝯcipies ꝛ paries ꝛ voca
bitur altiſſimi filius. ṽ. Aue ma/
ria gr̄a plena dn̄s tecū. Ecce. Glia
Ecce. ¶ In. ij. noct. Sup ps̄. Conf
ua. Exaudi. Diligā. Quilibet cum
Glia. Añ. Nox preceſſit dies aūt
appropinquabit abijciamꝰ g̃ opa
tenebrar̄ ꝛ induamur arma luc
ſic vt in die honeſte ambulemꝰ. ṽ.
Egredieť dn̄s de loco ſctō ſuo. Ve
niet vt ſaluet ꝑplm ſuū. Pr̄ nr̄ ꝛc̄.

Tres lcōnes etiam de yſa. R. Aue
maria grā plena dn̄s tecū ſpiritꝰ
ſanctꝰ ſuꝑueniet in te ⁊ vͦtus altiſ
ſimi obūbrabit tibi qd̓ em̄ ex te na
ſcetur ſctm̄ vocabit. Filius dei. v.
Tollite portas ꝑncipes vr̄as ⁊ ele
uamini porte eṫnales ⁊ introibit.
Filiꝰ. R. Saluatorē expectamꝰ
dn̄m ieſum xp̄m Qui reformauit
corpus hūilitatis nr̄e ꝯfiguratuꝫ
corpori claritatis ſue. v. Preoccu
pemꝰ faciē eius in ꝯfeſſiōe ⁊ i pſal
mis iubilemꝰ ei. Qui. R. Audite
verbū dn̄i gentes ⁊ annunciate il
lud in finibus terre ⁊ in inſulis q̄
ꝓcul ſunt dicite. Saluator noſter
adueniet. v. A ſolis ortu ⁊ occaſu
ab aquilone ⁊ mari. Saluator no
ſter. Glia. Sal. ¶ In. iij. noct. Su
per. ps. Celi enar. Exaudiat. Dn̄e i
virtute. Quilibet cum Glia. An.
Sciētes q: hora eſt iā nos de ſom
no ſurgere nūc em̄ ꝓpior eſt nr̄a ſa
lus q̄ꝫ cū credidimꝰ nox preceſſit di
es aūt appropinquabit. v. Ex ſyō
n ſpēs decoris eius. Pr̄ nr̄. ⁊c.
In illo tē. ¶ Scd̄m math. xxj.
Cum appropinquaſſēt hieroſoli/
mis ⁊ veniſſēt betphage ad mon/
tē oliueti: tūc ieſus miſit duos di/
ſcipulos dicēs eis. Ite in caſtelluꝫ
qd̓ ꝯtra vos eſt. ⁊ ſtatim inuenietꝭ
aſinā alligatā ⁊ pullū cū ea. Sol/
uite ⁊ adducite mihi. Et re. Omel.
beati Johis epi. de ead. le.
Miſit ieſus duos diſciplos di/
cens: ite in caſtellū qd̓ contra vos
eſt. ⁊ confeſtim inuenietis aſinaꝫ
alligatā ⁊ pullū cū ea: ſoluite ⁊ ad
ducite mihi. Aſina ⁊ pullus iudei
ſunt ⁊ gentes. Judea em̄ ſm deū:
mater eſt gentiuꝫ. Sic em̄ dicit ad
eā deꝰ per yſaiā ꝓphetā. Et ꝯſtituā
principes tuos ſicut antea. ⁊ cōſi/
liarios tuos ſicut abinitio: ⁊ voca
beris ciuitas iuſticie ⁊ mr̄ ciuita/
tū id eſt ecclīaꝝ fidelis ſyō. Tu au.
R. Ecce virgo ꝯcipiet ⁊ pariet fi/
lium dicit dn̄s ⁊ vocabit nomē eiꝰ
admirabilis. Deꝰ fortis. v. Tolli
te portas ꝑncipes vr̄as ⁊ eleuami
ni porte eternales ⁊ introibit. De
Propter ¶ Le. viij. (us for/
q̄ſdaꝫ tales ſilitudines aīali
bus his aſſilati ſunt hoīes deū vl
filiū non cognoſcentes. Eſt enim
aīal hoc immundū. ⁊ pre ceterꝭ fe/
re iumētis magis irrationabile:
⁊ ſtultū ⁊ infirmū ⁊ igbile ⁊ oneri
ferū magis. Sic fuerūt hoīes an/
te xp̄m. ydolatrijs ⁊ paſſionibꝰ di/
uerſis immundi: ⁊ irritationabi/
les. verbi rōne carētes. quantum
ad deū ſtulti. Tu aūt. R. Obſecro
dn̄e mitte quē miſſurꝰ es vide af/
flictionē ꝑpli tui. Sicut locutus es
veni ⁊ libera nos. v. A ſolis ortu
⁊ occaſu ab aquilone ⁊ mari. Si.
Quid ergo ſtultiꝰ q̄ꝫ ¶ Le. ix.
factorē ꝯtēnere quaſi factu/
rā: ⁊ opus manuū ſuarū adorare
quaſi factorē? Erant infirmi ſm
animā. ⁊ ignobiles. nō valētes re
ſiſtere paſſionibꝰ ſuis: ⁊ obliti ge/
nerationē ſuā celeſtē. facti fuerāt
ſui paſſionū ſuaꝝ ⁊ demonū. qui
bus reſiſtere non valebant. Tu.
R. Letenē celi ⁊ exultet terra iu/
bilate montes laudē quia dn̄s no
ſter veniet. Et pauper ſuoꝝ miſe
rebit. v. Ecce dn̄ator dn̄s cū vir/
tute veniet. Et. Glia. Deinde im/

mediatē dicto Glia patri. repetitur
℟. Letentur loco Te deum. Te de
um. nō dicit per totū aduē. niſi in fe
ſtis duplici. ⁊ ſemid. ß loco Te deū.
repetit immediate poſt Glia. ℟. ix.
vſq ad. v. Deiñ v. añ. lau. Similit
faciēdum eſt etiam i feſt. ſctōꝝ ſim/
pli. ix. lec. Sꝫ feriatis diebus ⁊ quā/
do noct. ſeruat in feſt. offi. nō repetit
ter. ℟. ß dcō Glia. legitur repetitio
tercij ℟. Deiñ. v. añ laud. ¶ Añ lau.
p aduē. tam dñicis qꝫ feria. diebus qñ
noct. ſuatur. v. Ex ſpon ſpēs deco.
I vts. i compl. ¶ Ad laud. Añ.
In die illa ſtillabunt montes
dulcedinē ⁊ colles fluent lac ⁊ mel
alla. ps. Dñs regna. cum cete. ps. q
libet cum Glia. Añ. Iocundare fi/
lia ſyō exulta ſatis filia hierlm al/
lelupa. Añ. Ecce dñs veniet ⁊ om
nes ſancti eius cuꝫ eo ⁊ erit in die
illa lux magna alla. Añ. Omes ſi
tientes venite ad aqs querite do/
minū dum inueniri pōt alla. Añ.
Ecce veniet propheta magnus ⁊
ipſe renouabit hierlm alla. Hy.
Vox clara ecce intonat ob/
ſcura queq increpat pel/
lantur eminꝰ ſomnia ab
ethre xpus pmicat. Mens iam re
ſurgat torpida q ſorde extat ſau/
cia ſydus refulget iam nouuꝫ vt
tollat omne noxiū. E ſurſuꝫ agnꝰ
mittitur laxare gratis debitū oēs
p indulgentia vocē demꝰ cum la/
chrymis. Scdo vt cū fulſerit mū/
dūq horror cinxerit non p reatu
puniat ſed pius nos tunc ptegat.
Laus honor virtꝰ glia ⁊c. Predi/
ctus hy. dr p totū aduentū tā dñicis
qꝫ feriat. diebꝰ excepto qñ de ſctis ca/

nitur. ¶ Capm. yſa. vij.
Ecce vgo ɔcipiet ⁊ pariet fili/
um: ⁊ vocabit nomē eꝰ emanuel.
butirū ⁊ mel comedet: vt ſciat re
probare malū ⁊ eligē bonū. Deo.
v. Aue maria grā plena Dñs te/
cum. Sup bñd. añ. Spūſſanctus
in te deſcēdet maria ne timeas ha
bebis in vtero filiuꝫ dei alla. Dñs
vo. Et cū. Oremꝰ. ¶ Coll.
Deus qui de btē marie virgi/
nis vtero verbū tuū angelo annū
ciāte carnem ſuſcipe voluiſti. pſta
ſupplicibꝰ tuis: vt q vere eā dei ge
nitricē credimꝰ. eiꝰ apd te interceſ
ſionibꝰ adiuuemur. Per eund. Do/
minus vo. Et cū. Bñdica. Deo Et
aīe. Sine ſuffr. ¶ Nota q tm ad pri
mas vs. ⁊ ad mat. huiꝰ dñice nō dr
aliqd ſuffra. cōe. Nota etiā q preces
dñic. diebꝰ p totū annū tā ad matu.
qꝫ ad vs. nō dicunt nec etiā ad. iij. vi
⁊. ix. dicunt preces. Sed ad pri. ⁊ cō/
pleto. dicunt preces conſue. ¶ Ad pri.
hy. Iam luc. ps. Deꝰ ds meꝰ re. cū
cete. ps. Añ. In die illa. vts. in lau.
Cap. Dñe miſeré. ℟. Xpe fi. cū cet.
ſeqntibꝰ ſine ps. Miſerere. vt i pſal.
¶ Notandū q p aduē. ad horas di/
cunt hym. ⁊ ps. cōſue. ſicut extra ad/
uen. ¶ Ad. iij. Añ. Iocundare. vts.
¶ Sequit Capm dñicale. Ro. xiij.
Fr̄es. ſciētes q hora eſt iā nos
de ſomno ſurgere. nūc eīm p
pior eſt nrā ſalus qꝫ cū credidimꝰ.
Deo. ℟. Veni ad liberandū nos.
Dñe ds virtutū. vꝰ. Et oñde faciē
tuā ⁊ ſalui erimꝰ. Dñe. Glia. Ve/
ni. v. Timebūt gentes nomē tuū
dñe. Et oēs reges tre gliam tuaꝫ.
Dñs. vo. Et cum. Coll. dñicalis.

Excita q̄ms dñe poteutiā tuā
ꝛ veni. vt ab iminētib⁹ pctoꝝ
nr̄oꝝ ꝑiculis te mereamur ꝓtegē
te eripi: ꝛ te liberāte saluari. Q̄ vi
uis. ¶ Notaq̄ꝫ Cap̄. predictū scꝫ Fra
tres sciētes. cū coll᷑. Excita q̄s dñe.
sunt de dñica p̄nti. Et ergo qñ alibi ꝑ
hāc hebd᷑. notat᷑ cap̄. ꝛ coll᷑. de dñica.
tūc p̄dicta putant᷑. ¶ Ad. vj. añ. Ecce
dñs ve. vts̄. in lau. Cap̄. ꝛ coll᷑. vts̄. i
ter. ℟. Ostende nob dñe. Miseri/
coꝛdiā tuā. v⁹. Et salutare tuū da
nob. Mis᷑. Glia. Oñ. ṽ. Memen
to nr̄i dñe in bñplacito ꝑpli tui. Vi
sita nos i salutari tuo. ¶ Ad. ix. añ
Ecce veniet ꝓpha. vts̄. Cap̄. ꝛ coll᷑.
vts̄ in. iij. ℟. Sup te hirlm. Orie
tur dñs. v⁹. Et glīa ei⁹ in te videbi
tur. Orie. Glia. Sup. ṽ. Dñe de⁹
ṽtutū ꝯuerte nos. Et oñde facieꝫ
tuā ꝛ salui erim⁹. ¶ Notandum q̄ꝫ
singulis dieb⁹ dñicis ꝑ totū aduen.
qñ de tp̄e seruat᷑ dicunt᷑ añ. de laud᷑. al
ternatis vicib⁹ ad oēs hoꝛas. p̄ter q̄r/
tā añ. Cap̄. ꝛ coll᷑. de dñica cū. ℟. ꝛ ṽ.
vts̄. in hoꝛis notat᷑. ¶ In. ij. vs̄. An
Dixit dñs. cū cete. añ. et ps̄. vt i ꝑsal᷑.
Hẏ. Conditoꝛ. Cap̄. Ecce ṽgo ꝯci.
vts̄. ṽ. Aue maria. Sup magt añ.
Ne timeas maria inuenisti grāꝫ
apō dñm ecce ꝯcipies ꝛ ꝑ aries fili
um all᷑a. Coll᷑. De⁹ q̇ de be. Sequi
tur de oīb⁹ sctis suffra. Ecce dñs ve.
sine ṽ. Col᷑. Cōscias no. lxxix. Sciē
dū q̄ꝫ si festū alicu⁹ scti euenerit ifra
aduē. dñi. tūc post magt. ꝛ in matu.
p⁹ bñdict⁹ dicta Coll᷑. illi⁹ festi dicet᷑
añ. ferial᷑. h̄ est añ. que signat᷑ sup bñ.
aut sup magt illi⁹ ferie in quā cadit
festū cū coll᷑. dñicali. ṽsiculo p̄cedēte.
Roꝛate ce. ad vs̄. vel Emitte ag. ad
mat᷑. Vel si añ. fuerit de dña tūc. ṽ.
erit Aue ma. q̇ d᷑ꝛ tā ad mat᷑. q̄ꝫ ad ve
spe. cū Coll᷑. Deusq̇ ṽ bea. ma. ꝛc̄.

Ad cōpleto. dñicis di
ebus p⁹. ij. vs̄. et ferialib⁹ dieb⁹ ꝑ to/
tū aduen. exceptis fest᷑ dupl᷑. ꝛ semi/
du. Hẏ. cap̄. ṽ. ꝛ coll᷑. vts̄. in cōplet᷑.
Sup nūc di. añ. Ueni dñe visita/
re nos in pace vt letemur coꝛaꝫ te
coꝛde ꝑfeco Kẏriel᷑. ꝛc̄. Preces con/
sue. flexis geni. cū p̄s. Miseré. Qñ
de sctis canit᷑ tūc p̄s. Miserere. non
d᷑ꝛ nec genu flectit᷑.

Feri. ij. et per totū ad/
uen. ferialibus diebus qñ noct᷑. canit᷑.
excepta tm̄ vigil᷑. nati. Ad mat᷑. In
uit᷑. Regē venturū dñm. Venite
adoꝛemus. ps̄. Venite. Finito. ps̄.
Venite. ꝛ Inuit᷑. d᷑ꝛ noctur. ferialis
cū suis añ. ꝛ p̄s. put in psalte. habet᷑.
Finito noct᷑. feria. d᷑ꝛ i qualibet feria
vn⁹ de ṽsicul᷑ vts̄. in dñica ſm oꝛdi/
nē. Ita q̄ꝫ ille ṽsi. illius noct᷑. dicat᷑ de
quo accipiēda sūt ℟. sic ſuabit᷑ ꝑ ad
uen. ꝛ. xl. ꝛc̄. Finito. ṽ. dicat᷑. Pr̄ nr̄.
flexis genib⁹. Et singulis dieb⁹ feria
tis ꝑ aduen. dicunt᷑ Tres lcōes ṽ ẏsa.
vt infra. cū trib⁹ ℟. de dñica put oꝛdi
nari⁹ docet. Ante laud᷑. ṽ. Ex spon.
vts̄. Ad laud᷑. dicunt᷑ añ. ꝛ. p̄s. put i
psalte. habent᷑ vsq̄ꝫ ad anticipatiōeꝫ
laud᷑. que occurrūt p⁹ dñicaꝫ quartā.
Post vltimā añ. in laud᷑. d᷑ꝛ hẏ. Vox
clara. Deiñ Cap̄. ṽ. de dñica aut de
dña vt infra signat᷑. cū añ. sup bñ. ꝛc̄.
¶ Feria. ij. ad mat᷑. Cap̄. Ecce ṽgo
ꝯci. ṽ. Aue ma. Sup bñd᷑. Añ. An
gelus dñi nūciauit marie ꝛ conce
pit de spūsctō all᷑a. Deiñ dicuntur
p̄ces ꝛc̄. flexis genib⁹ tam ad mat᷑. q̄ꝫ



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ad vſ̄.ꝑ totū aduē.feriat͡ dieb⁹ quā/
do noct̄.cū ꝑcib⁹ ſuat̄. Deīn finitis
ꝑcib⁹ hac die d̄r ad mat̄. Coll̄.Deꝰ q̄
de btē ma. Deīn ſuff.ꝛc̄. ¶ Notaq̄
quotieſcūqꝫ ꝑ aduentū añ .ſup mḡt.
ꝛ bñ. fuerit de btā maria v̓gine tunc
cap̄.erit Ecce v̓go ꝯci. v̓. Aue mari.
ꝛ Coll̄.Deꝰ q̄ de btē ma. Et ſi añ.nō
fuerit de btā v̓gine tūc cap̄.ꝛ coll̄.erīt
de dñica. Sup bñ.ꝑ aduē.qñ añ.ſup
bñ.nō fuerit de dña d̄r iſte. v̓. Emit/
te agnū dñe dñatorē tre De petra
deſ̄ti ad montē filie ſpon. Super
mḡt ꝑ aduen.niſi añ. ſup mḡt fuerit
d̓ dña d̄r iſte v̓. Rorate ce. vtſ̄. Hec
ſuff. ſeq̄ntia dicent̄ ꝑ aduē. tā dñicis
die.qꝫ feriali.die.etiā qñ de ſctis ſuat̄
niſi aliud in loco ſuo ſcꝫ ordīari⁹ vtſ̄
notaret̄. ¶ Ad mat̄.de dña nr̄a. ſuff.
Spūſſctūs in te. v̓. Aue ma. Coll̄a
Deꝰ q̄ de btē ma. Deīn d̓ oībus ſan
ctis ſuff. Ecce dñs.ſine v̓. Coll̄. Con
ſcias. ¶ Ad vſ̄.de dña ſuff. Miſſus
ē.cū v̓.ꝛ coll̄.vtſ̄. Deīn de oīb⁹ ſctis
ſuffra. Ecce dñs.ſine v̓. cū coll̄.vtſ̄.
Hec ꝑdicta ſuffra. R̄c.vtſ̄.i ſuffra.
lxxix. Notandū ſi añ.ſup bñ. à mḡt
fuerit de dña tūc non d̄r ſuff. de dña.

## Ferialib⁹ diebus per

aduē. Ad pri. hȳ. Jā luc͡ or. vtſ̄. Añ
Angelus dñi nunciauit marie et
ꝯcepit de ſpūſctō alla. pſ̄. Deꝰ i no
mie. Bti immacul̄.cū ceteris. Cap̄.
Dñe miſeré.cū cete. ſeq̄n.ꝛ pſ̄. Mi/
ſeré.flex.geni. Qñ de ſctis ſuat̄ tunc
pſ̄. Miſeré nō d̄r. ¶ Ad.iij. Añ. Io/
cūdare filia ſpon exulta ſatis filia
hierl̄m alla. Que dicet̄ vſqꝫ ad feriā
iiij.ꝑximā excluſiue. Deinceps vſqꝫ
ad vigil̄.nati.dñi excluſiue d̄r ad ter
tiā Añ. De ſyō exibit lex ꝛ v̓bū dñi
de hierl̄m. Cap̄.ꝛ coll̄.ſꝑ d̓ dñica ꝑxi
mioꝛi tñ ſacta cū R̄.ꝛ v̓.ꝑutſ̄.in dñi/
ca ꝑxia hñt̄. Cap̄.ꝑ hāc hebd̄.ad ho/
ras erit. Fr̄es ſciētes. vtſ̄. cū Coll̄.
Excita q̄s ꝛc̄. ¶ Ad.vj.vſqꝫ vigi. na
ti.dñi excluſiue. Añ. Erūpent mō/
tes iocunditatē ꝛ colles iuſticiā qꝛ
lux mūdi dñs cum potētia venit.
¶ Ad.ix.vſqꝫ ad dñicā.iij.excluſiue.
Añ. Ecce veniet ꝓpħa magnꝰ ꝛ ip
ſe renouabit hierl̄m alla. ¶ Ad vſ̄
ꝑ aduē.añ.fer̄.cū ſuis pſ̄. vt in pſal̄.
Hȳ. Cōditoꝛ. Cap̄.v̓.ꝛ coll̄.vtſ̄. di/
ctū eſt.ſ. de dñica aut d̓ dña ſm q̄ añ
ſup mḡt docet. Hac nocte ad vſ̄.ca/
pi. Sciētes. v̓. Rorate. Sup magt
Añ. Hierl̄m reſpice ad orientē et
vide alla. Deīn ꝑces maio . cū coll̄.
dñicali ſcꝫ Excita q̄s. Deīn ſuff. d̓ do
mīa. Miſſus ē.cū v̓.ꝛ col̄.vtſ̄. lxx/
ix. P⁹ hoc de ſctis ſuffr̄.ſ. Ecce dñs.
ſine v̓. Coll̄. Cōſcias.cū ſua cōcluſio
ne ꝛ Bñdicamꝰ dño. Sic fiet etiā in
alijs ſubſeq̄ntib⁹ ferijs ꝑ aduē.ad ve
ſpe.ſaluis ſaluādis. Cōpl̄.vtſ̄.i dñi
ca p⁹.ij.vſ̄.notat̄. ¶ Fer̄.iij.ſup bñ.
ca.v̓.ꝛ coll̄.de dña. Añ. Añqꝫ ꝯue/
nirēt inuēta ē maria hñs in vtero
de ſpūſctō alla. Sup mḡt Cap̄.v̓.ꝛ
coll̄.de dñica. Añ. Querite dñm dū
inueniri pōt inuocate eū dū ꝓpe ē
alla. ¶ Feria.iiij. Cap̄.v̓.ꝛ coll̄.tā ad
mat̄.qꝫ ad vſ̄ de dñica Sup bñ.añ.
De ſyō exibit lex ꝛ v̓bū dñi de hie/
rusalē. Sup mḡt Añ. Veniet foꝛ/
tioꝛ me poſt me cuiꝰ nō ſum dignꝰ
ſoluere corrigiā calciamēti eiꝰ. ¶ Fe
ria.v.ſup bñ. Cap̄.v̓.ꝛ col̄.d̓ dña.añ
Bñdicta tu in mulieribus ꝛ bñdi
ctus fructꝰ vētris tui. Sup magt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Cap̃.v̓.coll'.de dñica.Añ.Expecta/
bo dñm ſaluatorē meum ⁊ ꝑſtula
bor eũ dũ ꝓpe eſt all'a. ¶ Fer.vj.ad
mat.⁊ vs̃. Cap̃.v̓.⁊ col'.d̓ dñica.Su
per bñ.Añ.Ecce veniet ds̃ ⁊ hõ de
domo dauid ſedere in throno all'a.
Sup mḡt Añ.Ex egypto vocaui
filiũ meũ veniet vt ſaluet ꝑplm ſu
um.¶Sabba.ſup bñ.Cap̃.v̓.⁊ col
lec.de dñica.Añ.Spõ noli timē ec
ce ds̃ tuꝰ veniet all'a.

## Dñica.ij.aduentꝰ Ad

pri.vs̃.añ.Bñdictꝰ.cũ cet.añ.⁊ ps̃.
Hy̓.Conditor. Cap̃.Nũeri.xxiiij.
Orietꝰ ſtella ex iacob ⁊ exurget
hõ de iſrl'. ⁊ erit oĩs terra poſ
ſeſſio eꝰ.Deo.v̓.Rorate.Sup mḡt
Añ.Leua hierl'm ocl'os ⁊ vide po
tentiā regꝭ ecce ſaluator venit ſol/
uere te a vincul'. Col'.Excita q̄s do
mĩe potē.vts̃ ĩ dñica.Suff.de dña
⁊ omnibus ſctis cõſue.niſi ordina.ꝓ/
hibeat.Cõpl'.vts̃.ĩ ſabba.¶Ad ma
REx nr̃ aduenient (tut. Inuit.
xp̃s.Quem iohes p̄dicabat
agnũ eē venturꝝ.ps̃.Venite.In.j.
noct.añ.Hora ē iã.cũ ps̃.⁊ v̓.vts̃.ĩ
dñica vel pſal'.habent.Lcões de yſa.
In pri.noct.℟.Hierl'm cito veni
⁊ ſalus tua q̄re merore ꝯſumeris
nunq̇d ꝯſiliariꝰ nõ eſt tibi q: inno
nauit te dolor.Saluabo te ⁊ libe/
rabo te noli timere.v̓.Iſrl' ſi me
audieris nõ erit in te ds̃ recẽs ne/
q̃ adorab deũ alienũ ego em̄ dñs.
Salua.℟.Ecce dñs veniet ⁊ oẽs
ſcti eiꝰ cũ eo ⁊ erit in die illa lux ma
gna ⁊ exibũt de hirl'ꝫ ſicut aq̄ mũ/
da.Et regnabit dñs in eternum ſup
oẽs gentes.v̓.A ſol' ortu ⁊ occaſu
ab aq̄lone ⁊ mari.Et.℟.Hierl'm
ſurge ⁊ ſta in excelſo ⁊ vide.Iocũ/
ditatē q̄ veniet tibi a deo tuo.v̓.
Leua in circuitu ocl'os tuos ⁊ ꝯtē/
plare.Io.Glia.Io.¶In.ij.noct.
añ.Nox p̄ceſſit.cũ ps̃.⁊.v̓.vts̃.℟.
Ciuitas hierl'm noli flere qm̄ do/
luit dñs ſup te.Et auferet a te om
nē tribulationē.v̓.Ecce dñator
dñs cũ v̓tute veniet.Et.℟.Ecce
veniet dñs protector nr̃ ſctũs iſrael.
Coronā regni hñs ĩ capite ſuo.v̓.
Ecce dñator dñs cũ v̓tute veniet.
Coro.℟.Sicut mr̃ ꝯſolat filios
ſuos ita cõſolabor vos dicit dñs ⁊
de hierl'm ciuitate quā elegi.Ve/
niet vob auxiliũ ⁊ videbitꝭ ⁊ gau/
debit cor vr̃m.v̓.Deꝰ a libano ve
niet ⁊ ſctũs de mõte vmbroſo ⁊ cõ/
dēſo.Vẽi.Glia.Ve.¶In.iij.noct.
Añ.Sciētes q̄r.cũ ps̃.et v̓.vts̃.
IN il.t.¶Scdm Lucā.ca.xxj.
di.ie.d.ſ.Erũt ſigñ in ſole ⁊ lu/
na ⁊ ſtellis.⁊ in t̓ris ꝑſſura genti/
um p̄ ꝯfuſione ſonitꝰ maris ⁊ flu/
ctuũ.areſcētibꝰ hoibus p̄ timore ⁊
expectatiõe q̄ ſupuenient vniuer/
ſo orbi.Et re.Omel'.bti Gre.pa.de.
DOminꝰ aũt redēptor nr̃ pa/
tos nos inuenire deſiderās.
ſeneſcentē mundũ q̄ mala ſequũ/
tur denũciat:vt nos ab eiꝰ amore
cõpeſcat.Appropinquantē eiꝰ ter/
minũ.quãte pſecutiões ꝑueniāt
innoteſcit:vt ſi deũ intueri in trā/
q̇llitate nolimꝰ.ſaltē vicinũ eiꝰ iu
diciũ vel pſecutionibꝰ attriti time
amꝰ.Tu.℟.Hierl'm plātabis vi
neā in mõtibꝰ tuis ⁊ exultab q: di
es dñi veniet.ſurge ſpõ ꝯuertē ad
deũ tuũ gaude ⁊ letare iacob q: de
medio gentiũ.Saluator tuꝰ veni

et. ꝟꝰ. Deꝰ a libano veniet ⁊ ſctũs
de mõte umbroſo ⁊ condẽſo. Sal.
Hic eterẽ lcõni ſcti ¶ Lc. viij.
H euãgelij quã mõ vrã frater/
nitas audiuit: paulo ſupiꝰ dñs p̃
miſit dicẽs. Exurget gẽs ꝯtra gẽ/
tez. ⁊ regnũ aduerſus regnum: et
erũt terremotꝰ magni ꝑ loca: ⁊ pe
ſtilẽtie ⁊ fames. Et q̇buſdã inꝑpo/
ſitis h̃ q̃d mõ audiſtis adiũxit. Et
erũt ſig̃ in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis. ⁊ in
t̃ris p̃ſſura gentiũ: p̃ ꝯfuſiõe ma/
ris ſonitꝰ ⁊ fluctuũ. Tu. R. Egre
diet̃ dñs de ſamaria ad porta; q̃ re
ſpicit ad oriẽtẽ ⁊ veniet in bethle
em ambulãs ſuꝑ aquas redẽptio
nis iude. Tũc ſaluꝰ erit oĩs hõ q̇ ec
te vẽiet. ꝟꝰ. Deꝰ a libano veniet ⁊
ſctũs de monte umbroſo ⁊ ꝯdẽſo.
E x q̃bus ꝑfecto (Tũc. ¶ Lc. ix.
oĩbus alia iã facta cernimꝰ:
alia e ꝓrio iã futura formidamꝰ.
Nã gentẽ ꝯtra gentẽ exurgere ea
rũq; p̃ſſurã in t̃ris inſiſtere plus ĩ
nr̃is tribulatiõibꝰ cernimꝰ: q̃z ĩ co
dicibꝰ legimꝰ. Q̃d terremotꝰ urbeſ
innũeras ſubruat. ex alijs mũdi ꝑ/
tibus ſcitꝭ: q̃z freq̃nter audiuimꝰ.
Peſtilẽtias ſine ceſſatõe patimur
Tu. R. ix. Rex nr̃ aduenïet xp̃us
Quẽ iohẽs p̃dicauit agnũ eẽ ven
turũ. ꝟꝰ. Ecce agnꝰ dei ecce q̇ tollit
pctã mũdi. Quẽ. Glia. Rex. Se/
q̃ns R. dr̃ ꝑ hebd. vts. ordiari. doc̃.
R. Docebit nos dñs vias ſuas ⁊
ambulabimꝰ in ſemitꝭ eiꝰ Quia d̃
ſyõ exibit lex ⁊ verbũ dñi de hieru
ſalẽ. ꝟꝰ. Ex ſyõ ſpecies decoris eiꝰ
d̃s nr̃ manifeſte veniet. Qa. Glia
Qa. Ante laud. ꝟ. Ex ſyon vts. Ad
E cce in nubibus. (laud. Añ.
celi dñs veniet cũ ꝑtãte ma/
gna alla. ps̃. Dñs regñ deco. ⁊c̃. Añ
Urbs fortitudinis nr̃e ſyõ ſaluator
ponet̃ in ea murꝰ ⁊ añmurale apĩ
te portas q̇ nobiſcuz deꝰ alla. Añ.
Ecce apparebit dñs ⁊ nõ mentiet̃
ſi morã fecerit expecta eũ q̇ veni/
et ⁊ nõ tardabit alla. Añ. Mõtes ⁊
colles cantabũt corãz deo laudẽ ⁊
oĩa ligna ſiluaꝝ plaudẽt manibꝰ
q̃m vẽiet dñs dñator in regnũ et̃/
nũ alla al. Añ. Ecce dñs nr̃ cũ vir
tute veniet vt illũiet oc̃los ſ̃uoꝝ;
ſuoꝝ al. Hy. Vox cla. vts. ¶ Cap.
Q Vecũq; ſcp̃ta ſunt Ro. xv.
ad nr̃am doctrinã ſcp̃ta ſũt.
vt ꝑ patiã; ⁊ ꝯſolatiõe; ſcp̃turarũ
ſpem habeamus. Deo. ꝟ. Emitte
agnũ dñe. Sup bñ. Añ. Sup ſoli
um dauid ⁊ ſuꝑ regnũ eiꝰ ſedebit
E xcita do (ineẽnũ; alla. Col.
mĩe corda nr̃a. ad p̃parãdas
unigeniti tui vias. vt ꝑ eiꝰ aduen/
tũ purificatꝭ tibi mẽtibꝰ ſ̃uire me
reãmur. Qte. Suff. d̃ dña. ⁊c̃. Ad
pri. et ad alias hor. añ. de laud. p̃ter
iiij. Ad. iij. vj. et. ix. R. ꝟ. vts. in dñi
ca pri. cũ Cap. ⁊ coll. de dñica p̃nti per
totã hebd. ¶ In. ij. vs̃. añ. Dixit do
minꝰ. cũ cet̃. ⁊ ſuis ps̃. hy. Cõditor.
Cap. Ecce ṽgo. ꝟ. Aue ma. Super
mgt. Añ. Btã es maria q̃ credidi/
ſti ꝑficient̃ in te q̃ dicta ſunt tibi a
dño alla. Coll. Deꝰ q̇ de btẽ marie
Suffra. tm̃ de oĩbꝰ ſctĩs. Cõpl. vts̃.

## Feria. ij. et per ceteraſ

ferias. Inuit. Regẽ venturũ. vts̃.
ps̃. ⁊ añ. noc̃nales vt in pſal. ꝟ. vts̃
Tres lcões de yſa. R. d̃ dñica ꝑxima
p̃terita ſ̃m ordinẽ. Laud. vt in pſal.
Hy. Vox cla. Cap. ⁊ coll. de dñica ꝑ
xima p̃terita. ꝟ. Emitte agnũ. Cete

ra vtš. feria. ij. notat̃. Sup bñ. Añ.
De celo veniet dñator dñs ⁊ in ma
nu ei⁹ honor ⁊ imperiū. Sup mḡt
Añ. Ecce rex veniet dñs t̃re ⁊ ipſe
auferet iugū captiuitatis veſtre.
¶ Fer. iij. Sup bñ. Añ. Super te
hierlm orient̃ dñs ⁊ glīa ei⁹ in te vi/
debit̃. Sup magt añ. Vox clamā
tis in deſerto parate viā dñi rectas fa
cite ſemitas dei nr̃i. ¶ Fer. iiij. Su
per bñ. Añ. Ecce mitto angelū me
um q̇ preparabit viā tuā añ faciē tu
am. Sup mḡt Añ. Syō renoua/
beris ⁊ videb̄ iuſtū tuū q̇ ventur⁹
eſt in te. ¶ Nota ab hac fer. v. ſeq̄nti
vſq₃ ad vigi. nati. habeat̃ ſp reſpect⁹
ad ordinariū de aduētu vtrū aliq̄
laud. p⁹ dñica₃. iiij. ſint hic anticipā/
de ⁊c. ¶ Fer. v. Sup bñ. Añ. Tu es
q̇ ventur⁹ es dñe quem expectaui
mus vt saluū facias pp̄lm tuum.
Sup mḡt Añ. Qui poſt me venit
ante me fact⁹ eſt cuius nō ſum di/
gnus calciamēta ſoluere. ¶ Feria.
vj. Sup bñ. Añ. Dicite puſillani/
mes ɔfortami ecce dñs ds nr̃ veni
et. Sup magt Añ. Cātate dño cā/
ticū nouū laus ei⁹ ab extremis ter
re. ¶ Nō hic etiā habeat̃ reſpect⁹ ad
ordinariū vſq₃ ad natiui. xp̄i. vtru₃
ſup mḡt ſit imponēda. añ. O ſapiē/
tia ⁊c. Tunc quāq₃ hic ⁊ i ceteris ſub/
ſequētib⁹ locis habent̃ añ. ſup magt
ſignate nō dicunt̃ ſup mḡt. ß poſt p
ſuffra. ¶ Sabbato ſup bñ. Añ. Le
uabit dñs ſignū in nationib⁹ ⁊ cō/
gregabit diſpſos iſrl̃.

## Dñica. iij. aduentus.

Ad primas vš añ. Bñdict⁹. cū cete/
ris et ſuis pš. Hẏ. Conditor. Cap.
Quecūq₃. vtš. v. Rorate. Super
mḡt. Añ. Ante me nō eſt format⁹
de⁹ ⁊ poſt me non erit q mihi cur/
uabit̃ omne genu ⁊ ɔfitebit̃ oīs
lingua. Coll. Excita dñe corda. vt
ſup. Sc inde ſuffra. conſue. niſi ordi/
narius vtš. p̄hibet. Cōpl. etiā vtš.
Ecce veīt rex (Ad mat. Inuit̃
Occurram⁹ obuiā ſaluato/
ri nr̃o. pš. Venite. In. j. ij. et. iij. no
ctur. añ. pš. ⁊ v. vtš. in dñica pri. vel
in pſal. hebet̃. Sc lcōes de yſa. R.
Ecce apparebit dñs ſuper nube₃
candidam ⁊ cum eo ſanctoru₃ mi/
lia. Habens in veſtimento ⁊ in fe
more ſuo ſcriptum rex regū ⁊ dñs
dominantiū. v⁹. Ecce dñator dñs
cum virtute veniet. Habens. R.
Bethlee₃ ciuitas dei ſummi ex te
exiet dñator iſrael ⁊ egreſſus ei⁹ ſi
cut a principio dierū eternitatis ⁊
magnificabitur in medio vniuer
ſe terre. Et pax erit in terra noſtra
dum venerit. v⁹. De⁹ a libano ve
niet ⁊ ſanct⁹ de monte vmbroſo ⁊
condenſo. Et. R. Qui venturus ē
veniet ⁊ nō tardabit ⁊ iā nō erit ti
mor in finib⁹ nr̃is. Qm̄ ipſe eſt ſal
uator nr̃. v⁹. Ex ſyon ſpēs decoris
ei⁹ ds nr̃ manifeſte veniet. Qm̄.
Gl̄a. Qm̄. ¶ In. ij. noct. añ. pš. ⁊ v.
vtš. R. Suſcipe v̇bū v̇go maria
quod tibi per angelū a dño tranſ/
miſſum eſt concipies per aurē de/
um paries ⁊ hominē. Vt benedi/
cta dicaris inter oēs mulieres.
v⁹. Aue maria gratia plena domi
nus tecum. Vt be. R. Egypte no
li flere q dñator tu⁹ veniet tibi an
te cuius conſpectum mouebūtur
abyſſi. Liberare populum ſuum
de manu potentie. v⁹. Ecce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dñator dñs cū ꝟtute veniet. Libe.
℞. Prope eſt vt veniat tēpus eiꝰ
⁊ dies eiꝰ nō elongabunt̄. miſere/
bit̄ ds iacob. Et iſrl̄ ſaluabit̄. ꝟ. Q
venturꝰ eſt veiet ⁊ nō tardabit iā
nō erit timor in finibꝰ nr̄is qm̄ ipe
eſt ſaluator nr̄. Et. Glia. Et. ¶ In
iij. noct. añ. pš. ⁊ ꝟ. vtš. ¶ Scd́m
In illo. t. Cum Matth. ca. xj.
audiſſet iohes in vinclis opa
xp̄i. mittēs duos de diſcipulis ſu
is ait illi. Tu es q̄ vēturꝰ es. an ali/
um expectamꝰ. Et rel. Omel. beati
Querendū nō Grego. pa. d.
bis eſt frēs kmi. iohes ꝓpha ⁊
plus q̄ ꝓpha: q̄ venientē ad iorda/
nis baptiſma dñm oñdit dicens.
Ecce agnꝰ dei: ecce q̄ tollit peccata
mūdi: Qui ⁊ hūilitatē ſuā ⁊ diui/
nitatis eius potentiā ꝯſiderās di
cit. Q de terra eſt. de terra loquit̄
q̄ de celo venit ſup oēs eſt. Cur in
carcere poſitus mittēs duos diſci
pulos ſuos. requirit dicēs. Tu es
q̄ vēturus es. an aliū expectamꝰ
tanq̄ ſi ignoraret quē oſtēderat. ⁊
an ipſe ſit neſciat. quē ipm eē pro/
phetādo baptizando oñdendo cla
mauerat: T. ℞. Deſcēdet dñs ſic
pluuia in vellus. Orie̊t in diebus
eiꝰ iuſticia ⁊ abūdantia pacis. ꝟ.
A ſol ortu ⁊ occaſu ab aq̄lone ⁊ ma
Sed hec ci (ri. Orie. ¶ Le. viij.
tius q̄ſtio ſoluit̄: ſi geſte rei tē
pus ⁊ ordo penſet̄. Ad iordanis ei
fluēta poſitꝰ q̄ ipe redēptor mūdi
eēt aſſeruit: miſſus vo in carcerē.
vtrū aliū expectat an ipſe veniat
req̄rit. Nō q̄ ipm eē mūdi redēpto/
rē dubitat: ſed q̄rit vt ſciat ſi is q̄ ꝑ
ſe in mundū venerat. ꝑ ſe etiā ad
inferni clauſtra deſcēdat. Tu. (℞.
Veni dñe ⁊ noli tardare relaxa fa/
cinora plebis tue. Et reuoca diſp/
ſos iſrl̄ in terrā ſuā. ꝟ. A ſol ortu ⁊
occaſu ab aq̄lone ⁊ mari. Et. L. ix.
Dic ḡo tu es q̄ venturꝰ es an ali
um expectamꝰ: Acsi apte di/
cat. Sicut ꝓ nob naſci dignatꝰ es.
an etiā ꝓ hoibus mori digneris ī
ſinua: vt q̄ natiuitatꝭ tue p̄curſor
extiti: mortis etiā p̄curſor fiā. ⁊ vē
turū te inferno nunciē: quē iā ve/
niſſe mūdo enūciaui. Tu. ℞. Ec
ce radix yeſſe aſcendet in ſalutem
ꝓlorꝫ ipm gētes dep̄cabūtur. Et/
erit nomē eiꝰ glīoſū. ꝟ. Deꝰ a liba
no veniet ⁊ ſctūs de mōte vmbro/
ſo ⁊ ꝯdēſo. Et Glia. Ecce ra. ¶ An
te laud. ꝟ. Ex ſyō. vtš. Ad laud. añ.
Veniet dñs ⁊ non tardabit ⁊
illumiābit abſcondita tene
brarꝫ. ⁊ manifeſtabit ſe ad oēs gē/
tes alla. pš. Dñs reg. ⁊c. Añ. Hie
ruſalē gaude gaudio magno q̄a
veniet tibi ſaluator alla. Añ. Da/
bo in ſyō ſalutē ⁊ in hierſlm gliam
meā alla. Añ. Mōtes ⁊ oēs colles
hūiliabunt̄ ⁊ erūt praua ī directa
⁊ aſpa in vias planas veni dñe et
noli tardare alla. Añ. Iuſte ⁊ pie
viuamꝰ expectātes btām ſpem et
aduentū dñi. Hec Añ. Iuſte ⁊ pie
cantanda eſt ad. ix. ſingulis diebus
ab hac die vſq; ad vigiliā natiuitatꝭ
dñi excluſiue exceptꝭ dñica q̄rta ⁊ du
pl. ⁊ ſemid. feſtꝭ. Hy. Vox cla. Cap.
Sic nos exiſti Corinth. j. iiij.
met homo vt miniſtros chri
ſti et diſpenſatores myſteriorum
dei. hic iam queritur inter diſpē/
ſatores. vt fidelis quis inueniat/

niat. Deo. v. Emitte agnū do. Su
per bn̄. Añ. Ioānes aūt cū audiſſ;
in vinculis opa xp̄i mittēs duos d
diſcipulis ſuis ait illi tu es q̄ vētu
rus es an aliū expectam⁹. Do. vo.
AUrē tuā q̄s (Orem⁹. Coll.
dn̄e precib⁹ nr̄is accōmoda:
⁊ mētis nr̄e tenebras grā tue viſi
tatiōis illuſtra. Et vi. Suff. de dn̄a
⁊ de oībus ſctis vtſ. Ad pri. ⁊ ad cet.
hor. añ. de laud. p̄ter q̄rtā. Ad .iij. vj.
⁊ ad. ix. Cap. ⁊ coll. vtſ. in laud. R.
⁊. v. vtſ. in dn̄ica prima. ¶ In. ij. ve
ſpe. Añ. Dixit dn̄s. cū cet. añ. ⁊ ſuis
ps. hy. Cōditor. ¶ Cap. Eſaie. xl.
ECce dn̄s in fortitudīe veniet:
⁊ brachiū ei⁹ dn̄abit ecce mer
ces ei⁹ cū eo ⁊ opus illius corā illo.
Deo. v. Rorate celi. Sup mḡt. Añ.
Tu es q̄ vēturus es an aliū expe
ctamus dicite iohi q̄ vidiſtis ad lu
mē redeūt ceci mortui reſurgunt
paupes euangelizant alla. Colle.
vtſ. in lau. cū ſuff. cōſue. Cōpl. vtſ.
¶ Notandū q̄ cap. vtſ. in laud. d; p
hebd. ad mat. ſilr ad. ter. vj. ⁊. ix.
cū coll. dn̄icali. Et cap. vtſ. in. ij. vſ
d; p hebd. tm̄ ad vſ. etiā cū coll. dn̄i
cali. niſi añ. de feria fuerit de dn̄a ⁊c.

## Feria. ij. ⁊ ceteris feri

is Inuit. Regē vētu. ⁊c. vtſ. fer. ij.
Tres lcōes de yſa. R. vtſ de dn̄ica p
xia preterita except. iiij. tpm. Super
bn̄. Añ. Dicit dn̄s pn̄iā agite ap
propinq̄bit eñ regnū celoꝝ alla.
Ad vſ. cap. v. ⁊ coll. de dn̄a. Super
mḡt aut p ſuff. Añ. Btā; me dicēt
oēs generatiōes q: ancillā hūilē
reſperit ds. ¶ Fer. iij. Sup bn̄. Añ.
Cōſurge ↄſurge induere fortitu
dinē brachiū dn̄i. Super mḡt. Añ.
Eleuare eleuare cōſurge hieſm
ſolue vincla colli tui captiua filia
ſyon.

## Feria. iiij. quattuor tē

porū Ad mat. Inuit. Regē vētur.
añ. ⁊ ps. noctnales. v. Egredietr vir
ga. Lcōes cū R. vt ſequit. ¶ Scdm
IN il. t. Miſſus ē (Lucā. ca. pri.
angelus gabriel a deo in ciui
tatē galilee cui nom nazareth. ad
virginē deſpōſatā viro: cui nomē
erat ioſeph. de domo dauid. ⁊ no
mē virgis maria. Et re. Omel. ve
APtū p facto (nera. Bede pſby.
hūane reſtauratiōis pncipi
ūm. vt angelus a deo mitteret ad
virginē ptu ↄſecrādā diuio: q: pri
ma pditiōis fuit cauſa: cū ſerpēs
a diabolo mittebat ad mlierē ſpū
ſupbie decipiendā: imo ipſe in ſer
pēte diabolus veniebat: q̄ genus
hūanū deceptis parentib⁹ pmis
imortalitat⁹ glīa denudaret. Tu.
R. Clama in fortitudīe qui annū
cias pacē in hieſm dic ciuitatib⁹
iuda ⁊ habitatorib⁹ ſyon. Ecce ds
nr̄ quē expectabam⁹ adueniet. v.
Sup montē excelſū aſcēde tu qui
euāgelizas ſyō exalta in fortitudi
ne vocē tuā. Ecce. ¶ Le. ij.
QUia q̄ mors intrauit p femi
nā: apte redit ⁊ vita p feiā. Illa a
diabolo ſeducta p ſerpentē. viro
guſtū necis obtulit: hec a deo edo
cta p angelū. mūdo ſalutis aucto
rē edidit. Miſſus ē angelus gabri
el a do. Raro āt legim⁹: q: apparē
tes hoibus angeli deſignēt ex noīe
Ergo quotieſcunq: fit. id vtiq: fit.
vt etiā noīe ipſo qd miſtraturi ve
niūt inſinuēt. Gabriel nāq: forti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tudo dei d̃r. Et merito tali noīe ꝑ/
fulget: q̇ naſcituro in carne dei fi/
lio teſtimoniū ꝑhibꝫ. Tu. ℞. Orie
tur ſtella ex iacob ⁊ exurget hō̃ de
iſrl̃ ⁊ ꝯfringet oēs duces alienige
naꝝ. Et erit oīs t̃ra poſſeſſio eius
℣. A ſolis ortu ⁊ occaſu ab aquilo/
ne ⁊ mari. Et erit. ¶ Lect. iij.
CVr aūt ipē dn̄s nō de ſimpli
ci virgīe ſed deſpōſata viro cōcipi
⁊ naſci voluerit: plurime a p̄rib⁹
rōnabiles cauſe ꝓferūtur. E qui/
bus ꝓmaria ē. ne velut ſtupri rea
dānaret̃: ſi virū nō hn̄s filiū ꝓcre
aret. Deinde vt in his etiā q̄ dome
ſtica cura naturalit̃ exigebat: pu/
erpa ſolatio ſuſtētaret̃ virili. Tu.
℞. Modo vēiet dn̄ator dn̄s. Et no
mē ei⁹ emanuel vocabit̃. ℣. Ecce
dn̄ator dn̄s cū virtute veniet. Et.
Glia. Et. ¶ Nota ſi in hac q̃rta feri.
fuerit feſtū. ix. lec. tūc p̄dicta tria. ℞.
ſcꝫ Clama ⁊c̄. legētur feria. vj. ſequē
te ⁊ illa q̄ in eadē fe. vj. hn̄tur legētur
in ſabba. ſeq̄nte. et h̃ ſi feſtū. ix. lec. nō
impedit ⁊ illa q̄ in ſabba. hn̄tur ꝓ tūc
relinq̄nt̃. Laud. ⁊c. ſm̄ q̇ ordiari⁹ vt
ſup̄ docet. Cap. ℣. ⁊ coll. de dn̄a. Su
per bn̄d. An̄. Miſſus ē. vt. ſ. in lau.
fe. iiij. xciiij. Seq̄ns an̄. dicet̃ ꝓ ſuff. ā
alio loco ſup bn̄. ſm̄ q̇ ordia. vt̄s. de
aduē. docet. An̄. Ponā in ſyō ſalu
tē ⁊ in hierlm̄ gliaꝫ meā allá. Pri.
et cete. hor. ſicut hucuſqꝫ. Sup mḡt.
aut ꝓ ſuff. An̄. Ponēt dn̄o gliaꝫ et
laudē ei⁹ in inſul̃ nūciabūt q: ecce
veniet ⁊ nō tardabit. Cetera vt̄s.
¶ Feria. v. ad mat. Inuit. ⁊c. vt̄s.
Lcō d̃ yſa. Tria ℞. de dn̄ica ꝓxima
p̄terita vt̄s. Sup bn̄. An̄. Conſola
mi ꝯſolami ꝑle me⁹ dicit dn̄s vr̄.
Sup mḡt An̄. Letami cū hierlm̄
⁊ exultate in ea oēs q̇ diligit̃ eā in
Feria. vj. quattuor tp̄m (eternū.
Ad mat. Inuit. Regē venturꝝ. vt̄s
an̄. et pſ̄. nocturna. ℣. Egredie. dn̄s
In il. t. Ex ¶ Scd̄m Lucā. ca. j.
urgēs maria abijt ī mōtana.
cū feſtinatiōe in ciuitatē iuda. ⁊ in
trauit domū zacharie ⁊ ſalutauit
elizabet. Et re. Omel. vene. Bede. d̃
LEctio quā audiuim⁹ ſcti euā
gelij: ⁊ redēptōis nr̄e ſp vene
rāda ꝑmordia p̄dicat. ⁊ ſalutaria
ſp imitāde hūilitat⁹ remedia ꝯmē
dat. Prior ḡ nob btā dei genitrix ad
ſblimitatē p̃rie celeſtis iter oñdit
hūilitat⁹: nō min⁹ religiōis. q̃ꝫ ca/
ſtitat⁹ exēplo venerabilis. Tu. ℞.
Egrediet̃ dn̄s ⁊ ꝓliabit̃ ꝯtra gen/
tes. Et ſtabūt pedes ei⁹ ſup mōtes
oliuaꝝ ad orientē. ℣. Ex ſyō ſpēs
decoris ei⁹ d̃s nr̄ māifeſte veniet.
NAnqꝫ ſicut p̄cedē (Et. ¶ Lc. ij.
te ſci euāgelij lcōe cogūim⁹.
poſtq̃ꝫ btā dei gēitrix angelica vi/
ſiōe ꝑiter ⁊ allocutiōe meruit ſub/
limari: p⁹q̃ꝫ ſe celeſti onuſtandaꝫ
ꝑtu didicit. neq̃q̃ꝫ ſe de donis cele/
ſtib⁹ q̄ſi a ſe h̃ eēnt extulit: ſꝫ vt ma
gis magiſqꝫ donis eēt apta diuis.
in cuſtodia hūilitat⁹ greſſuꝫ ment⁹
fixit: ita euāgelizāte ſibi archāge/
lo rn̄dēs. Ecce ancilla dn̄i. fiat mi/
hi ſm̄ verbum tuum. Tu autem.
℞. Precurſor pro nobis ingredi
tur agnus ſine macla ſm̄ ordineꝫ
melchiſedech. Pontifex factus eſt
ineternū ⁊ in ſclm ſeculi. ℣. Ecce
dn̄ator dn̄s cū virtute veniet. Pō.
ET apte poſt viſio/ ¶ Lcō. iij.
nē angeli in mōtana ſubijt
que guſtata ſuauitate ſupnorum
ciuiū. hūilitatis ſe greſſib⁹ ad vir

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tutū alta tranſtulit. Intrat ḡ do/
mū zacharie. atq; eliſabeth ac quā
ſeruū ac p̄curſoꝛē dn̄i pituram no
uerat ſalutat: non q̄ſi dubia d̄ oꝛa
culo qd̓ acceperat: ſed vt cōgratu/
latura de dono qd̓ conſeruā acce/
piſſe didicerat. Tu. ℟. Uidebunt
gentes iuſtū tuū ⁊ cūcti reges in/
clitum tuū. Et vocabitur tibi no/
mē nouū qd̓ os dn̄i noīauit. ℣. Et
eris coꝛona glie in manu dn̄i ⁊ dy
adema regni in manu dei tui. Et.
Glia. Et. Laud. ⁊c. ſm q̇ oꝛdiari⁹
vtē. docet. Cap̄. ℣. ⁊ coll. d̓ dn̄a. Su
p bn̄d. an̄. Ex quo facta ē. vt. j. feria
vj. in laud. xcv. Et ſeq̄ues an̄. dicet̄
p ſuffra. aut alio loco ſup bn̄d. ſm q̇
oꝛdiari⁹ vtē. docet. An̄. Dies dn̄i ſi
cut fur ī nocte ita vēiet ⁊ vos eſto/
te pati q: qua hoꝛa non putatis fi
lius hoīs veniet. ¶ Pꝛima ⁊ cete. ho
re ſicut hucuſq; Sup magt aut ſuf.
An̄. Hoc eſt teſtimoniū qd̓ ꝑhibu
it iohēs q̇ poſt me veniet ante me
factus eſt.

## Sabba. quatuoꝛ tem/ poꝛum.

Ad mat. Inuit. Regē ven.
cum. an̄. ⁊ pē nocturnalibus. ℣. Ex
ſpon. ¶ Scd̓m Lucam. Ca. iij.

Anno quītodecimo impīj ty/
berij ceſaris. p̄curāte pōtio
pylato iudeā. tetrarchā aūt gali/
lee herode. philippo aūt frat̄ ei⁹ te
trarcha yturee ⁊ traconitidis re/
giōis. ⁊ lyſania abiline tetrarcha
ſub p̄ncipib⁹ ſacerdotū āna ⁊ cay/
pha: factū eſt verbū dn̄i ſup iohē;
zacharie filiū in deſ̓to. Et reliqua

Omel. bti Grego. pa. d̓.

Redēptoris nr̄i p̄curſoꝛ q̇ tpe
verbū p̄dicatiōis accepit: memo/
rato romane reipublice p̄ncipe ⁊
iudee regib⁹ deſignat̄ cū d̓r. Anno
q̄ntodecimo tyberij ceſar̄. p̄curā
te pontio pylato iudeā. tetrarcha
aūt galilee herode. philippo autē;
fratre ei⁹ tetrarcha yturee ⁊ tra/
conitidis regionis. ⁊ lyſania abi/
line tetrarcha ſb̄ p̄ncipib⁹ ſacerdo
tū anna ⁊ caypha: factū eſt v̇bu;
dn̄i ſup iohēm zacharie filiū in de
ſerto. Tu. ℟. Emitte agnum dn̄e
dn̄atoꝛe; t̄re. De petra deſerti ad
montē filie ſyō. ℣. Roꝛate celi de/
ſup ⁊ nubes pluāt iuſtū apiat̄ ter
ra ⁊ germiet ſaluatoꝛē. De. Lc. ij.

Quia enī illū pꝛedicare venie
bat: q̇ ex iudea q̄ſdā ⁊ mltos
ex gētib⁹ redēptur⁹ erat. p̄ regē;
gentiū ⁊ p̄ncipes iudeoꝝ: p̄dicati/
onis ei⁹ tp̄a deſign̄t. Q̇a aūt gēti/
litas colligēda erat. ⁊ iudea p̄ cul
pa ꝑfidie diſpgēda: ipa q̄; deſcp̄tō
terreni p̄ncipatus oñdit Q̇m̄ i ro
mana republica vn⁹ p̄fuiſſe d̓ſcri
bit̄: ⁊ in iudee regno p quartā ꝑtē
plrimi p̄ncipabant̄. Tu. ℟. Ger/
minauert̄ cāpi heremi germē odo/
ris iſrl̓ ecce q: d̓s nr̄ in v̇tute veni/
et. Et ſplēdoꝛ ei⁹ cū eo. ℣. Ecce dn̄a
toꝛ dn̄s cū v̇tute veniet. Et. ¶ L. iij

Uoce etenī nr̄i redēptoꝛis d̓r.
Omē regnu; in ſeipm̄ diui
ſum: deſolabit̄. Liquet ḡ q̇ ad finē
regni iudea ꝑuenerat: q̄ tot regi/
bus ſb̄iacebat diuiſa. Apte q̄; non
ſolū quib⁹ regib⁹: ſed q̇bus etiam
ſacerdotib⁹ actū ſit demōſtrat̄. Et
q: illum ioānes baptiſta pꝛedica/
bat. qui ſiml̓ rex ⁊ ſacerdos exiſte/
ret. lucas pꝛedicatiōis ei⁹ tp̄a per

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

regnũ ⁊ ſacerdotiũ deſiḡuit. Tu. ℟. Rorate celi deſuper ⁊ nubes pluãt iuſtũ. Aperiat̃ t̃ra ⁊ germi/net ſaluatorẽ. ℣. Emittet agnũ dñe dñatorẽ terre de petra deſer/ti ad montẽ filie ſyõ. Aperiat̃ Glo ria. Apiat̃. ¶ Laud. ⁊c̃. ſm q̃ ordia rius vts̃. docet. Cap̃. ⁊ coll'. de dñica. ℣. Vox clam. Sup bñd. añ. Omis vallis. vt infra. ſab. in lau. Et ſeq̃ns añ. dicetur pro ſuffra. aut alio loco ſu per bñd. vts̃. ordinarius docet. Añ. Quõ fiet iſtud angele dei q2 virũ in ↄcipiendo nõ pertuli audi ma/ria virgo xp̃i ſpũſanct⁹ ſupueni/et in te ⁊ virt⁹ altiſſimi obũbrabit tibi. P̃ria ⁊ cetere hore ſicut hucuſq̃.

## Dñica. iiij. aduentus

Ad pri. vs̃. añ. Bñdict⁹. cum ceteris ⁊ ſuis ps̃. hẏ. Cõditor. Cap̃. Ecce do min⁹ in for. vts̃. ℣. Rorate. Super magt̃. vel p ſuffra. Añ. Dabit illi dñs ſedẽ dauid pr̃is ei⁹ ⁊ regñbit in eternũ. Coll'a. Aurẽ tuam q̃s dñe. vts̃. Cõpl'. etiã vts̃. Ad mat̃. Inuit̃ Vigilate aĩo. In primo ẽ dñs d̃s noſter. ps̃. Venite. In. j. ij. et. iij. noct̃. añ. p̃s. et. ℣. p oĩa vts̃. ĩ dñica prima. Sex lc̃ões de yſa. ℟. Canite tuba in ſyon. vocate gen tes annunciate pp̃lis ⁊ dicite Ecce de⁹ ſaluator noſter adueniet. ℣. A ſolis ortu ⁊ occaſu ab aq̃lone et mari. Et. ℟. Nõ auferet̃ ſceptrũ de iuda ⁊ dux de femore ei⁹ donec veniat q̇ mittendus ẽ. Et ipſe erit expectatio gentiũ. ℣. Pulchrio res ſunt oculi ei⁹ vino ⁊ dentes ei⁹ lacte candiores. Et. ℟. Me opor/tet minui illũ aũt creſcere Qui p⁹ me venit ante me fact⁹ eſt. cui⁹ nõ ſum dignus corrigiã calciamẽti ei⁹ ſoluere. ℣. Hoc eſt teſtimoniũ qḋ phibuit iohes. Et. Glr̃ia. Qui. ¶ In. ij. noct̃. añ. ps̃. et. ℣. vts̃. in dñi ca. ℟. Ecce iã veniet plenitudo tẽ poris in q̊ miſit d̃s filiũ ſuũ in ter/ris natũ de virgĩe factũ ſub lege. Vt eos q̇ ſub lege erãt redimeret. ℣. Miſit de⁹ verbũ ſuũ ⁊ ſanauit eos ⁊ eripuit eos de interitu eoꝝ. Vt eos. ℟. Virgo iſrl' reuertere in ciuitates tuas uſq̃quo dolens auerteris generabis dñm ſalua/torẽ oblationẽ nouã in terra. Am bulabunt hoĩes in ſaluationẽ. ℣. A ſolis ortu et occaſu ab aquilone ⁊ mari. Amb. ℟. Iuraui dicit do/min⁹ vt vltra iã non iraſcar ſup terrã mõtes eñ ⁊ colles. Suſcipi ant iuſticiã meã ⁊ teſtamentũ pa cis erit in hierlm. ℣. A ſolis ortu ⁊ occaſu ab aq̃lone et mari. Suſci. Glr̃ia. Suſci. ¶ In. iij. noct̃. añ. p̃s. ⁊ ℣. vts̃. in dñica. ¶ Scd̃m Iohez. j. In il. t. Miſerũt iudei ab hie/roſolimis ſacerdotes ⁊ leui/tas ad iohẽ: vt interrogarẽt eũ Tu q̇s es? Et re. Omel'. bti Grego. pa. d Ex huius nob lc̃onis verb frẽs kmi. iohes hũilitas cõmen/dat̃. Q cũ tãte v̇tutis eẽt. vt credi xp̃s potuiſſet: elegit ſolide ſbſiſte/re in ſe. ne hũana opinione rapet̃ inaniter ſup ſe. Nã ↄfeſſus ẽ ⁊ nõ negauit. Cõfeſſus ẽ. q2 nõ ſuʒ ego xp̃s: ſed q̇ dixit nõ ſuʒ. negauit pla ne quod non erat. ſed nõ negauit quod erat vt veritatem loquens eius membrũ fieret: cuius ſibi no mẽ fallaciter non vſurparet. Tu.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

℟. Non diſcedimus a te viuifi-
bis nos dñe ꝛ nomẽ tuuꝫ inuoca-
bimus. Oſtende nobis faciẽ tuaꝫ
ꝛ ſalui erim⁹. ℣. Dñe de⁹ virtutũ
conuerte nos. Oñ. ¶ Lectio. viij.
Alio quippe in loco inquiſitus
a diſcipulis dñs de helie ad-
uentu rñdit. Helias iam venit et
nõ cognouerunt eũ: ſed fecerunt i
eo quecũqꝫ voluerũt. Et ſi vultis
ſcire: iohẽs ipẽ eſt helias. Requiſi
tus aũt iohẽs dixit. Non ſum heli
as. Quid eſt ergo ꝙ frẽs kmi: Ela
qd̕ veritas affirmat: hoc ꝓpha ve-
ritatis negat. Tu. ℟. Intuemi-
ni quant⁹ ſit iſte que igreditur ad
ſaluãdas gentes ipẽ eſt rex iuſti-
cie. Cui⁹ generatio nõ habet finẽ.
℣. Et dñabit̕ a mari vſqꝫ ad ma-
re. Cuius. ¶ Lect. ix.
Valde nãqꝫ iter ſe diuerſa ſũt
ipſe ẽ ꝛ non ſum. Sed ſi ſubtiliter
veritas ipſa requirat̕. hoc qd̕ int̕
ſe ꝯtrariũ ſonuit: quõ cõtrarium
non ſit inuenitur. Ad zachariã nã
qꝫ de iohis ꝓmiſſione angelus di
cit: ipẽ precedet ante illum in ſpũ
ꝛ virtute helie. Qui idcirco vẽtu-
rus in ſpũ ꝛ virtute helie dicitur.
q: ſicut helias ſcdm dñi aduentũ
ꝑueniet: ita ioannes preuenit pri
mũ. Et ſicut ille precurſor ventu-
rus ẽ iudicis: ita iſte precurſor fa-
ctus eſt redẽptoris. Joannes igit̕
in ſpũ helias erat: i pſona halias
non erat. Tu. ℟. ix. Naſcet̕ nob
puulus ꝛ vocabit̕ de⁹ fortis ipẽ ſe
debit ſuper ſedẽ dauid pr̃is ſui et
impabit. Cui⁹ ptãs ſup humeruꝫ
ei⁹. ℣. Ecce aduenit dñator domi
nus ꝛ regnũ in manu eius ꝛ ptãs
et imperium. Cui⁹. Glia. ℟. Na-
ſce. Ante laud. ℣. Ex ſpon. vrs̃.
Canite tuba (¶ Ad laud. añ.
in ſpon q: ꝓpe eſt dies dñi ec-
ce veniet ad ſaluandũ nos all'a al
leluya. ps̃. Dñs reg̃. ꝛc̃. Añ. Ecce
veniet deſiderat⁹ cunctis gentib⁹
ꝛ replebit̕ gloria dom⁹ dñi al'. Añ.
Erunt praua in directa ꝛ aſpera
in vias planas veĩ dñe ꝛ noli tar-
dare all'a. Añ. Dñs veniet occur-
rite illi dicẽtes magnũ ꝑncipiuꝫ ꝛ
regni ei⁹ ñ erit finis ds fortis dña
tor ꝑnceps pacis all'a. Añ. Omi-
potẽs ſmo tuus dñe a regalibus
ſedibus veniet all'a. Hymn⁹. Vox
clara Cap̃. Ecce virgo ℣. Aue ma.
Sup bñd. añ. Aue maria grã ple
na dñs tecũ bñdicta tu in mulieri
bus all'a. Coll'. De⁹ q̇ de btẽ. Seĩn
tm̃ ſuffra. de om̃ib⁹ ſctis. ꝛ nõ plus.
Ad primã ꝛ ad alias horas dicentur
añ. de laud. preter q̃rtaꝫ. Ad tertiam
vj. et ad. ix. Capꝫ. Gaudete. vt in-
fra. cũ. ℟. vrs̃. in prima dñica. Coll'
vt infra i. ij. vs̃. ¶ Jn. ij. vs̃. añ. Di
xit dñs. cũ ceteris ꝛ ſuis añ. ¶ Hy̆.
Cõditor. ¶ Cap̃. Philip. iiij.
Gaudete in dño ſemp. iterꝫ di
co gaudete. modeſtia vr̃a nota ſit
oibus hoib⁹ dñs eĩn ꝓpe eſt. Deo.
℣. Rorate. Sup mãgt. aut ꝑ ſuffra
ſm q ordina. vrs̃. docet. Añ. Ecce
ds nr̃ expectam⁹ eũ ꝛ ſaluabit nos
Excita qm̃s dñe (all'a. Coll'a.
potentiã tuaꝫ ꝛ veni. ꝛ mag̃
nobis virtute ſuccurre. vt ꝑ auxi
lium gratie tue quod noſtra pec-
cata prepediunt. indulgentia tue
propiciationis acceleret. Qui vi.
Comple. vt ſupra. dñica. j. p⁹. ij. vs̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Nota ꝙ Cap̄. ⁊ coll'. vt̄s. in. ij. vs̄.
dñr ꝑ hebd'. ad. iij. ⁊. vj. ⁊ ad. ix. Si/
militer etiā ad mat. ⁊ vs̄. niſi añ. ſup
bñd'. aut mãgt. fuerit de btā ṽgīe vt
ſup̄. ¶ Feria. ij. ⁊ ꝑ ceteras ferias Ad
mat. Inuit. Regē venturū ⁊c̄. vts̄
Lcōes de yſaia. R̄. de hyſto. Canite
tuba. vts̄. in dominica.

## Sequētes laud'. dicū/

tur poſt dñicam q̄rtā. Sz aliquęe ea
rū aliqñ anticipant añ dñicā q̄rtā
vl' vltra. qñ h̄ fieri hz ordinarius de
aduentu vts̄. docet. ¶ Feria ſcd'a ad
(laud'. Añ.
Ecce veniet dñs ꝑn
ceps regū terre bti qui pati
ſunt occurrere illi. (ps̄. Miſerere.
xj. Añ. Cum venerit filiꝰ hoīs pu
tas inueniet fidē ſup terram. (ps̄.
Verba mea xj. Añ. Ecce iā veniet
plenitudo tp̄is in quo miſit deꝰ fi/
lium ſuū in terris. p̄s. Deꝰ ds̄ me/
us. vj. Añ. Haurietis aq̄s in gau
dio de fontibꝰ ſaluatoris. p̄s. Con/
fitebor. vij. Añ Egredietur dñs d̄
loco ſctō ſuo veniet vt ſaluet ꝑplm
ſuū. ps̄. laudate. vij. Hy̆. Vox cla
ra. Cap̄. dñicale. ṽ. Emitte. Sup
bñd'. Añ. Egrediet' virga d̄ radice
yeſſe ⁊ replebit' oīs terra gl'a dñi
⁊ videbit omis caro ſalutare dei.
Preces ⁊c̄. vts̄ Col'. dñi. Ad ho. vts̄
Sup mãgt añ. O. que ſequit' in ordi
ne vſq₃ ad vigil'. natiui. Coll'. dñica.

## Feria. iij. ad laud'. añ:

Rorate celi deſuper ⁊ nubes
pluāt iuſtū aperiat' terra et
germinet ſaluatorē. ps̄. Miſerē.
Añ. Emitte agnū dñe dñatorem
t̄re d̄ petra deſ'ti ad montē filie ſy
on. p̄s. Judica. Añ. Ut cognoſca/
mus dñe in t̄ra viā tuā: in oībus
gētibꝰ ſalutare tuū. p̄s. Deꝰ deus
meꝰ. Añ. Da mercedē dñe ſuſtinē
tibꝰ te vt ꝓphe tui fideles inueniā/
tur. p̄s. Ego dixi. Añ. Lex ꝑ moy/
ſen data eſt gr̄a ⁊ veritas ꝑ ieſum
xp̄m facta eſt. p̄s. laudate. Hym.
Vox clara. Cap̄. dñica. ṽ. Emitte.
Sup bñd'. añ. Tu bethleē t̄ra iu/
da nō eris minima in ꝑncipibus
iuda ex te eīm exiet dux q̄ regat po
pulū meū iſrl'. Coll'. dñica.

## Feria. iiij. ad laud'. añ

Propter ſyon nō tacebo do/
nec egrediat' vt ſplēdor iuſtꝰ
eiꝰ. p̄s. Miſerere. Añ. Prophete
p̄dicauerūt naſci ſaluatorē de vir
gine maria. p̄s. Te decz. Añ. Spi/
ritꝰ dñi ſup me euangelizare pau
peribꝰ miſit me. p̄s. Deꝰ ds̄ meus
Añ. Ecce veniet dñs vt ſedeat cū
ꝑncipibꝰ ⁊ ſoliū gl'ie teneat. p̄s. Ex
ultauit. Añ. Annūciate ꝑplis ⁊ di
cite ecce ſaluator nr̄ vēiet. ps̄. lau
date. Hy̆. Vox cla. Cap̄. Ecce ṽgo
ṽ. Aue maria. Sup bnd'. Añ. Miſ
ſus ē gabriel angelus ad mariā
ṽginē deſpōſatā ioſeph. Coll'. De
us q̄ d̄ btē. Hec Añ. Nolite. q̄ ſequi
tur ſꝑ cātāda eſt in feſto ſcti Thome
apl'i ad mat. poſt coll'. de ſctō thoma
cum coll'. dñica. vel feriali ſm ꝙ ordi/
narius vts̄. docet. Añ. Nolite ti/
mere quinta eīm die veniet ad vos
dominus veſter.

## Feria. v. ad laud'. Añ.

De ſyon venit dñs oīps vt ſal
uum faciet ꝑplm ſuum. (ps̄.
Miſerere. Añ. Cōuertere dñe ali
quantulū ⁊ ne tardes venire ad

ſeruos tuos. pſ. Dñe refugi. Añ. De ſpõ veniet q̇ regnatur⁹ eſt dominus emanuel magnũ nomen ei⁹. pſ. De⁹ ds me⁹. Añ. Ecce deus me⁹ ⁊ honorabo eũ ds pr̃is mei et exaltabo eũ. pſ. Cãtem⁹. Añ. Dominus legifer nr̃ dñs rex nr̃ ipſe veniet ⁊ ſaluabit nos. pſ. Laudate. Hym. Vox cla. Cap. ⁊ coll. de dominica. ꝟ. Emitte. Sup Bñdi. añ. Vigilate aĩo in ꝓrĩo ẽ dñs ds nr̃.

## Feria ſexta ad laudes

Añ. Conſtãtes eſtote videbit⁹ auxiliũ dñi ſup vos. pſ. Miſeré. Añ. Ad te dñe leuaui aĩam meã veni ⁊ eripe me dñe ad te ꝯfugi. pſ. Domĩe exaudi. ij. Añ. Veni dñe ⁊ noli tardare relaxa facinora plebis tue iſrl. pſ. De⁹ ds me⁹. Añ. De⁹ a libano veniet ⁊ ſplendor ei⁹ ſicut lumẽ erit. pſ. Domĩe audiui. Añ. Ego aũt ad dñm aſpiciam ⁊ expectabo deũ ſaluatorẽ meũ. pſ. Laudate. Hy. Vox cla. Cap. Ecce v̇go ꝟ. Aue. Sup bñ. Añ. Ex quo facta eſt vox ſalutatiõis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in vtero meo alla. Coll. de domĩa Deus qui de beate.

## Sabbato ad laud. añ

Benigne fac in bona voluntate tua dñe. pſ. Miſerere. Añ Bonũ eſt ꝯfiteri dño. pſ. Bonuꝫ eſt ꝯfite. Añ. Metuãt dñm oẽs fines terre. pſ. De⁹ ds me⁹. Añ. Expectet ſicut pluuia eloquiũ dñi et deſcẽdet ſup nos ſicut ros de⁹ noſter. pſ. Audite ce. Añ. In cymbalis bñſonantib⁹ laudate dñm. pſ. Laudate. ¶ Nota hec p̃dicta añ. Expectet. ſi vigil. natiuita. in ſabbato venerit tũc eadeꝫ dicet̃ ſup canticum Audite celi. Alias aũt ſemꝑ dicetur ſabbato ꝓximo ante natiuit. feriato ſuper idẽ canticũ. Hy. Vox cla. vt̃s Cap. ⁊ coll. de dñica. ꝟ. Vox clamãtis in deſerto parate viã dñi. Rectas facite ſemitas di nr̃i. Sup bñdi. Añ. Omnis vallis implebitur ⁊ oĩs mons ⁊ collis hũiliabitur. et videbit oĩs caro ſalutare di. ¶ Notandũ q̃ñ infra aduẽ. dñi plures añ. feriales dicunt̃ ſicut q̃ñ laud. añ natiuit. anticipant̃ tunc vna de coll. ſeq̃ntibus dicet̃. ſi coll. dñicalis ſit prehabita. Et q̃ñ hec coll. dicẽde ſunt ordinari⁹ vt̃s. de aduen. docet. ¶ Coll.

Prope eſto dñe oĩbus inuocantib⁹ te in veritate vt in aduentu filij tui dñi nr̃i ieſu xp̃i placidis tibi actib⁹ p̃ſentemur. Per eũdẽ dñm. ¶ Coll.

Mentes nr̃as q̃ms dñe lumĩe tue viſitatõis illuſtra vt eſſe te largiente mereamur ⁊ inter ꝓſpera hũiles ⁊ inter aduerſa ſecuri. Per eund. Alia Coll.

Preſta q̃ms omp̃s deus. vt redẽptionis nr̃e vẽtura ſolẽnitas. ⁊ p̃ñtis vite p̃ſidia cõferat ⁊ eterne btitudinis p̃mia largiat̃. P eund.

## Notandũ q̃ hee ſeq̃ntes

añ. incipiẽde ſunt. xviij. kalend. Januarij. hoc eſt in craſtino Lucie. Et cantãt̃ in veſꝑis ſuper Mgt. Et añ ſup magt vt̃s. in ferijs ſignate dicunt̃ ꝑ ſuffra. Cap. et coll. dicuntur de dñica. cuꝫ ꝟ. Rorate preter ad añ. O virgo virginũ. vbi d: Cap. Ecce virgo. cum ꝟ Aue maria. ⁊ coll.

De⁹ qui de beate. Et pꝛeter ad añ. O tho. vbi dr̄. Cap̄. ℣. et Coll'. vt infra in loco ſuo de ſctō thoma. Et dicẽtur añ. pꝛedicte tali mō. Finito. ℣. ſcꝫ Sicut locutus eſt. cãtatur ſeu legitur immediate añ. O ſapiẽtia. ꝑ totũ. Deinde p⁹ Glia ⁊c̄. repetit̄ iterũ añ. O ſapiẽtia. ꝑ totũ. Poſt. Sicut erat ⁊c̄. repetit̄ adhuc ſemꝉ añ. O ſapiẽtia. ꝑ totũ. Et ſic de alijs añ. ita ꝙ ſemel ante Glia. canten̄t ſeu legẽt ⁊ ſemel p⁹ Glia pri ⁊ ſcꝉ poſt Sicut erat. Deinde p̄ces flexis genib⁹ cum ps̄. Miſerere. exceptis primis ⁊. ij. vs̄. dñice diei. ⁊ qñ de ſctis canit̄. Qñ vo ꝑ ſuff. dicunt̄ tunc legunt̄ vel cantant̄ tm̄ ſemel ⁊ tũc etiã nō dicunt̄ pꝛe(ces ⁊c̄.)

O Sapiẽtia q̄ ex oꝛe altiſſimi ꝓdiſti attingẽs a fine vſqꝫ ad finẽ fortiter ſuauiterqꝫ diſponẽs oia veni ad docendũ nos viam prudentie. Añ. O adonay ⁊ dux dom⁹ iſrꝉ q̄ moyſi in igne flãme rubi apparuiſti ⁊ in ſyna legeꝫ dediſti veni ad redimendũ nos in brachio extẽto. Añ. O radix yeſſe qui ſtas in ſignũ ꝑplo⁊ ſuꝑ quẽ cõtinebunt reges os ſuũ quẽ gẽtes dep̄cabunt̄ veni ad liberandũ nos iaꝫ noli tardare. Añ. O clauis dauid ⁊ ſceptrũ dom⁹ iſrꝉ qui aperis ⁊ nemo claudit. claudis ⁊ nemo aperit veni ⁊ educ vinctũ de domo carceris ſedentẽ in tenebris ⁊ vmbra mortis. Añ. O oriẽs ſplendoꝛ lucis eterne ⁊ ſol iuſticie veni ⁊ illumina ſedentẽ in tenebris ⁊ vmbra mortis. Añ. O thoma didime. Require i feſto ſcti Thome. Añ. O rex gentium ⁊ deſideratus earuꝫ lapiſqꝫ angularis qui facis vtraqꝫ vnum veni ſalua homineꝫ quẽ de limo formaſti. Añ. O emanuel rex ⁊ legifer noſter expectatio gẽtium ⁊ ſaluatoꝛ earũ veni ad ſaluandũ nos dñe de⁹ noſter. Añ. O virgo virginũ quomō fiet iſtō q̄a nec primã ſimilẽ viſa es nec habere ſequentẽ filie hierl'm quid hoc ammiramini diuinũ eſt myſterium hoc quod cernitis ¶ In ꝑfeſto vigil'. nati. Ad vs̄. ps̄ fer. cũ ſuis añ. Hy̆. Conditoꝛ. Cap̄. Ecce virgo ℣. Aue maria. Suꝑ magt̄. añ. O virgo. vts̄. habet̄. cũ ſuffra. ſm q̄ ordinari⁹ vts̄. docet. Cõpleto. vt ſupꝛa.

## In vigilia natiui. domini

Ad mat. Nota ſi vigil'. nati. domini venerit i diem dñicã tũc ad matut̄. Inuit̄. Hodie ſcietis. vt infra. ⁊ dicit̄ Noct̄ dñicalis cũ ſuis añ. ⁊ ℣. d' aduẽ. vt habet̄ dñica prima vꝉ i pſalte. p̄ter ℣. .i. iij. noct̄. loco cui⁹ dicit̄ ℣. Conſtantes eſtote. vt infra. Et dicunt̄ ſex lcōes de yſa. vt infra que ſequũt̄ de oꝛdie. ⁊ cãtant̄ ſex pri. R̄. dñica quarta. ſcꝫ Canite tuba. Sed tria vltima R̄. ⁊ laud'. erũt per oĩa vt infra de vigilia. Et legentur due omel'. Prima de vigil'. p. vij. lcōe Secũda de dñica. p. viij. ⁊. ix. lcōn. Prima ⁊ cete. hoꝛe vt infra ¶ Si vo vigilia venerit in diem ferialem tũc ſeruabitur ad mat̄. Inuit̄. et cetera oĩa vt ſequit̄. ¶ In vigil'. natiuita. dñi. ſi fuerit dies ferial'. Ad mat̄. Inuit̄.

Hodie ſcietis quia veniet dominus. Et mane videbitis gloriã eius. ps̄. Veīte. Quo finito legitur Noct̄. de pſal'. ſm ꝙ feria req̄rit. Finitis ps̄. noct̄. cuꝫ ſuis añ. dicit̄

℣. Conſtantes eſtote. Videbimus
auxilium dñi ſup vos. Pat nr̄ ꝛc.
¶ Scd̄m Matth. pri. ca.
In illo tp̄e. Cum eſſet deſpon
ſata mater ieſu maria ioſeph. an
teq̄ȝ ꝯuenirēt inuenta eſt in vtero
hn̄s de ſpū ſctō. Et re. Omel. Orige/
Cum eſſet deſpōſata mr̄ (nis.
ieſu maria ioſeph. Que fu/
it neceſſitas vt deſpōſata eſſet ma
ria ioſeph. niſi ꝓpterea q̄ten⁹ h̄ ſa/
cramentū diabolo celaret: ꝛ ille
malign⁹ fraudis cōmenta aduer
ſus deſponſatā virginē nulla pe/
nitus inueniſſet? O magne admi
rationis gr̄a: o inenarrabilis ſu/
pne gl̄e ſuauitas: o ineffabile ma
gnūq̄ȝ ſacramentū. Ipſa eadēq̄ȝ
v̄go. ipſa ꝛ mr̄ dñi: ipſa genitrix:
ip̄a ꝛ ei⁹ ancilla. plaſmatio ei⁹: ip/
ſa q̄ genuit. Tu. (℟. Sāctificami
ni hodie ꝛ eſtote pati. Qa die cra/
ſtīa videbit̄ maieſtatē dei i vobis.
℣. Hodie ſciet̄ q: vēiet dñs. Et ma
ne videbit̄ gl̄iaȝ ei⁹. Qa. ¶ Lect. ij.
Quis vnq̄ȝ iſta audiuit? Quis
vidit talia? Quis hoc excogi
tare potuit. ꝙ mr̄ virgo eēt ꝛ in/
tacta gn̄aret. que et virgo pmāſit
et genuit? Sicut eīn quōdaȝ rub⁹
ꝯburi videbat̄. ꝛ ignis eum nō tā
gebat Et ſic tres pueri in camino
ꝯcluſi habebant̄. et tn̄ eos nō lede/
bat incendiū. nec odor fumi erat i
eis: ita hec v̄go genuit dominū: ſȝ
intacta pmanſit Mat̄ effecta ē. ſȝ
virginitatē nō amiſit. Tu au. ℟.
Conſtantes eſtote videbit̄ auxili
um dñi ſup vos iudea ꝛ hirl̄m no/
lite timere Cras egrediemini ꝛ do
minus erit vobiſcū. ℣. Vos q̄ in
puluere eſt̄ expgiſcimini ꝛ lauda
te ecce dñs veniet cū ſalute. Cras.
Genuit infantē: ꝛ vt ¶ Lc. iij.
dictū eſt v̄go pmāſit. Virgo
q̄ genuit: ꝛ virgo pmāſit. Mat̄ fi/
lij facta eſt. ꝛ caſtitatis ſigillū nō
perdidit. Quare? Quia nō hō iſte
erat qui videbat̄. ſed vnigenit⁹ erat
d̄s: qui in carneȝ aduenerat. Nec
ſubito carnaliter genit⁹ eſt. ſed ꝑ/
fecta diuinitas in corpe venit. Tu
aūt. ℟. Sanctificamī filij iſrl̄ dic
dñs in die eīn craſtina deſcēdet do
minus. Et auferet a vob̄ oēm lan
guorē. ℣. Ecce dñs veniet vt ſal/
uos vos faciat ꝛ illumiabit abſcō
dita tenebraȝ. Et au. Gl̄a. Et. Te
deum. nō dicat̄ etiam ſi fuerit dñica.
Ante laud. ℣. Conſtātes eſtote. Vi
debitis auxiliū dñi ſup vos. ¶ Ad
Scitote q: ꝓpe eſt re (laud. Añ.
gnum dei amē dico vobis q:
nō tardabit. Ps̄. ſm ꝙ feria requi/
rit niſi fuerit dñica tunc d: ps̄. Dñs
reḡ. cū ceteris. Añ. Hodie ſciet̄ q̄a
veniet dñs ꝛ mane videbitis glo/
riā eius. Añ. Craſtina die delebi/
tur iniquitas terre ꝛ regnabit ſu
per vos ſaluator mundi. Añ. In/
tuemini quantus ſit gl̄ioſus iſte
q̄ ingredit̄ ad ſaluādos ꝑplos. Si
fuerit ſabba. tūc d: loco Intuemini
añ. Expectet̄. cū ſuo cantico vt̄s. in
laud. ſabba. p⁹ dñicaȝ. iiij. Añ. Cra
ſtina erit vob̄ ſalus dicit dñs d̄s ex
ercituū. Hy̆. Vox cla. Cap. Ecce
virgo. ℣. Aue ma. Sup bñ. Añ. Io
ſeph fili dauid noli timere accipe
mariā cōiugē tuā qd̄ eīn in ea na/
tū eſt de ſpū ſctō ē alla all. Preces di
cunt̄ ad oēs hoſ. niſi fuerit dñica tūc

nulle p̄ces dicuntur p̄ter ad p̄mã
dicunt̃ p̄ces cõſue. ſine p̄s. Miſeré
Coll'. De⁹ q̃ de btē ma. cū ſuffra. de
oibus ſctis. ¶Ad p̄i. Hẏ. Jã lucis.
Añ. Scitote. vts̄. in laud. p̄s. Deus
in noie. cũ ceteris. Si fuerit dñica
tũc dicunt̃ p̄s. De⁹ ds me⁹ reſpice.
xc. Cap. Dñe miſeré. cũ cete. ſequē
tib⁹. Ad hoš. hẏ. cõſue. ¶Ad. iij. Añ.
Leuate capita vr̃a ecce appropin
quat redēptio vr̃a Cap. Gaudete
de dñica. iiij. cũ ℟. Veni ad liberã
dũ. vts̄. dñica prima. Poſt ℟. xpiſte
(℣. Craſtina die delebit̃ iniquitas
terre. Et regnabit ſup vos ds nr̃.
Coll'. Excita q̄s dñe. etiã vts̄. de dñi
ca. iiij. ¶Ad. vj. Añ. Rex pacificus
magnificat⁹ eſt cui⁹ vultũ deſide
rat vniuerſa terra. Cap. ⁊ coll'a. vt
ſupra. in. iij. ℟. Oſtēde nob dñe. vt
ſupra. Poſt ℟. xpiſte. ℣. Craſtina
erit vob ſalus. Dicit dñs ds exer
cituũ. ¶Ad. ix. Añ. Magnificatus
ē rex pacificus ſup oēs reges vni
uerſe terre. Cap. ⁊ coll'a. vts̄. in ter
tia ℟. Sup te hierlm. vts̄. p⁹. ℟.
xpiſte ℣. Conſtãtes eſtote. Videbi
tis auxiliũ dñi ſup vos. Prime vs̄.
et cete. de natiui. xp̄i. Require infra
poſt ſeq̄ntes lectiones. fo. c.

## Sequuntur lectiones

de Eſaie legēde ꝑ aduē. tã dñicis q̃ꝫ fe
riat̃ dieb⁹ q̃n noct. fuat̃ except̃ q̃ttu
or tpib⁹ ⁊ vigi. nati. ¶Le. pri. yſai. j.

V v Iſio yſaie ꝓphete fi
lij amos. quã vidit
ſup iudã ⁊ hierlm: in
diebus ozie ioathan
achaz ⁊ ezechie regũ
iuda. Audite celi ⁊ auribus ꝑcipe
terra: qm̃ dñs locut⁹ ē. Filios enu
triui ⁊ exaltaui: ipi aũt ſpreuerũt
me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuũ.
⁊ aſinus preſepe dñi ſui: iſrl' autẽ
me nõ cognouit: ⁊ ꝓplus me⁹ non
intellexit. Hec dicit dñs ds: ꝯuerti
mini ad me. ⁊ ſalui eritis. Deo g̃.
Ve gēti peccatrici ꝓplo graui ini
quitate: ſemini neq̃ꝫ filijs ſcelera
tis. Dereliquerunt dñm. blaſphe
mauerunt ſanctũ iſrl'. ab alienati
ſunt retrorſum. Sup quo ꝑcutiã
vos. vltra addētes ꝑuaricationē?
Oē caput languidũ ⁊ omne cor
merēs: a plãta pedis vſq̃ꝫ ad ver
ticē nõ eſt in eo ſanitas. Hec.
Vulnus ⁊ liuor ⁊ plaga tumens
nõ eſt circũligata: nec curata me
dicamine neq̃ꝫ fota oleo. Terra ve
ſtra deſ'ta: ciuitates vr̃e ſuccenſe
igni. Regionē vr̃ã in ꝯſpectu ve
ſtro alieni deuorant: ⁊ deſolabit̃ ſi
cut in vaſtitate hoſtili. ⁊ derelinq̃
tur filia ſyon. vt vmbraculũ in vi
nea: ⁊ ſicut tuguriũ in cucumera
rio: ſicut ciuitas q̄ vaſtat̃. Hec.
N Iſi dñs exercituũ reliquiſſet
nobis ſemē: q̄ſi zodoma fuiſ
ſemus. ⁊ q̄ſi gomorra ſiſes eſſem⁹.
Audite verbum dñi ꝑncipes zodo
moꝝ: ꝑcipite aurib⁹ legẽ dei nr̃i
ꝓplus gomorre. Quo mihi multi
tudinē victimaꝝ veſtrarũ dicit do
min⁹: Plen⁹ ſum. Holocauſta ari
etũ ⁊ adipẽ pinguiũ ⁊ ſanguinẽ
vituloꝝ ⁊ agnoꝝ ⁊ hircoꝝ nolui.
Cum veneritis ante con (Hec.
ſpectũ meũ: q̄s queſiuit hec d ma
nibus veſtris vt ambularetis in
atrijs meis. Ne offeratis vltra ſa
crificiũ fruſtra: incēſum abomia

tio eſt mihi. Neomeniā ⁊ ſabbatū
⁊ feſtiuitates alias non ferā. Ini/
qui ſunt cetꝰ veſtri. Kalendas ve/
ſtras ⁊ feſtiuitates veſtraſ: odiuit
aīa mea. Facta ſūt mihi moleſta:
laboraui ſuſtinēs. Hec.

Et cū extēderitꝭ manꝰ vr̄as auer
tā oculos meos a vobis: ⁊ cū mul
tiplicaueritis orationē. nō exaudi
am: manus em̄ vr̄e ſanguine ple
ne ſunt. Lauamini mundi eſtote:
auferte malū cogitationū veſtra
rū ab oculis meis. Quieſcite per/
uerſe agere: diſcite benefacere: q̄/
rite iudiciū. ſubuenite oppreſſo. iu
dicate pupillo. defendite viduā: ⁊
venite ⁊ arguite me. dicit dn̄s: cō/
uertimi ad me. ⁊ ſalui eritis. Deo
gratias.

Quomō facta eſt
meretrix ciuitas fidelis: ple
na iudicij. Iuſticia requieuit in ea:
nunc aūt homicide. Argentū tuū
verſum eſt in ſcoriā. Vinū tuū mi
xtum eſt aqua: pricipes tui inobe
dientes ſocij furū. Om̄es diligūt
munera: ſequunt̄ retributiones.
Pupillo non iudicant: ⁊ cauſa vi/
due non ingredit̄ ad eos. Hec.

Propter hoc ait dn̄s ds̄ exercitu
um fortis iſrl̄. Heu ego cōſolabor
ſup hoſtibꝰ meis: ⁊ vindicabor de
inimicis meis. Et ꝯuertā manū
meā ad te. excoquā ad purū ſcoriā
tuā: ⁊ auferā om̄e ſtannum tuū. ⁊
reſtituā iudices tuos vt fuerūt ꝓ/
us. ⁊ ꝯſiliarios tuos ſicut antiqui
tus. Poſt hoc vocaberꝭ ciuitas iu/
ſti. vrbs fidelis. Hec dicit.

Syon in iudicio redimet̄: ⁊ redu
cent eā in iuſticiā. Et ꝯteret ſcele/
ſtos ⁊ peccatores ſimul ⁊ qui dere
liquerūt dn̄m ꝯſument̄. Confun/
dent̄ em̄ ab idolis quibꝰ ſacrifica/
uerūt. Et erubeſcetis ſup ortis q̄s
elegeratis: cū fueritis velut quer
cus defluentibꝰ folijs ⁊ velut ortꝰ
abſq₃ aqua. Et erit fortitudo vr̄a
vt fauilla ſtuppe: ⁊ opus veſtrū q̄/
ſi ſcintilla. Hec dicit.

Verbū dn̄i qđ vidit eſaias fi/
lius amos: ſup iudā ⁊ hieru
ſalē. Et erit in nouiſſimis diebꝰ ꝑ/
paratꝰ mons domꝰ dn̄i in vertice
montiū: ⁊ eleuabit̄ ſup colles. Et
confluent ad eū oēs gētes: et ibūt
ppl̄i multi ⁊ dicent. Venite aſcēda/
mus ad montē dn̄i: ⁊ ad domū dei
iacob. ⁊ docebit nos vias ſuas: et
ambulabimꝰ in ſemitis eiꝰ. qꝛ de
ſyō exibit lex: ⁊ verbū dn̄i ď hirlm.
Hec dicit.

Et iudicabit dn̄s gē/
tes: ⁊ arguet ppl̄os. Et cōflabunt
gladios ſuos in vomeres: ⁊ lance
as ſuas in falces. Nō leuabit gēs
ꝯtra gentē gladiū: nec exercebun
tur vltra ad preliū. Domus iacob
venite et ambulemꝰ in lumīe dn̄i
nr̄i. Proiecisti em̄ ppl̄m tuū domū
iacob: qꝛ repleti ſunt vt olim. ⁊ au
gures habuerūt vt philiſtijm: ⁊ pu
eris alienis adheſerūt. Hec di.

Repleta eſt terra auro ⁊ argen/
to: ⁊ non eſt finis theſauroꝝ eius.
Et repleta eſt t̄ra eiꝰ eq̄s: ⁊ innūe/
rabiles q̄drige eius. Et repleta ē
t̄ra eiꝰ idolis. Opꝰ manuū ſuarū
adorauerūt: qđ fecerūt digiti eoꝝ.
Et incuruauit ſe hō: ⁊ hūiliatꝰ eſt
vir. Ne ḡ dimittas eis. Ingrede/
re in petrā. ⁊ abſcōdere i foſſa hu/
mo: a facie timoris dn̄i ⁊ a gl̄a ma
ieſtatis eiꝰ. Ocli ſublimis hoīs hu

militati ſunt. ⁊ incuruabitur alti/
tudo viroꝝ. Hec dicit.
EXaltabit᷑ aūt dn̄s ſolus ī die
illa: qꝛ dies dn̄i exercituū ſup oēm
ſupbuꝫ ⁊ excelſuꝫ ⁊ ſup oēm arro/
gantē: ⁊ hūiliabit᷑. ⁊ ſup omēs ce/
dros libani ſublimes et erectas. ⁊
ſup oēs quercus baſan. ⁊ ſup om
nes mōtes excelſos. ⁊ ſup oēs col/
les eleuatos. ⁊ ſup oēm turrim ex
celſam. ſup oēm muꝝ munitū. et
ſup oēs naues tharſis: ⁊ ſup om̄e
qđ viſu pulcrū eſt. Hec di.
Et incuruabit᷑ om̄is ſublimitas
hoīm: ⁊ hūiliabit᷑ altitudo viroꝝ
Et eleuabit᷑ dn̄s ſolus in die illa: ⁊
idola penit᷒ cōterent᷑. ⁊ introibūt
in ſpelūcas petraꝝ. ⁊ in voragīes
t͛re a facie formidinis dn̄i. ⁊ a glīa
maieſtatis ei᷒ cū ſurrexerit ꝑcutē
In die illa ꝓiciet (terrā. Hec di.
hō idola argenti ſui ⁊ ſimulachra
auri ſui q̄ fecerat ſibi. vt adoraret
talpas ⁊ veſptiliones. Et ingredi
etur ſciſſuras petraꝝ. ⁊ in cauer/
nas ſaxoꝝ a facie formidis dn̄i. ⁊ a
glīa maieſtat᷒ ei᷒. cū ſurrexerit ꝑ/
cutere terraꝫ. Quieſcite ġ ab hoīe
cui᷒ ſpūs in narib᷒ eius eſt. qꝛ ex/
celſus reputat᷒ eſt. Hec di.
Ecce em̄ dn̄ator dn̄s exercitu/
um auferet ab hirlm̄ ⁊ ab iuda va
lidum ⁊ fortē: om̄e robur panis. ⁊
om̄e robur aq̄. ⁊ fortē ⁊ virū bella
torē ⁊ iudicē ⁊ ꝓphaꝫ ⁊ arioluꝫ ⁊ ſe/
nē. ꝑncipē ſup quinq̄gīta ⁊ hono/
rabilē vultu: ⁊ ꝯſiliariū ⁊ ſapiētē
⁊ de architect᷒ ⁊ prudentē eloquīj
myſtici. Et dabo pueros ꝑncipes
eoꝝ. ⁊ effemiati dn̄abunt᷑ eis. Hec
Et corruet ꝑpl̄s vir ad virū: ⁊ vn᷒
q̄ſq; ad ꝓximū ſuū. Tumultuabit᷑
puer ꝯtra ſenē: ⁊ ignobil᷒ ꝯtra no
bileꝫ. Apprehēdet em̄ vir fratrē ſu/
um domeſticū pr̄is ſui ⁊ dicet. Ve
ſtimentū tibi eſt. ꝑnceps eſto no/
ſter. Ruina aūt hec: ſb̄ manu tua.
Rn̄debitq; in illa die dicēs. Non ſū
medicus. ⁊ in domo mea nō eſt pa
nis neq; veſtimentū. Nolite cōſti/
tuere me ꝑncipeꝫ. Hec di.
Ruit em̄ hierl̄m ⁊ iudas cōcidit.
qꝛ lingua eoꝝ ⁊ ad inuentiōes eo/
rū ꝯtra dn̄m: vt ꝓuocarēt oculos
maieſtatis ei᷒. Agnitio vultus eo
rū reſpondebit illis: ⁊ peccatū ſu/
um q̄ſi zodoma p̄dicauerūt nec ab/
ſcōderūt. Ve aīe eoꝝ: qm̄ reddita
ſunt eis mala. Dicite iuſto qm̄ be/
ne: qm̄ fructū ad inuentionū ſua/
rū comedet. Ve impio in malum.
Retributio em̄ manuū ei᷒ fiet ei.
POpulū meuꝫ exacto/ (Hec.
res ſui ſpoliauerūt: ⁊ mulie
res domiāte ſunt eis. Popule me
us q̄ beatū te dicūt ipſi te decipiūt
⁊ viā greſſuū tuoꝝ diſſipant. Stat
ad iudicandū dn̄s: ⁊ ſtat ad iudicā
dos ꝑplos. Dn̄s ad iudiciū veniet
cū ſenib᷒ ꝑpli ſui et ꝑncipib᷒ eius.
Vos em̄ depaſti eſtis (Hec dic.
vineā meā: ⁊ rapina paupis ī do/
mo vr̄a. Quare atterit᷒ ꝑplm̄ me/
um: ⁊ facies pauperuꝫ cōmolitis
dicit dn̄s ds̄ exercituū: Et dixit do
min᷒ ds̄. Pro eo ꝙ eleuate ſunt fi/
lie ſyon ⁊ ambulauerūt extēto col
lo: ⁊ nutib᷒ oculoꝝ ibāt: ⁊ plaude/
bāt ⁊ ambulabāt ⁊ pedib᷒ ſuis cō
poſito gradu incedebāt: decalua/
bit dn̄s verticē filiaꝝ ſyō. ⁊ dn̄s cri
neꝫ eaꝝ nudabit. Hec dicit.

Idolum est simulachrum
Idos grece forma dr
Vorago dr barathrum
q in eam cadētes non
emergant sed deuorari
videantur
Simulachrū a simulo dr
et est aliquid ficta imago
Talpa aīal sub [illegible]
captus oculis
Vespertilio auis mixte
nature a vespere dicta
qr vesperi volat. Gradit᷑
quatuor pedibus / parit
pullos viuentes nō oua
quos lacte nutrit [illegible]
dentibus [illegible]
Cauerna grauitas
quedam terre varia dr
et obscura

Architectus l' etiam dr
ab archos qd est princeps
et tecton faber principalis

In die illa auferet dñs ornamen
tũ calciamentoꝝ tuoꝝ: ⁊ lunulas
⁊ torques. ⁊ monilia ⁊ armillas ⁊
mitras. Et erit ꝓ ſuaue odore fe/
tor. ⁊ ꝓ zona funiculus: ⁊ ꝓ criſpā
te crine caluitiũ. ⁊ ꝓ faſcia pecto/
rali ciliciũ. Pulcerrimi q̃z viri tui
gladio cadēt. ⁊ fortes tui in ꝑlio: ⁊
merebũt atq̃z lugebũt porte eiꝰ: ⁊
deſolata in terra ſedebit. Hec.
Apprehēdēt ſeptē mlieres vi
rũ vnuz i illa die dicētes. Pa
nē nr̃m comedemꝰ ⁊ veſtimētis no
ſtris operiemur: tm̄mō inuocet̃ no/
mē tuũ ſup nos. aufer opprobriuz
nr̃m. In die illa erit germē dñi in
magnificētia ⁊ glĩa: ⁊ fructꝰ t̃re ſu
limis. ⁊ exultatio his q̇ ſaluati fue
rint de iſrl̃. Et erit oīs q̇ relictꝰ fue
rit in ſyō. ⁊ reſiduꝰ in hierl̃m: ſan/
ctus vocabit̃ oīs q̇ ſcp̃tus ē in vita
Cũ abluerit dñs (hierl̃m. Hec.
ſordē filiaꝝ ſyō. ⁊ ſanguinē hirl̃m
lauerit de medio eiꝰ. in ſpũ iudicij
⁊ ſpũ ardoris. Et creabit dñs ſup
oēm locũ mōtis ſyō. ⁊ vbi inuoca/
tus ē nubē p die: ⁊ fumũ ⁊ ſplēdo/
rē ignis flāmantis in nocte. Sup
oēm em̄ glĩaꝝ ꝓtectio ⁊ tabnaculũ
erit in vmbraculuz diei ab eſtu. ⁊ i
ſecuritatē ⁊ abſcōſionē a turbine
Cātabo dilecto (⁊ pluuia. Hec.
meo canticũ patruelis mei vinee
ſue. Vinea facta eſt dilecto meo in
cornu filio olei. ⁊ ſepiuit eā ⁊ lapi/
des elegit ex ea: ⁊ plātauit vineaz
electā. ⁊ edificauit turrim i medio
eiꝰ: torcular extruxit in ea. ⁊ expe/
ctauit vt faceret vuas. ⁊ fec labru
Nunc ḡ hitatores (ſcas. Hec.
hierl̃m ⁊ viri iuda iudicate
inter me ⁊ inter vineā meā. Qd ē

qd vltra debui facē vinee mee. ⁊ ñ
feci ei? An q' expectaui vt faceret
vuas. ⁊ fecit labruſcas? Et nũc oſtē
dā vob̄ q̇d ego faciā vinee mee. Au
ferā ſepē eiꝰ. ⁊ erit in direptõez: di
ruā maceriā eiꝰ. ⁊ erit i ↄculcatio
nē. Et ponā eā deſertā nõ putabit̃ ⁊
Et aſcendēt ſup (nõ fodiet̃. Hec.
eā vepres ⁊ ſpine. ⁊ nubibꝰ māda
bo ne pluāt ſup eā ymbrē. Vinea
em̄ dñi exercituũ domꝰ iſrl̃ē: ⁊ vir
iuda germē eiꝰ delectabile. Et expe
ctaui vt facēt iudiciũ. ⁊ ecce iniqui
tas: ⁊ iuſticiaz ⁊ ecce clamor. Ve q̇
ↄiũgitis domũ ad domũ: ⁊ agruz
agro copulatꝭ vſq̃z ad terminũ lo
Nũqd vos ſoli hitabitꝭ (ci. Hec.
in medio t̃re? In auribꝰ meis ſũt
h̄ ait dñs exercituũ. Niſi domus
mlte deſerte fuerint. grādes ⁊ pul/
cre abſq̃z hitatore. Decē em̄ iuge/
ra vineaꝝ faciēt lagũculaz vnā: ⁊
triginta modij ſemētis faciēt modi
Ve q̇ ↄſurgitis (os tres. Hec.
mane ad ſectandā ebrietatē
⁊ potandũ vſq̃z ad veſpaz. vt vino
eſtuetꝭ. Cithara ⁊ lira ⁊ tympanũ
⁊ tibia ⁊ vinũ in conuiuijs vr̃is. ⁊
opꝰ dñi nõ reſpicitꝭ: nec opa ma/
nuũ eiꝰ ↄſideratis. Propterea ca
ptiuꝰ ductꝰ eſt pplš meꝰ: q2 nõ ha/
buit ſciaz: ⁊ nobiles eiꝰ interierũt
fame. ⁊ mltitudo eius ſiti exaruit
Propterea dilatauit infer/ (Hec.
nus aīaz ſuā: ⁊ apuit os ſuũ abſq̃z
vllo termio. Et deſcēdēt fortes eiꝰ
⁊ pplš eiꝰ ⁊ ſublimes glĩoſiq̃z eiꝰ ad
eũ. Et incuruabit̃ hõ et hũiliabit̃
vir. ⁊ ocli ſublimiũ depmenẗ. Et ex/
altabit̃ dñs exercituũ in iudicio: ⁊
deꝰ ſctũs ſcificabit̃ in iuſticia Hec.
Et paſcent̃ agni iuxta ordinē ſuũ

⁊ deſerta in vbertatē verſa: adue
ne comedēt ea. Ve q̄ trahitis iniq̄
tatē in funiculis vanitatis: ⁊ qua
ſi vinculū plauſtri pctm̄. Qui dici
tis feſtinet ⁊ cito veniet op⁹ eius:
vt videam⁹. ⁊ appropiet vt veniat
cōſiliū ſcti iſrl. ⁊ ſciem⁹ illud. Hec.
Ve q̄ dicitis malū bonū. ⁊ bo/
nū malū: ponētes tenebras
lucē. ⁊ lucē tn̄bras: ponētes ama/
rū in dulce. ⁊ dulce in amarꝫ. Ve q̄
ſapiētes eſtis in oclis vrīs: ⁊ coraꝫ
vobiſmetipſis prudētes. Ve q̄ po/
tētes eſtis ad bibendū vinū: ⁊ viri
fortes ad miſcendū ebrietatē Qui
iuſtificat̄ impiū ꝓ munerib⁹: ⁊ iu
ſticiā iuſti auferetis ab eo. Hec.
Propter h̄ ſicut deuorat ſtipulaꝫ
lingua ignis. ⁊ calore flāme exu/
rit: ſic radix eorū q̄ſi fauilla erit. ⁊
germē eoꝝ vt puluis aſcēdet. Ab/
iecert em̄ legē dn̄i exercituū: ⁊ elo
quiū ſcti iſrl̄ blaſphemauert. Jdo
irat⁹ eſt furor dn̄i in pplm ſuū: ⁊ ex
tēdit manū ſuā ſup eum: ⁊ pcuſſit
eū. Et ɔturbati ſūt mōtes: ⁊ facta
ſunt morticinia eoꝝ q̄ſi ſterc⁹ i me
In oībus his (dio plateaꝝ. Hec.
nō eſt auerſus furor ei⁹: ſed adhuc
man⁹ eius extenta. Et eleuabit ſi/
gnū i natiōib⁹ pcul: ⁊ ſibilabit ad
eū de finib⁹ terre. Et ecce feſtinus
velocit̄ veniet: nō eſt deficiēs neqꝫ
laborās in eo. Nō dormitabit neqꝫ
dormiet: neqꝫ ſoluet̄ cinglm renuꝫ
ei⁹. nec rūpet̄ corrigia calciamēti
ei⁹. Sagitte ei⁹ acute: ⁊ oēs arcus
In anno q̄ (ei⁹ extenti. Hec.
mortu⁹ eſt rex ozias. vidi do
minū ſedentē ſup ſoliū excelſuꝫ et
eleuatū. ⁊ plena erat dom⁹ a ma/
ieſtate ei⁹: ⁊ ea q̄ ſb illo erāt imple
bāt templū. Seraphin ſtabāt ſup
illud: ſex ale vni: ⁊ ſex ale alt̄i. Du
ab⁹ velabāt faciē ei⁹: ⁊ duab⁹ ve/
labāt pedes ei⁹: ⁊ duab⁹ volabāt.
Et clamabāt alter ad alterū: ⁊ di/
cebāt. Sanct⁹. ſctūs. ſanct⁹ dn̄s de
us exercituū: plena eſt oīs t̄ra glo
ria ei⁹. Et cōmota ſunt ſuplimia/
ria cardinū a voce clamātiū: ⁊ do
mus īpleta eſt fumo ⁊ dixi. Ve mi
hi q: tacui. q̄a vir pollutus labijs
ego ſuꝫ. ⁊ in medio ppl̄i polluta la/
bia habētis ego habito: ⁊ regē do
minū exercituum vidi oclis meis
Et volauit ad me vn⁹ de (Hec.
ſeraphin. ⁊ in manu ei⁹ calculus
quē forcipe tulerat de altari: ⁊ te/
tigit os meuꝫ ⁊ dixit. Ecce tetigi h̄
labia tua. ⁊ auferet̄ iniq̄tas tua. ⁊
pctm̄ tuū mūdabit̄. Et audiui vo
cē dn̄i dicentis. Quē mittā aut q̄s
ibit nob̄? Et dixi. Ecce ego. mitte
me. Et dixit. Vade ⁊ dices pplo hu
ic. Audite audiētes me. ⁊ nolite in
telligere: ⁊ videte viſioneꝫ. ⁊ noli/
te coḡſcere. Exceca cor ppl̄i hui⁹. et
aures ei⁹ agg̃ua: ⁊ oclos ei⁹ clau/
de. ne forte videat oclis ſuis. ⁊ au/
ribus ſuis audiat. ⁊ corde ſuo ītel/
ligat. ⁊ ɔuertat̄ ⁊ ſanē eū. Hec di.
Et dixi. Vſqꝫ q̊ dn̄e? Et dixit. Do/
nec deſolent̄ ciuitates abſqꝫ habi/
tatore: ⁊ dom⁹ ſine hoīe. Et t̄ra re
linquet̄ deſ̄ta. ⁊ longe faciet domi
nus hoīes. Et multiplicabit̄ q̄ de/
relicta fuerat i medio t̄re. ⁊ adhuc
in ea decimatio. Et ɔuertet̄. ⁊ erit
in oſtenſionē ſicut therebintus: ⁊
ſicut quercus q̄ expādit ramos ſu
os. Semen ſctm̄ erit: id qd̄ ſteterit
ET factū eſt in (in ea. Hec.
diebus acham filij ioathā fi

Terebinthus arbor [illegible] ſolidi[illegible] Et [illegible] terebinthina [illegible]

lij ozie regis iuda. aſcendit raſyn
rex ſyrie ⁊ facee filius romelie rex
iſrl' in hierl'm: ad p̄liandū ꝯtra eā
⁊ non potuerūt debellare eā. Et nū
ciauerūt domui dauid dicētes Re
q̄euit ſyria ſup effrapm. ⁊ cōmo/
tū eſt cor ei⁹ ⁊ cor pp̄li eius ſicut mo
uent' ligna ſiluaruꝫ a facie venti.
Et dixit dn̄s ad eſaiaꝫ Egre (Hec.
dere in occurſuꝫ achaꝫ tu ⁊ qui de/
relictus eſt iaſub filius tu⁹. ad ex/
tremū aqueduct⁹ piſcine ſupioris
in via agri fullonis: ⁊ dices ad eū.
Vide ne ſilias. Noli timere: ⁊ cor
tuū ne formidet a duab⁹ caudis ti
tionū fumigantiū iſtoꝝ. in ira fu/
roris raſyn reg' ſyrie ⁊ filij rome/
lie: eo ꝙ ꝯſiliū inierit ꝯtra te ſyria
in malū: effrap̄ ⁊ fili⁹ romelie di/
centes. Aſcendam⁹ ad iudā. ⁊ ſuſci
tem⁹ eū ⁊ auellam⁹ euꝫ ad nos: ⁊
ponam⁹ regē in medio ei⁹ filium
thabeel. Hec dicit dominus.
Hec dicit dn̄s d̄s. Non ſtabit ⁊ nō
erit iſtd̄ ſed caput ſyrie damaſc⁹. ⁊
caput damaſci raſin Et adhuc ſex
agītaq̄ꝫ anni: ⁊ deſinet effrapꝫ
eſſe pp̄ls. Et caput effrapm ſama/
ria. ⁊ caput ſamarie fili⁹ romelie.
Si non credideritis: non pmane/
(bitis. Hec.
ET adiecit dn̄s
loqui ad achaꝫ dicēs. Pete ti
bi ſignū a dn̄o deo tuo in ꝓfundū
inferni ſiue in excelſum ſup̄. Et di
xit achaꝫ. Non petā. ⁊ nō tempta/
bo dn̄m. Et dixit. Audite ḡ domus
dauid. Nunq̄d parū eſt vobis mo
leſtos eſſe hoībus. q2 moleſti eſtis
⁊ deo meo: Propter h̄ dabit domi
nus ipſe vob ſignū. Ecce v̄go ꝯci/
piet ⁊ pariet filiū: ⁊ vocabit' nom̄
ei⁹ emanuel. Butirū ⁊ mel come/
det. vt ſciat reprobare malū: ⁊ eli/
gere bonū. Hec dicit.
Prius em̄ q̄ꝫ ſciat puer reproba/
re maluꝫ. ⁊ eligere bonū: derelin/
quet' terra quā tu deteſtaris a fa/
cie duoꝝ regū ſuorū. Adducet dn̄s
ſup te ⁊ ſup pp̄lm tuū. ⁊ ſup domū
patris tui dies q̄ nō venerūt a die
bus ſeparatōnis affrapm a iuda
cū rege aſſirioꝝ. Hec di.
Et erit in die illa. ſibilabit domi/
nus muſce que eſt in extremo flu/
minū egypti: ⁊ api q̄ eſt in t'ra aſ/
ſur: ⁊ venient ⁊ requieſcent oēs in
torrētib⁹ valliū ⁊ in cauernis pe/
trarū. ⁊ in oīb⁹ frutectis. ⁊ vni/
uerſis foraminib⁹. Hec dic.
IN die illa: radet dn̄s i noua/
cula ꝯducta. in his q̄ trans flumē
ſunt i rege aſſirioꝝ: caput ⁊ pilos
pedū ⁊ barbā vniuerſam. Et erit
in die illa: nutriet hō vaccā boū. ⁊
duas oues. ⁊ pre vbtate lactis co/
medet butirū. Butiruꝫ em̄ ⁊ mel
māducabit oīs hō: q̄ relict⁹ fuerit
in medio terre. Hec dicit.
Et erit in die illa: oīs locus vbi
fuerint mille vites mille argente
is: ⁊ in ſpinas ⁊ i vepres erūt. Cū
ſagittis ⁊ arcu ingredientur illuc
Vepres enim ⁊ ſpine erūt in vni/
uerſa terra. Et omnes montes q̄
in ſarculo ſarientur: non veniet
illuc terror ſpinaruꝫ ⁊ vepriuꝫ:
⁊ erit in paſcua bouis ⁊ in concul/
cationem pecoris. Hec dicit.
Et dixit dominus ad me. Sume
tibi librum grandem: ⁊ ſcribe in
eo ſtilo hominis. velociter ſpolia
detrahe cito predare. Et adhibui
mihi teſtes fideles: vriam ſacerdo
tem ⁊ zachariam filium barachie

Et acceſſi ad ꝓphetiſſã: ⁊ ↄcepit ⁊
pepit filiũ. Et dixit dñs ad me. Vo
ca nomẽ eiꝰ accelera. ſpolia. detra
he: feſtina ꝑdari: q2 añq3 ſciat pu/
er vocare prẽ ſuũ ⁊ mrẽ ſuã: au/
feret fortitudo damaſci. et ſpolia
ſamarie corã rege aſſiriorũ. Hec.
ET adiecit dñs loq̄ ad me ad/
huc dicens. Pro eo q̄ abiecit
ꝑpl's iſte aq̄s ſiloe q̄ vadũt cũ ſilen/
tio ⁊ aſſumpſit magꝰ raſyn ⁊ filiũ
romelie: ꝓpter h̄ ecce dñs adducet
ſup eos aq̄s flumis fortes ⁊ mul/
tas: regẽ aſſirioꝝ ⁊ oẽm gl'iaꝫ eiꝰ.
Et aſcẽdet ſup oẽs riuos eiꝰ. ⁊ flu
et ſup vniuerſas ripas eiꝰ ⁊ ibit ꝑ
iudã inundãs ⁊ trãſiẽs vſq3 ad col/
lẽ veniet: ⁊ erit extẽſio alaꝝ eiꝰ. im
plẽs latitudinẽ t̃re tue o emanu/
Cõfortamĩ ꝑpl'i ⁊ vinci/ (el. Hec.
mi: ⁊ audite ꝓcul vniuerſe t̃re Cõ
fortamĩ ⁊ vincimĩ: accingite vos
⁊ vincimĩ. Inite ↄſiliũ ⁊ diſſipabi
tur: loquimĩ v̄bũ: ⁊ nõ fiet: q2 no/
biſcum d̄s. Hec em̃ ait dñs ad me.
Sicut in forti manu erudiuit me:
ne irẽ in via ꝑpl'i huiꝰ dicẽs. Nõ di/
catis cõiuratio. Oĩa em̃ q̄ loq̄tur
ꝑpl's iſte: ↄiuratio ẽ. Et timorẽ eiꝰ
ne timeatis: neq3 paueatis. Hec.
Dñm exercituũ ipm ſcificate: ⁊
ipe pauor vr̃ ⁊ t̃ror vr̃: ⁊ erit vob ĩ
ſcificatõeꝫ. in lapidẽ aũt offenſio/
nis ⁊ petrã ſcãdali duabꝰ domibꝰ
iſrl'. ĩ laqueũ ⁊ in ruinã hĩtantibꝰ
hirlm. Et offendẽt ex eis plimi. et
cadẽt ⁊ ↄterent ⁊ irretient ⁊ capiẽ
tur. Liga teſtioniũ: ſig̃ legẽ in diſci
pul' meis: ⁊ expectabo dñm. q̄ ab/
ſcõdit faciẽ ſuã a domo iacob ⁊ ꝑ/
VErbũ mi (ſtolabor eũ. Hec.
ſit dñs ĩ iacob. ⁊ cecidit ĩ iſrl'.

⁊ ſciet oĩs ꝑpl's effraym ⁊ hĩtanteſ
ſamariã. in ſupbia ⁊ magnitudie
cordis dicẽtes. Lateres ceciderũt: ſ3
q̄dris lapidibꝰ edificabimꝰ. Syco
moros ſucciderũt. ſed cedros imuta
bimꝰ. Et eleuabit dñs hoſtes ra/
ſyn ſup eũ: ⁊ inimicos eiꝰ in tumꝰ
tũ v̄tet. ſyriã ab oriẽte ⁊ philiſthym
ab occidẽte. ⁊ deuorabũt iſrl' toto
In oĩbus his non eſt (ore. Hec.
auerſus furor eiꝰ. ſed adhuc ma/
nus eiꝰ extẽta: ⁊ ꝑpl's nõ eſt reuer/
ſus ad ꝑcutientẽ ſe. ⁊ dñm exerci/
tuũ nõ inq̄ſierũt. Et diſꝑdet dñs
ab iſrl'. caput ⁊ caudã incuruantẽ
⁊ refrenantẽ die vna. Lõgeuꝰ ⁊ ho
norabilis ipe eſt caput: ⁊ ꝓpha do/
cẽs mendaciũ ipſe ẽ cauda. Et erũt
q̄ b̃tificãt ꝑplm iſtũ ſeducẽtes: ⁊ q̄
Prope (b̃tificant ꝑcipitati. Hec.
h̄ ſup adoleſcẽtulis eiꝰ nõ letabit
dñs: ⁊ pupilloꝝ eiꝰ ⁊ viduaꝝ non
miſerebit. Qa oĩs ypocrita ẽ ⁊ ne
quã: ⁊ vniuerſuꝫ os locutũ ẽ ſtul/
ticiã. In oĩbus his nõ eſt auerſus
furor eiꝰ: ſed adhuc manꝰ eiꝰ extẽ/
ta. Succẽſa eſt em̃ q̄ſi ignis impie
tas: vepreꝫ ⁊ ſpinã vorabit. Et ſuc
cendet ĩ dẽſitate ſaltꝰ. ⁊ cõuoluet ĩ
ſupbia fumi. In ira dñi exercituũ
ↄturbata eſt t̃ra ⁊ erit ꝑpl's q̄ſi eſca
VIr fratri ſuo nõ (ignis. Hec.
ꝑcet: ⁊ declinabit ad dexterã
⁊ eſuriet. ⁊ cõedet ad ſiniſtrã ⁊ nõ
ſaturabit. Vnuſquiſq3 carnẽ bra/
chij ſui vorabit: manaſſes effraỹ
⁊ effraym manaſſen: ⁊ ſil' ipſi con
tra iudã. In oĩbus his nõ eſt auer
ſus furor eiꝰ: ſed adhuc manꝰ eiꝰ
extenta. Ve qui ↄdunt leges ini/
q̄s: et ſcribẽtes iniuſticiaꝫ ſcrpſerũt:
vt opprimerẽt in iudicio paupes.

⁊ vim facerent cause hũilium ꝑpli mei: vt eſſent vidue preda eoꝝ: et pupillos diriperēt. Hec di.
Quid facietis in die viſitatiõis et calamitatis: de longe venientis? Ad cui⁹ fugiet᷑ auxiliũ: Et vbi derelinquetis gl'iã᷑ veſtrã: ne incuruemini ſub vinculo. ⁊ cũ interfectis cadat᷑. Sup oĩbus his nõ eſt auerſus furoꝛ ei⁹: ſed adhuc manus ei⁹ extẽta. Ve aſſur vĝa furoris mei. ⁊ baculus ipſe eſt. In manu eoꝝ indignatio mea. Hec.
Ad gentē fallacē mittã eũ. ⁊ contra ꝑplm furoꝛis mei mãdabo illi: vt auferat ſpolia. ⁊ diripiat ꝑdã: ⁊ ponat illũ i ꝯculcationē q̃ſi lutũ plateaꝝ. Ipſe aũt non ſic arbitrabit᷑. ⁊ coꝛ ei⁹ non ita eſtimabit: ſed ad ꝯterendũ erit coꝛ ei⁹. ⁊ ad internitionē gentiũ non paucaꝝ. Hec.

## In feſto natiui. domini ad pri. vš. ſup ꝯia Laudate. Añ

Iudea ⁊ hirl'm nolite timere cras egredimini et dñs erit vobiſcũ all'a. Añ. Orietur ſicut ſol ſaluatoꝛ mũdi ⁊ deſcēdet in vteꝝ vĝinis ſicut ymber ſup gramen all'a. Añ. Dum oꝛt⁹ fuerit ſol de celo videbitis regē regũ ꝓcedentē a patre tanq̃ ſponſuꝫ d thalamo ſuo. Añ. Gaude ⁊ letare hirl'm ecce rex tuus venit de q̃ ꝓphe predixerũt quē angeli adoꝛauerũt cui cherubin ⁊ ſeraphin ſanct⁹ ſctũs ſanct⁹ ꝓclamãt. Añ. Bethleeꝫ nõ es minima in ꝑncipib⁹ iuda ex te eñi exiet dux q̃ regat ꝑplm meum iſrl' ipe eñi ſaluum faciet ꝑplm ſuuꝫ a pctis eoꝝ.

Paulus ſu⁹ ie/ ¶ Cap. Ro. j.
ſu xp̄i vocat⁹ ap̄lus ſegregatus in euãgeliũ dei. q̃d ante ꝓmiſerat per ꝓphas ſuos in ſcriptur᷑ ſctis de filio ſuo q̃ factus eſt ei ex ſemine dauid ẽm carneꝫ. Deo gra.
℟. Iudea ⁊ hierl'm nolite timere Cras egrediemini ⁊ dñs erit vobiſcũ. ℣. Cõſtãtes eſtote videbitis auxiliũ dñi ſup vos Cras. Gloria Cras. ¶ Hymnus.
A Solis oꝛtus cardie ad vſq̃ terre limitē xp̄m canamus ꝑncipē natũ maria virgine Beat⁹ autoꝛ ſcl'i ſuile coꝛp⁹ induit vt carne carnē liberãs ne perderet q̃s ꝯdidit. Clauſa parētis viſcera celeſt᷑ intrat grã vēter puelle baiulat ſecreta q̃ non nouerat. Dom⁹ pudici pectoꝛis templũ repēte fit dei intacta neſciēs virum v̄bo ꝯcepit filiũ. Enixa ē puerpera quē gabriel ꝑdixerat queꝫ matris aluo geſtiēs clauſus iohes ſēſerat. Gl'ia tibi dñe q̃ natus es de virgine cũ pr̄e ⁊ ſctõ ſpũ in ſempiterna ſcl'a. Amē. ℣. Hodie ſciet᷑ q̃a veniet dñs. Et mane videbit᷑ gloriã ei⁹. Sup magt. Añ. Cũ eēt deſpõſata mr̄ ieſu maria ioſeph anteq̃ ꝯuenirent inuenta ē in vtero hñs q̃d eñi in ea natũ eſt d ſpũſancto eſt all'a. ¶ Coll'a.
Deus q̃ nos redēptionis nr̄e annua exſpectatiõe letificas: p̄ſta vt vnigenitũ tuũ quē redēptoꝛeꝫ leti ſuſcipim⁹. venientē quoq̃ iudicē ſecure videam⁹ Dñm. Nulla ſuff. dicunt᷑ ſiue fuerit dñica ſiue feri.

## Ad cõpleto. hymnus

Enixa ē. Gl'a ti. Cap. vts in vš. v.

Conſtãtes eſtote. Videbitis auxi/
liũ dñi ſup vos. Sup nunc di. Añ.
Bethleē non es. vrs̃. Deinde. kyꝛ/
rieſ. ter. Xpeeſ. ter. kyrieſ. ter. Pr̃ nr̃
Et ne. In pace. Credo. Carnis re.
Deinde. ẏ. Hodie ſcietis. vrs̃ i vs̃.
Dñs vo. Coll. vrs̃ in vs̃. cũ ſua cõ/
cluſione. et Bñdicamꝰ dño. Deo g̃.
Et aie ⁊c̃. Deinde añ. Ecce ỽgo. cuꝫ
ẏ. et coll. vrs̃. ¶ Notandum ꝙ ſacer
dos dicturus primã miſſaꝫ legat pri
us mat de dña. Deinde ꝑparamentuꝫ
ſuũ iuxta ſolitũ poſt h̃ mat. de nati.
vſqꝫ ad laudes. Et dicta repetitione
ix. R. ſcꝫ Verbũ caro. ſine. Te deũ.
immediate incipiat primã miſſam q̃
finita legat Te deũ.

## In die ſctõ Natiuita.

Chriſtꝰ (xp̃i. Ad matu. Inuit.
natꝰ eſt nob. Veite adoremꝰ.
ps̃. Venite. ¶ In pri. noct. Añ. Do
minꝰ dixit ad me filiꝰ meus es tu
ego hodie genui te. p̃s. Quare fre
mue. j. Añ. Tanꝗ̃ ſponſus dñs ꝓ
cedens de thalamo ſuo. p̃s. Celi e/
nar. v. Añ. Diffuſa eſt gr̃a in labi
is tuis ꝓpterea bñdixit te ds̃ in et/
nũ. ps̃. Eructa. viiij. ẏ. Tanꝗ̃ ſpõ/
ſus dñs. Procedēs d̃ thalamo ſuo
Primo tp̃e ¶ Le. pri. Eſaie. ix.
alleuiata ē terra zabulon et
t̃ra neptalim: ⁊ nouiſſimo aggra
uata ē via maris trans iordaneꝫ
galilee gentiũ. Populus q̃ ambu
labat in tñbris. vidit lucē magnã:
hĩtantibꝰ in regiõe vmbre mortis
lux orta eſt eis. Multiplicaſti gen
tē. nõ magnificaſti leticiã. Letabũ
tur corã te ſicut letanť in meſſe: ſi/
cut exultãt victores capta p̃da. qñ
diuidunt ſpolia. Iugũ em̃ oneris
eiꝰ. ⁊ ỽgaꝫ hũeri eiꝰ. ⁊ ſceptrũ exa/
ctoris eiꝰ ſupaſti: ſicut in die ma/
dian. Qa oĩs violēta p̃datio cũ tu
multu. ⁊ veſtimentũ mixtum ſan
guie: erit i cõbuſtionē ⁊ cibꝰ ignis
Paruulus em̃ natꝰ eſt nob: filius
datꝰ eſt nob. Deꝰ dei filiꝰ: q̃ hodier
na die ſcḿ oracula ꝓphãx de virgi
ne naſci dignatꝰ eſt. miſereať nr̃i.
Deo g̃. R. Hodie nob celoꝝ rex d̃
ỽgine naſci dignatꝰ eſt vt hoïeꝫ ꝑ/
dituꝫ ad regna celeſtia reuocaret
gaudet exercitꝰ angeloꝝ. Qa ſalꝰ
eterna hũano generi apparuit. ẏ.
Glĩa in excelſ deo ⁊ in t̃ra pax ho
minibꝰ bone volũtatis. Qa. Glĩa
Opa. Qa. ¶ Le. ij. Eſaie. xl.
Conſolami ꝯſolami pp̃le me
us: dicit dñs vr̃. Loquimini ad cor
hierl̃m ⁊ aduocate eã: qm̃ ꝯpleta
ē malicia eiꝰ. dimiſſa eſt iniq̃tas il
lius. Suſcepit de manu dñi dupli
cia: ꝓ omibus pc̃tis ſuis. Vox cla/
mãtis i deſ̃to pate viã dñi: rectas
facite in ſolitudie ſemitas dei nr̃i.
Oĩs vallis implebiť. ⁊ oĩs mõs et
collis hũiliabiť: ⁊ erũt praua in di
recta. ⁊ aſpa i vias planas. Et re/
uelabiť glĩa dñi. Deꝰ dei filiꝰ. vrs̃.
in pri. lect. R. Hodie nobis de celo
pax vera deſcēdit. Hodie ꝑ totum
mundũ melliflui facti ſunt celi. ẏ.
Glĩa in excelſ deo ⁊ in t̃ra pax ho
minibꝰ bone volũtatis. Ho. Glĩa.
Hodie. ¶ Lectio. iij. Eſaie. xlij.
Conſurge ꝯſurge induē forti
tudine tua ſpon. Induere
veſtimentis glĩe tue hierl̃m ciui/
tas ſctã: q: nõ adijciet vltra vt per
tranſeat ꝑ te i circũciſus ⁊ immũ/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dus. Excutere de puluere ꝯſurge
ſede hierlm. ſolue vincl'a colli tui:
captiua filia ſyon. Ea hec dicit do
min⁹. Gratis venūdati eſtis: ⁊ ſi/
ne argento redimemini. Ea hec
dic dñs ds. In egyptū deſcēdit po
pulus me⁹ in pncipio. vt colonus
eſſꝫ ibi: ⁊ aſſur abſqꝫ vlla cauſa ca/
lūniat⁹ eſt eū. De⁹ dei fili⁹. vrs. in
pri. lecti. R. Deſcēdit de celis miſ/
ſus ab arce pris introiuit p aurē
virginis in regionē nr̄am indut⁹
ſtola purpurea Et exiuit p aureā
portā lux ⁊ dec⁹ vniuerſe fabrice
mūdi. v⁹. Tanqꝫ ſponſus dñs pro/
cedēs de thalamo ſuo. Et. Glia pa
tri. Et. ¶ In. ij. noct. Añ. Suſcepi
mus ds miſcdiā in medio templi
tui. ps. Magn⁹ dñs. xv. Añ. Orie
tur in dieb⁹ dñi abundātia pacis
⁊ dñabitur. ps. De⁹ iudiciū. lxxj.
Añ. Ueritas de terra orta eſt ⁊ iu
ſticia de celo ꝓſperit. ps. Bñdixiſti
lxxv. v. Diffuſa eſt grā i labijs tu/
is. Propterea benedixit te ds ine/
ternū. P⁹ Pr̄ nr̄. v. Tanqꝫ ſpōſus
vrs. Deinde Iube. ¶ Lcō. iiij. Ser
(mo Iſido. epi

Natalis dñi di/
es ea de cauſa a ſanctis pri/
bus votiue ſolēnitatis inſtitutus
eſt. qꝛ in ea xp̄s p redēptione mū/
di naſci corporaliter voluit: pdiens
ex virgis vtero. q̄ erat in pris im/
perio. Cui⁹ ſuſcepte carnis cauſa
hec eſt. Poſtqꝫ eñ inuidia diaboli
parēs ille prim⁹ ſpe ſeduct⁹ eſt ina
ni cecidit: ꝯfeſtim exul ⁊ pditus in
omne gen⁹ ſuū radicem malicie ⁊
pcti traduxit. Creſcebatqꝫ in malū
vehementi⁹ oīne gen⁹ mortaliū.
(diffuſa)liſqꝫ vbiqꝫ ſcelerib⁹. ⁊ qđ neq̄

us eſt oīm cultib⁹ pdolorꝫ. Volens
q̄ de⁹ termiare pctm̄ ꝯſuluit ver/
bo. lege. pphis ſignis. plagis. ⁊ p/
digijs. Tu. R. Quē vidiſtis paſto
res dicite annūciate nob in terris
q̄s apparuit. Natū vidim⁹ in cho/
ro angloꝝ ſaluatorē dñm. v⁹. Na
tus ē nob hodie ſaluator q̄ eſt xp̄s
dñs in ciuitate dauid. Natū Sine
Glia. ¶ Lectio. v. Sermo Leo. pa.

Saluator nr̄ dilectiſſimi hodie
nat⁹ eſt. gaudeam⁹. Neqꝫ eñ
fas eſt locū eſſe triſticie. vbi nata/
lis eſt vite: que ꝯſumpto mortali/
tatis timore ingerit nob de pmiſ/
ſa eternitate leticiā. Nemo ab hu
ius alacritatis participatione ſe/
cernit. Una cūctis leticia: cōis eſt
ratio: q̄a dñs nr̄ pcti mortiſqꝫ de/
ſtructor. ſicut nullum a reatu libe
rū repperit: ita liberādis omibus
venit. Exultet ſctūs. q̄a ppinq̄t ad
palmā. Gaudeat pctor. qꝛ inuita/
tur ad veniā. Animet gētilis. qꝛ vo
cat ad vitā. Tu. R. Magnū myſte
riū ⁊ mirabile ſacrm vt aīalia vi/
derēt dñm natū. Iacentem in pſe
pio btā vgo cui⁹ viſcera meruerūt
portare dñm xp̄m. v⁹. Dñe audi/
ui auditū tuū ⁊ timui cōſideraui
opa tua ⁊ expaui in medio duum
aīaliū. Iacē. Sine Glia. ¶ Lec. vj.
(Sermo maximi epi.

Exulte
mus i dño dilectiſſimi: ⁊ ſpi/
rituali iocūditate letemur: qꝛ illu
xit dies redēptiōis noue: repatio
nis antiq̄: felicitat⁹ etne. Repatur
eñ nob etne ſalutis nr̄e ānua re/
uolutōne ſacramentū ab initio p
miſſum. in fine redditū. ſine fine
manſurꝫ. In q̄ dignū eſt nos ſur/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſum erectis cordib⁹ diuinũ adora
re myſteriũ: vt qđ magno dei mu
nere agit᷑. magnis eccl'ie gaudijs
celebret᷑. Tu. ℟. Beata dei geni/
trix maria cui⁹ viſcera intacta p/
manẽt. Hodie genuit ſaluatorem
ſeculi. ℣. Domus pudici pectoris
templũ repẽte fit dei intacta neſci
ens vir verbo ꝯcepit filiũ. Hodie.
Glia pa. Hodie ¶In .iij. noct᷑. Añ.
Ipſe inuocauit me all'a pr̃ meus
es tu all'a. pš. Miſericordias. xxvj.
Añ. Letẽtur celi ⁊ exultet t̃ra an/
te faciẽ dñi qm̃ venit. pš. Cantate.
j. xxvij. Añ. Notũ fecit dñs all'a
ſalutare ſuũ all'a. pš. Cantate. ij.
xxviij. ℣. Ipſe inuocauit me Pat᷑
meus es tu. ¶S. Lu. ca. ij.
In illo tpe Exijt edictũ a ceſa
re auguſto vt deſcriberet᷑ vniuer/
ſus orbis. Et re. Omel᷑. bti Grego.
pape de eadem lectione.
Quia largiẽte dño miſſaꝝ ſo
lẽnia ter hodie celebraturi ſum⁹:
loqui diu de euangelica lcõe ñ poſ
ſumus. ſ; nos aliquid vel breuiter
dicere redẽptoris nr̃i natiuitas ip
ſa ꝯpellit. Quid ẽ qđ naſcituro do/
mino mũdus deſcribitur vniuer/
ſus: niſi hoc qđ apte monſtrat᷑. q̄a
ille apparebit ī carne: q̄ electos ſu/
os aſcriberet ī eternitate. Qui be
ne etiã in bethleem naſcit᷑. Beth/
leem eñ dom⁹ panis interpretat᷑.
Tu aũt. ℟. Sancta ⁊ immacula
ta virginitas quib⁹ te laudib⁹ re/
ferã neſcio. Quia quẽ celi capere
nõ poterãt tuo gremio ꝯtuliſti. ℣.
Benedicta tu in mulierib⁹ ⁊ bene
dict⁹ fructus ventris tui. Quia.
ſine Glia. ¶Scđm Lucam. ca. ij.

In illo tpe. Paſtores loquebã
tur ad inuicē. Tranſeamus
vſq; bethleem: ⁊ videamus h̄ ver
bũ qđ factũ eſt qđ dñs oñdit nobiſ
Et re. Omel᷑. vene. Bede. p̄ſby. de ea.
Nato in bethleē dño ſaluato/
re: ſicut ſacra euãgelij teſtat᷑
hyſtoria: paſtoribus qui in regio/
ne eadẽ erant vigilantes ⁊ cuſto/
dictes: vigilias noctis ſup gregē
ſuũ: angelus dñi mag̃ cũ luce ap/
paruit: exortũq; mundo ſolem iu/
ſticie: non ſolũ celeſtis voce ſermo
nis. verũetiã claritate diuine luc̃
aſtruxit. Tu. ℟. Btã viſcera ma/
rie virginis q̄ portauerũt et̃ni pa
tris filiũ ⁊ beata vbera q̄ lactaue/
rũt xp̄m dñm. Qa hodie p ſalute
mũdi de v̓gine naſci dignatus eſt
℣. Dies ſctificat⁹ illuxit nob venī
te gẽtes ⁊ adorate dñm Qa. Sine
Glia. ¶Scđm Johem Ca. j.
In principio erat v̓bũ. ⁊ verbũ
erat apud deũ: ⁊ de⁹ erat ver
bum: h̄ erat in p̓ncipio apđ deum
Oia p ip̄m facta ſũt. ⁊ ſine ipſo fa
ctũ eſt nihil. Et re. Omel᷑. vene. Be.
Quia tp̄alē mediatoris dei et
hoim: hoīs ih̄u xp̄i natiuita
tē. q̄ hodierna die facta ē ſctoꝝ ver
bis euãgeliſtaꝝ: matthei videl; et
luce manifeſtatã cognouim⁹. Li/
bet etiã de verbi id eſt diuinitatis
ei⁹ et̃nitate: in q̄ patri manet ſem
per equalis beati iohannis euan
geliſte dicta pſcrutari: qui ſingl'a/
ris p̓uilegio meruit caſtitat᷑ vt ce
teris altius diuinitatis ipſius ca/
peret ſimul ⁊ patefaceret archa/
nũ. Tu. ℟. Verbũ caro factũ eſt
⁊ habitauit in nobis cui⁹ glia; vi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dimus quaſi vnigeniti a p̄re. Ple
nū grā ⁊ veritate. v̄. In p̄ncipio
erat verbū ⁊ verbū erat apd̄ deū
et de⁹ erat verbū. Plenū. Glā pa
tri ⁊ filio et ſpirituiſctō ſicut erat i
p̄ncipio. Deinde Plenū grā. Te
deū. dicit̄ ſinglis diebus vſq̃ ad oct.
epi. excepta die Innocentū niſi eadē
venerit i dñica. tūc etiā d̄r Te deum.
¶ Añ laud. v̄. Notū fecit dñs. vts.

## Ad laud. añ.

Quem vidiſtis paſtores dicite
annūciate nob in t̄ris q̄s ap
paruit natū vidimus in choro an
gelorū ſaluatorē dñm alla all. ps.
Dñs regna. deco. cū cete. ps. Añ.
Genuit puerpera regem cui no
mē eternū ⁊ gaudiū mr̄is hn̄s cū
virginitatis pudore nec primā ſi
milē viſa eſt nec hr̄e ſequentē alla
Añ. Angelus ad paſtores ait an
nuncio vob gaudiū magnū q̄ na
tus eſt vob hodie ſaluator mūdi
alla. Añ. Facta eſt cū angelo mul
titudo celeſtis exercit⁹ laudantiū
⁊ dicentiū glia in excelſ do ⁊ in ter
ra par hoībus bone volūtat alla
Añ. Paruulus fili⁹ hodie natus
eſt nob ⁊ vocabit̄ ds fortis alla all.

Populus gē ¶ Cap. Eſa. ix.
tiū q̄ ambulabat in tenebriſ
vidit lucē magnā habitātib⁹ in re
gione vmbre mortis lux orta ē eis
Deo. v̄. Bñdict⁹ qui venit in noīe
dñi. De⁹ dñs ⁊ illuxit nob. Super
bū. Añ. Glia in excelſ deo ⁊ in ter
ra par hoībus bone volūtatis al.

Concede q̄s oīs ds ¶ Coll.
vt nos vnigeniti tui noua p
carnē natiuitas liberet q̄s ſb pec
cati iugo vetuſta ſeruit⁹ tenet. P
eund. P⁹ Bñdicam⁹ dicit̄ h̄ ſeq̄ns
Añ. Dū mediū ſilētiū teneret oīa
⁊ nox in ſuo curſu iter pageret oī
potēs ſmo tu⁹ dñe a regalib⁹ ſedi
bus venit alla. v̄. Speciosus for
ma p̄ filijs hoīm. Diffuſa eſt grā i
labijs tuis. Orem⁹. Coll.

Deus q̄ p btē marie v̄ginis p
tum ſine hūana ↄcupiſcētia ꝑcre
atū i filij tui mēbra veniētes pat
nis feciſti p iudicijs nō teneri. p̄ſta
q̄s vt hui⁹ creature nouitate ſuſce
pta vetuſtat antiq̄ ↄtagijs exua
mur. Peū. xp̄m d. no. Am. Nō plus.
P⁹. ij. miſſaz dicto Bndi. d̄r Añ. Cō
pleti ſunt dies marie vt pareret fi
liū ſuū p̄mogeītū. v̄. Pꝰ ptū Ore⁹.

Deus q̄ ſalutis et̄ne btē Coll.
marie v̄ginitate fecūda hu
mano generi p̄mia preſtitiſti: tri
bue q̄s vt ipā p nob īteredere ſen
tiam⁹ p quā meruim⁹ auctorē vi
te ſuſcipe. Dñm no. ie. xp̄m. Amē.
Si vo aliquis nō legerit miſſaz dicat
imediate p⁹ coll. De⁹ q̄ p btē. Añ. Cō
pleti ſunt. v̄. ⁊ coll. vts. nō plus.

## Ad primaz que legit

p⁹. ij. miſſaz. Hy. A ſol ort⁹. Enixa.
Glia ti. Añ. Quē vidiſt paſt. vts.

Apparuit grā ¶ Cap. Tytū. ij
ſaluatoris dei nr̄i oib⁹ hoib⁹
erudiēs nos vt abnegātes impie
tatē ⁊ ſecularia deſideria. ſobrie ⁊
iuſte ⁊ pie viuam⁹ in h ſclo. Deo.
R. Xp̄e fili dei viui. Miſerē nob.
v̄. Q nat⁹ es de virgine. Miſere
re nob. Glia. Xp̄e fi. v̄. Exurge. cū
cete. vſq̃ Repleat. excluſiue. Poſt
Carnis. v̄. Notum fecit dñs ſalu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tare ſuū. In ↄſpectu gentiū reue/
lauit iuſticiā ſuā. Dn̄s vo. Oremꝰ
Coll. Concede q̄s. vts̄. cum Bn̄di/
camꝰ. Et non plus. Sic dicet pri. ꝑ
totā octa. ¶ Ad. iij. Hy̅. Btūs au/
ctor. Enixa. Glia. An̄. Genuit pu
erpera. ¶ Cap. Tytum. ij.

Apparuit benignitas ⁊ hūa/
nitas ſaluatoris nr̄i dei: nō ex opi
bus iuſticie q̄ fecimꝰ nos. ſʒ ſm ſu/
am miſcdiā ſaluos nos fecit. Deo
R. Speciosus forma. Pre filijs
hoim. v. Diffuſa eſt gr̄a in labijs
tuis. Pre. Glia. Specio. v. In ſole
poſuit tabnaculū ſuū. Et ipe tan/
q̄ ſpōſus ꝓcedēs de thalamo ſuo.
Coll. Concede q̄s. vt ſupra.

Ad ſextā Hy̅. Clauſa parē. Eni/
xa. Gla. An̄. Angelus. ¶ Capitulū

Propter hoc sciet po (yſa. lij.
pulus meꝰ nomē meū in die
illa q2 ego ipſe q̄ loquebar ecce aſ/
ſum. Deo. R. Notū fecit dn̄s. Sa/
lutare ſuū. v. In ↄſpectu gentiū
reuelauit iuſticiā ſuā. Salu. Glia
Notū. v. Bn̄dictꝰ q̄ venit. Coll. Cō
cede. vt ſupra.

Ad. ix. Hy̅. Enixa eſt. Glia. An̄.
Paruulus filius. ¶ Cap. Hebre. j.

Multifariam multiſq3 modis
olim ds̄ loq̄ns pr̄ibus in pro
phetis nouiſſime diebꝰ iſtis locu/
tus eſt nob in filio ſuo quē ↄſtitu/
it heredē vniuerſoꝝ ꝑ quē fecit et
ſcl'a. Deo. R. Bn̄dictꝰ q̄ venit. In
noie dn̄i. v. Deꝰ dn̄s ⁊ illuxit nob
In. Gla. Bn̄. v. Notū Col. Cōced.

## In. ij. vſ. An̄.

Tecū pncipiū in die virtutis
tue in ſplendoribus ſctōꝝ ex
vtero ante luciferū genui te. Ps.
Dixit dn̄s. xlj. An̄. Redēptōē mi
ſit dn̄s ꝑplo ſuo mādauit inetnū
teſtamentū ſuū. ps. Cōfitebor. xlj.
An̄. Exortū eſt in tenebris lumen
rectꝭ corde miſericors ⁊ miſerator
⁊ iuſtꝰ dn̄s. ps. Btūs vir. xlj. An̄.
Apud dn̄m miſericordia ⁊ copio/
ſa apud eū redēptio. ps. De ꝓfun
dis. xliiij. An̄. De fructu vētrꝭ tui
ponā ſup ſedē tuā. ps. Memento.
xliiij. Hy̅. A ſol. Cap. Apparuit be/
nigni. vts̄. in. iij. v. Tecū principiū
in die vtutꝭ tue. In ſplēdoribꝰ ſan/
ctoꝝ ex vtero an̄ luciferū genui te.
Sup mgt An̄. Lux orta eſt ſuper
nos q2 hodie natꝰ eſt ſaluator alla
Coll. Concede. vts̄. Sequit de ſctō
Stephano ſuff. Stephanꝰ ſeruꝰ
dei quem lapidabāt iudei vidit ce
los aptos vidit ⁊ introiuit beatuſ
hō cui celi patebūt. v. Poſuiſti do/
mie ſup caput eiꝰ. ¶ Coll.

Da nob q̄mſ dn̄e imitari qd̄ co
limꝰ. vt diſcamꝰ ⁊ inimicos dilige
re. q2 eiꝰ natalicia celebramꝰ q̄ no/
uit etiā ꝓ ꝑſecutoribꝰ exorare. Do
minū. Deind̄ ſequit immediate ſuf
fra. de dn̄a nr̄a. Verbū caro factū
eſt ⁊ habitabit i nob ⁊ vidimꝰ glo/
riā eiꝰ gliā q̄ſi vnigeniti a pr̄e. v.
Speciosus forma. vts̄. Coll. Deꝰ
q̄ ꝑ btē ma. vts̄. in laud. Nō plus.

## Ad completo. hym.

Enixa. Glia ti. Cap. Apparuit be/
nignitas vts̄. in. iij. v. Bn̄dictꝰ q̄ ve
Sup nunc di. An̄. Glorificamꝰ te
di genitrix. q2 ex te natꝰ eſt xp̄s ſal/
ua oēs q̄ te glificāt. Kyriel. e. Xp̄el.
e. Kyriel. e. Pr̄ nr̄. Et ne. In pa. ⁊c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Credo ⁊c̄. Poſt Carnis. v̄. Notū fe
cit dn̄s. Deinde Coll'. Concede q̄s.
vt̄s. cū ſua cōcluſio. Sic d': p̄ſcriptū
cōpl'. p totā octa. quo finito legit' an̄.
Neſciēs mr̄ ⁊c̄. vt̄s. ¶ In die ſancti
Stephani ꝓthomarty. Ad matut.
C Hriſtū natū qui be (Inuit.
atū hodie coronauit ſtepha
nū. Venite adoremꝰ. ps. Venite.
¶ In p͂a. noct'. An̄. Beatꝰ ſtepha
nus iugi legis dei meditatiōe ro
boratꝰ tanq̄ lignū fructiferū ſecꝰ
ſalutariū decurſus aquarū plan
tatū fructū martyrij in tp̄e ſuo de
dit primꝰ. ps̄. Beatꝰ vir. j. An̄. Cō
ſtitutꝰ a dn̄o p̄dicator precepti eiꝰ
in timore ſctō ille ſuire ſtuduit of
ficioq; fideliter pacto in montem
ſanctū eiꝰ aſcēdere dignꝰ fuit. ps̄.
Quare fre. j. An̄. In tribulatione
lapidū ſe p̄mentiū poſitꝰ milia po
puli ſe circūdantis non timuit q̄a
ſuſceptorē ſuū ieſum vt eū ſaluū
faceret exurgere in celo vidit. ps̄.
Dn̄e quid multi. j. v̄. Poſuiſti dn̄e
¶ Lec. p͂i. Sermo fulgencij ep̄i.
H Eri celebrauimꝰ tp̄alē ſem
piterni regis nr̄i natalē: ho
die celebramꝰ triūphalē militꝰ paſ
ſionē. Heri em̄ rex nr̄ trabea car
nis indutꝰ de aula virginalis vte
ri egrediens: viſitare dignatꝰ eſt
mundū. Hodie miles de taberna
culo corꝑis exiēs: triūphator mi
grauit ad celū. Tu. R̄. Heſterna
die dn̄s natꝰ eſt in terris vt ſtepha
nus naſceret' in celis ingreſſus eſt
in mundū. Vt ſtephanꝰ ingrede
ret' in celū. v̄. Heſterna die domi
nus trabea carnis indutꝰ de aula
virginalis vteri viſitare dignatꝰ
eſt mundū. Vt. ¶ Lectio. ij.
I Lle ſempiterne deitatis ma
ieſtate ſuata ſeruile cinctoriū car
nis aſſumēs. in huiꝰ ſeculi cāpū
pugnaturus intrauit: iſte depoſi
tis corruptibilibꝰ corꝑis indumē
tis. ad celi pallacia perenniter reg
turus aſcēdit. Ille deſcēdit carne
velatꝰ: iſte aſcendit ſanguine lau
reatus. Aſcendit iſte lapidātibus
iudeis: q; ille deſcēdit letantibꝰ an
gelis. Tu. R̄. Stephanus autē
plenus gr̄a ⁊ fortitudīe. Faciebat
ſigna ⁊ ꝓdigia ī ꝑplo. v̄. Stepha
nus vidit celos apertos vidit ⁊ in
troiuit. Facie. ¶ Le. iij.
G Loria in excelſis do heri exul
tantes angeli ſancti cantauerūt
hodie ſtephanū letātes in ſuū con
ſortium ſuſceperunt. Heri dn̄s ex
iuit de vtero virginis. Hodie mi
les egreſſus ē de argaſtulo carnis
Heri xp̄s ꝓ nobis pānis eſt inuo
lutus: hodie ſtephanꝰ ſtola eſt ab
eo immortalitatis indutꝰ. Heri p̄
ſepis anguſtia xp̄m portauit īfan
tē. hodie immenſitas celi ſuſcepit
ſtephanū triūphantē. Tu. R̄. Vi
debant oēs ſtephanū qui erāt in
ꝯcilio. Et intuebant' vultū eiꝰ tan
q̄ vultū angeli ſtātes inter illos.
v̄. Stephanꝰ aūt plenꝰ gr̄a ⁊ for
titudine faciebat ꝓdigia ⁊ ſig̃ ma
gna in ꝑplo. Et. Glia. Et. ¶ In. ij.
noct'. An̄. Lumīe vultꝰ tui dn̄e in
ſignitꝰ ꝓthomartyr ſtephanꝰ ſa
crificiū iuſticie ſeip̄m tibi ſacrifi
cauit ideoq; in leticia cordis in pa
ce obdormiēs requieſcit. ps̄. Cum
inuoca. xl viij. An̄. Benedictionis
tue dn̄e munere iuſtificatꝰ ⁊ ſcuto

tue ꝓtectionis in paſſione muni/
tus nois ſui coronã ſtephan⁹ a te
recipe meruit. pš. Verba mea. xj.
Añ. O q̃ȝ ãmirabile eſt nomẽ tu/
um dñe ds nr̃ ꝓ quo btũs ſtepha/
nus paſſus glia ⁊ honore a te ẽ co
ronat⁹ ⁊ ſup celos dono tue ma/
gnificentie exaltat⁹. pš. Dñe dñs
nr̃. j. v. Glia ⁊ hono. p⁹ Pr̃ nr̃. v.
SOlus (Poſuiſti. ¶ Lc. iiij.
deſcendit dñs: vt multos ele
uaret. Hũiliauit ſe rex nr̃: vt ſuos
milites exaltaret. Qui em̃ corpo/
ri ſuo v̓ginis prepauit vterũ: ipſe
martyri ſuo apiri dignat⁹ eſt celũ
Dñs xp̃s anguſtias intrare nõ de
dignat⁹ eſt vteri: vt aiam ſtepha/
ni latitudo ſuſcipet celi. Charitas
q̃ ad terrã de celo depoſuit xp̃m. ip
ſa ſtephanũ de terris eleuauit ad
celum. Charitas q̃ preceſſit i rege:
ipſa ſubſeq̃nter refulſit in milite.
Tu. R. Lapidabãt iudei ſtepha/
nũ inuocantẽ ⁊ dicentẽ. Dñe ieſu
xp̃e accipe ſpm̃ meũ ⁊ ne ſtatuas
illis hoc peccatũ. V⁹. Poſitis autẽ
genib⁹ ſtephanus orabat dicens.
O Admiranda (Dñe. ¶ Lc. v.
vbiq̃ potentia ſaluatoris: o
ꝑdicãda indeſinẽter gr̃a redẽpto/
ris. Oñdit i mr̃e virginitat⁹ eter/
ne miraclm demõſtrauit i marty
re inuicte charitatis indiciũ. Inte
gritas quippe intemerata ꝑman/
ſit in virgie: dilectiõis inuicta ve/
ſtis pſeuerauit in martyre. Et ſic
in matre dñi non potuit virgini/
tas violari: ſic in martyris mẽte
nõ potuit xp̄i charitas tãto ſeuiẽ/
tiũ agmine ſupari. Tu. R. Impij
ſup iuſtũ iacturaȝ fecerũt vt eum
morti traderẽt. At ille gaudẽs ſu/
ſcepit lapides vt mereret coronaȝ
glie accipe. V⁹. Captabãt in aiam
iuſti ⁊ ſanguinẽ innocentẽ condẽ
nabũt. At. ¶ Lec. vj.
STephan⁹ q̊ vt nois ſui coro/
nã meruiſſet accipe: charitateȝ ꝓ
armis habebat. ⁊ ꝑ ipaȝ vbiq̃ vin
cebat. P charitateȝ dei ſeuientib⁹
iudeis nõ ceſſit. ꝑ charitatẽ ꝓximi
ꝓ lapidãtib⁹ interceſſit. Per cha/
ritatẽ arguebat errãtes vt corri/
gerent: ꝑ charitatẽ ꝓ lapidantib⁹
orabat ne punirent. Charitatis
virtute ſubnixus. vicit ſaulũ cru
deliter ſeuientẽ: ⁊ quẽ habebat in
terra pſecutorẽ: in celo meruit ha
bere cõſortẽ. Tu. R. Stephanus
ſeruus dei quẽ lapidabant iudei vi
dit celos aptos vidit ⁊ introiuit.
Btũs hõ cui celi patebunt. V⁹. Vi
dit btũs ſtephan⁹ gliaȝ dei ⁊ ieſuȝ
ſtantẽ a dextris pr̃is. Beat⁹. Gla.
Bea. ¶ In. iij. noct. Añ. In dño co
ſuo cõfiſus fortis athleta ſtephan⁹
lapidũ fortit̃ ſuſtinuit ict⁹ ⁊ idcir/
co ad montẽ virtutũ tranſmigr̃uit
victorioſus. pš. In dño cõfi. ij. Añ.
Sine macla beat⁹ ſtephanus in
greſſus eſt dñe in tabnaclm tuũ ꝓ
q̃ opatus ẽ iuſticiã requieſcit in mõ
te ſctõ tuo. pš. Dñe q̇s hab. iij. Añ.
Dñe v̓tus ⁊ leticia iuſtorũ q̃m tu
ꝑueniſti dilectũ tibi ſtephanũ do/
no gratuite bñdictiõis te ꝓmuȝ ſe
cut⁹ eſt morte glioſe paſſionis vñ
cũ corona martyrij dediſti ei vitã
in ſclm ſcli. pš. Dñe in v̓tute. v. V.
Iuſtũ deduxit do. ¶ Scd̃m math.
IN il. t. Dicebat iħs (ca. xxiij.
turbis iudeoꝝ ⁊ ꝑncipib⁹ ſacer

dotū. Ecce ego mitto ad vos ꝓphe/
tas ⁊ ſapiētes ⁊ ſcribas: et ex illis
occidetis ⁊ crucifigetꝫ. ⁊ ex eis fla/
gellabitis i ſpnagogꝫ vr̄is. Et reķ.
Hoc qđ Omel. bea. Hierony.
antea dixeram vob̄ implete
mēſurā patrū vr̄oꝝ: ad ꝑſonā do
mini ꝑtinere: eo ꝙ occidendus eſ/
ſet ab eis: pōt ⁊ ad diſciplos ei⁹ re/
ferri de quib⁹ nunc dicit. Ecce ego
mitto ad vos ꝓphas ⁊ ſapientes ⁊
ſcribas: ⁊ ex illis occidetis ⁊ cruci/
figetis ⁊ ex eis flagellabitis in ſp/
nagogis vr̄is. ⁊ ꝑſequimī de ciui/
tate in ciuitatē vt cōpleatis men/
ſurā patruꝫ vr̄oꝝ. Tu. R. Impe/
tū fecerūt vnanimes in eū ⁊ eiece
rūt eū extra ciuitatē inuocantē et
dicentē. Dn̄e accipe ſpm̄ meū. V.
Stephan⁹ aūt plen⁹ gr̄a ⁊ fortitu
dine eleuās oc̄los ſuos ad celū di/
SImulqꝫ (xit. Dn̄e. ¶ Le. viij.
Obſ'ua iuxta ap̄lm ſcribentē
ad corinthios. varia dona eē diſci/
puloꝝ xp̄i. Alios ꝓphas q̄ vētura ꝑ
dicant. alios ſapiētes q̄ nouerūt
qn̄ debeāt ſermonē ꝓferre: alios
ſcribas in lege doctiſſimos. Ex q̄/
bus lapidat⁹ eſt ſtephan⁹ paulus
occiſus. crucifix⁹ petrus: flagella
ti in actib⁹ apl̄oꝝ diſcipl̄i: ⁊ perſe/
cuti ſunt eos de ciuitate in ciuita/
tē: expellentes eos de iudea. vt ad
gentiū ꝓplm traſmigrarēt. T. R.
Intuēs in celū beat⁹ ſtephan⁹ vi
dit gl̄iaꝫ dei ⁊ ait. Ecce video celos
aptos ⁊ filiū hoīs ſtantē a dextris
v̄tutis dei. V. Cūqꝫ aſpiceret bea/
tus ſtephanus in celuꝫ vidit gl̄iaꝫ
VT ve (dei et ait. Ecce Le. ix.
niat ſup vos oīs ſanguis iu
ſtus qui effuſus ē ſup terrā a ſan/
guine abel iuſti vſqꝫ ad ſanguinē
zacharie filij barachie: q̄ occiſus ē
īt' templū ⁊ altare. De abel nul/
la eſt ambiguitas. q̄n is ſit quē ca
yn frat' ei⁹ occiderit. Iuſt⁹ aūt nō
ſolū ex dn̄i nunc ſentētia: ſed ex ge
neſ' teſtimonio cōꝓbat'. vbi acce
pta ei⁹ a deo narrantur munera.
Querit' q̄s ſit iſte zacharias filius
barachie: q꞉ mltos legim⁹ zacha/
rias. Et ne libera nob̄ tribuat' er/
roris facultas: queꝫ occidiſtis īt'
templū ⁊ altare. Tu. R. Patefa
cte ſunt ianue celi xp̄i martyri be/
ato ſtephano q̄ in numero ſancto
rum inuentus eſt prim⁹. Et ideo
triūphat in celis coronat⁹. V. Vi
dit beatus ſtephanus celos aper
tos vidit ⁊ introiuit. Et. Gl̄a. Et.
An̄ laud. v. Iuſtū đ. ¶ Ad lau. An̄.
CVm autē ſtephan⁹ eſſet ple/
nus ſpūſancto intendēs in
celū vidit gloriā dei ⁊ ih̄m ſtanteꝫ
ad dexterā pr̄is. Ps. Dn̄s regna.
cum cete. An̄. Lapidabāt autē iu/
dei ſtephanū inuocantē ⁊ dicentē
dn̄e ieſu accipe ſpm̄ meū. An̄. Ad
heſit aīa mea p⁹ te q꞉ caro mea la/
pidata eſt ꝓ te de⁹ meus. An̄. Ste
phan⁹ vidit celos aptos vidit ⁊ in
troiuit beatus hō cui celi patebūt
An̄. Poſitis aūt genibus clama
bat voce magna dicēs ſtephanus
dn̄e ieſu ne ſtatuas illis hoc pc̄tm̄
ELegerūt apo ¶ Cap. Act. vj.
ſtoli ſtephanū dyaconū. virꝫ
plenū ſpūſctō ⁊ fide. Deo. v. Iuſt⁹
vt pal. Sup bn̄đ. An̄. Patefacte
ſūt ianue celi xp̄i martyri ſtepha/
no qui in numero ſctōꝝ inuentus



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt primus ⁊ ideo triūphat in celiſ
coronat᷒ allā. Coll. Da nob qm̄s.
vtſ. cū ſuffra. ꝺ nati. dn̄i. Paſtores
dicite. ſine v. Coll. Cōcede q̄s. De
dn̄a. Verbū car. v. Specio. Coll'a
De᷒ q̄ ꝑ btē ma. Et nō plus. Pri. ꝺ
nati. ꝑ omīa vtſ. in die ſctō excepto
Cap. loco cui᷒ ꝺr. Cap. Appuit be/
nigni. Ad reliq̄s hoſ Hy. ⁊ añ. vt in
die nati. dn̄i. Cap. R. ⁊ Coll. de ſctō
cui᷒ feſtū tenet. Et ſic ꝑuabit ꝑ oīa vt
tā ſup̄ notat ad hoſ vſq; ad octa. do
mini. ¶ Ad. iij. Cap. Act. vj.
Stephan᷒ plenus grā ⁊ forti
tudīe faciebat ꝓdigia ⁊ ſigna ma
gna in ꝑplo. Deo. Idem Cap. dicit
etiā ad. vj. ⁊ ad. ix. Coll. de ſctō Ste
phano. Da nob q̄s. vtſ. ¶ In. ij. ve
ſperis Añ.
Iocūdus hō qui
miſeret in dn̄o non cōmoue/
bitur ineternū. pſ. Beat᷒ vir. xlj.
Añ. Quid retribuā dn̄o ꝓ oībus
q̄ retribuit mihi calicē ſalutar' ac/
cipiā. pſ. Credidi. xlij. Añ. Dn̄e li
bera aīam meā a labijs iniq̄s ⁊ a
lingua doloſa. pſ. Ad dn̄m cū trib.
xlij. Añ. Miſerere mihi dn̄e miſe/
rere mihi q: multū replet᷒ ſuz de/
ſpectiōe. pſ. Ad te leuaui. xliij. Añ.
Suſtinuit aīa mea in v̄bo domi/
ni ſpauit aīa mea in ip̄o. pſ. De ꝓ
fundis. xliiij. Deinde canit ſeu legit
ꝑ hym. ſeq̄ns clauſula Sequentie.
Te ſibi xp̄us elegit ſtephane.
Per quē fideles ſuos corro
boret. Se tibi iter rotat᷒ ſaxoꝝ ſo
latio manifeſtans Nūc inter in/
clitas martyrum purpuras coru
ſcas coronatus. Amen. Deīn Cap.
Stephan᷒ plenus gra. vtſ. v. Iu
ſtus vt pal. Sup magt añ. Sepe
lierunt ſtephanum viri timorati
⁊ fecerūt planctū magnū ſup eū.
Coll. Da nob qm̄s. vtſ. Deinde ꝺ
ſctō Johāne Añ. Valde honoran/
dus ē beatus iohēs q̄ ſup̄ pectus
dn̄i in cena recubuit. v. In oēm t.
Ecclesiā tuā qm̄s dn̄e ¶ Coll.
benign᷒ illuſtra: vt beati io/
hānis ap̄li tui ⁊ euangeliſte illūi/
nata doctrinis ad dona ꝑueniat
ſempiterna. P. Deinde ſuffr. ꝺ na/
tiuit. Paſtores loquebant. ſine. v.
Coll. Concede q̄s op̄s. vtſ. Deinꝺ
de dn̄a ſuffra. Verbū ca. v. ⁊ coll. vt
ſupra. Non plus. ¶ Nota ꝙ h̄ ſuffr.
ꝑnotata tā ad mat. q; ad vſ ſeruan
da ſunt ſingul' dieb᷒ non obſtantib᷒
feſtis dupl. vſq; ad octa. nati. dn̄i.

## In die ſancti Johan/nis euangel.

Ad mat. Inuit.
Adorem᷒ regē apłoꝝ. Qui ꝓ/
uilegio amoris iohēm dilexit apo
ſtolū. pſ. Vēite. ¶ In pri. noct. Añ.
Iohēs ap̄lus ⁊ euangeliſta v̄go
eſt elect᷒ a dn̄o atq; inter ceteros
magis dilect᷒. pſ. Celi enar. v. Añ
Supra pectus dn̄i ieſu recūbens
euāgelij fluēta de ipſo ſacro dn̄ici
pectoris fonte potauit. pſ. Bn̄di/
cā dn̄m. ix. Añ. Quaſi vnus ex pa
radiſi fluminib᷒ euāgeliſta iohēs
verbi dei grāz in toto terraꝝ orbe
diffudit. pſ. Eructauit. xliij. v. In
oēm terrā. ¶ Le. pri. Ser. Iſid. epi.
Iohēs ap̄lus et euangeliſta
filius zebedei frater iacobi:
virgo eſt electus a dō atq; inter ce
teros magis dilect᷒: q̄ etiā ſup̄ pe
ctus magiſtri ſui recūbens. euan
gelij ſui fluenta de ipſo ſacro dn̄i/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ci pectoris fonte potauit: et quaſi
vn⁹ de paradiſi fluminib⁹ verbi dei
gr̃am in toto terrarꝫ orbe diffudit
quiqꝫ in loco xp̄i. xp̄o iubẽte ſucceſ
ſit: dũ ſuſcipiẽs m̃rem mgr̃i. diſci/
pulus par p⁹ xp̄m alter q̈dammõ
derelict⁹ eſt fili⁹. Tu. ℟. Qui vice
rit faciã illũ colũnã in tẽplo meo.
dicit dñs. Et ſcribã ſup eũ nomen
meũ ⁊ nomẽ ciuitat̃ noue hierl̃m
℣. In illo die ſuſcipiã te ſeruũ me
Hic dũ euan (um. Et. ¶ Le. ij.
geliũ xp̄i i aſia p̄dicaret: a do
miciano ceſare in pathmos inſu/
lã metallo relegat: vbi etiã poſit⁹
apocalipſim ſcp̄ſit. Interfecto aũt
a ſenatu domiciano exilio reſolu/
tus receſſit epheſũ: ibiqꝫ ob here/
ticorꝫ refutandas verſutias effla
gitat⁹ ab aſie ep̄is euãgeliũ nouiſ
ſim⁹ edidit. Tu. ℟. Hic eſt diſcipu
lus q̄ teſtimoniũ p̄hibet de his ⁊
ſcripſit h̃. Et ſcim⁹ q꞉ verꝫ eſt teſti/
moniũ ei⁹. ℣. Quãta audiuimuſ
⁊ cognouim⁹ ea ⁊ p̄res nr̃i narra
Iſte (uerũt nob. Et. ¶ Lec. iij.
vero iohẽs ap̄ls ⁊ euangeli/
ſta a dño xp̄o elect⁹ atqꝫ dilect⁹: in
tãto amore dilectiõis ab eo eſt ha/
bit⁹: vt in cena ſup̄ pect⁹ ei⁹ recũ/
beret: ⁊ ad crucẽ ſtãti ſoli ſibi ma/
trẽ p̄priã cõmendaſſet: aut quẽ nu
bere volentẽ ad amplexũ v̓ginita
tis aſciuerat: ipi etiã cuſtodiendã
v̓ginẽ tradidiſſet. Tu. ℟. Valde
honorãdus eſt btũs iohẽs q̄ ſupra
pect⁹ dñi i cena recubuit. Cui xp̄s
in cruce m̃rẽ virginẽ virgini cõ/
mẽdauit. ℣. Mulier ecce fili⁹ tu⁹
ad diſcipulũ aũt ecce m̃r tua. Cui.
Gl̃a. Cui. ¶ In. ij. noc. Añ. In fer
uẽtis olei doliũ miſſus iohẽs ap°
ſtolus diuina ſe ꝓtegẽte gr̃a intaᵃ
ctus exiuit. ps̃. Oẽs gẽtes. xv. Añ
Propter inſuꝑabilẽ euãgelizan
di ꝯſtantiã exilio relegat⁹ diuine vi
ſionis ⁊ allocutõis meruit crebra
ꝯſolatiõe releuari. ps̃. Exaudi ds
dep̄catio. xviij. Añ. Occurrit btõ
iohĩ ab exilio reuertẽti oĩs p̄pl̃s vi
rorꝫ ac mulierũ clamantiũ ⁊ dicẽ/
tiũ: bñdict⁹ qui venit in noĩe dñi.
ps̃. Exaudi ds oratio. xviij. ℣. De
diſti hereditatẽ. Poſt Pr nr̃. ℣. In
Iohẽs qui (oẽm ter. ¶ Le. iiij
dã inter alias v̓tutes magni
tudo ſignorꝫ q̄ fuit: mutauit in au
rũ ſilueſtres frondiũ virgas litto
reaqꝫ ſaxa in gẽmas. Itẽqꝫ gẽma/
rũ fragmina in p̄priã reformauit
naturã. Viduã quoqꝫ p̄cepto p̄pl̃i
ſuſcitauit: ⁊ rediuiuũ iuuenis cor
pus remeãte aĩa reparauit. Bibẽs
letiferum hauſtũ: nõ ſolũ p̄iculũ
euaſit: ſed eodẽ proſtrat⁹ poculo in
vite reparauit ſtatũ. Tu. ℟. Ciba/
uit illũ dñs pane vite ⁊ intellectuſ
⁊ aqua ſapiẽtie ſalutaris potauit
eũ. Et exaltauit eũ apud p̄ximos
ſuos. ℣. In medio eccl̃ie aperu/
it os ei⁹ ⁊ impleuit eũ dñs ſpũ ſa/
piẽtie ⁊ intellectus. Et. ¶ Le. v.
Hic aũt cũ eſſet nonagita an/
norꝫ anno ſexageſimo ſepti/
mo p⁹ paſſionẽ dñi ſaluatoris ſub
trapano p̄ncipe lõgeue vetuſtat̃
ſenio feſſus: diẽ tranſmigratiõis
ſue ſibi iminẽ ſentiret: iuſſiſſe fer̃
effodere ſibi ſepulcꝝ. atqꝫ inde va/
ledicẽs fratrib⁹. facta orõe viuẽs
tumulũ introiuit: deinde in eo tã/
q̈ in lectulo requieuit. Tu. ℟. Iſte ẽ

iohes qui ſupra pect⁹ dñi in cena
recubuit. Btūs apl's cui reuela
ta ſunt ſecreta celeſtia. ℣. Valde
honorād⁹ ē btūs iohes q̇ ſup̄ pect⁹
dñi in cena recubuit. Btūs. L. vj.
VNde accidit vt quidā viuere
eū aſſerāt: nec mortuū in ſe/
pulcro. ſʒ dormientē iacere cōten/
dāt: marie ꝑ eo ꝙ illic t̃ra ſenſim
ab ꝑmo ſcaturiēs ad ſupficiem ſe
pulchri ꝯſcendat. ⁊ q̄ſi flatu q̇eſcē/
tis deorſuʒ ad ſupiora puluis ebu
liat. Tu. ℟. Diligebat aūt eū ie/
ſus qm̄ ſpeciali ꝓrogatiua caſtita
tis ampliori dilectione fecerat di/
gnū. Ea v̇go elect⁹ ab ipſo v̇go in
euū ꝑmanſit. ℣. In cruce deniqʒ
moritur⁹ huic matrē ſuā virginē
v̇gini cōmendauit. Ea. Glā. Ea.
¶ In. iij. noct. Añ. Apparuit caro
ſuo iohanni dñs ieſus xp̄s cū diſci
plis ſuis ⁊ dixit ei veni dilecte me/
us ad me q: tp̄s eſt vt epuler in cō
uiuio meo cū fratribus meis. ps̄.
Cōfitebimur. xxj. Añ. Expandēs
man⁹ ſuas ad deū dixit inuitatus
ad ꝯuiuiū tuū venio gr̃as agens
q: me dignatus es dñe ieſu xp̄e ad
tuas epulas inuitare ſciēs ꝙ ex to/
to corde meo deſiderabam te. ps̄.
Dñs reḡ. exul. xxvij. Añ. Dñe ſu
ſcipe me vt cū fratribus meis ſim
cū q̇bus veniēs inuitaſti me ape/
ri michi ianuaʒ vite ⁊ ꝑduc me ad
ꝯuiuiū epularuʒ tuaꝝ tu es enim
xp̄s fil⁹ dei viui q̇ ꝓcepto p̄ris mū
dū ſaluaſti tibi gr̃as referim⁹ ꝑ in
finita ſcloꝝ ſcl'a. ps̄. Dñs reḡ. iraſ.
xxviij. ℣. Annūciauerūt. ¶ Scdm
IN illo tē. d. ie. (Johem. ca. vlt.
petro Sequere me. Conuerſus
petr⁹ vidit illū diſcipulū quē dili/
gebat ihs ſequētē: q̇ ⁊ recubuit ī
cena ſup pect⁹ eius. Et dixit. Dñe
q̇s eſt q̇ tradet te? Et. rel. Omel. ve
COnmēdat eū (ner. Be. p̄ſby.
nob btiſſimus euāgeliſta et
apl's iohes ꝓuilegiū amoris pre/
cipui: quo ceteꝝ amplius meruit
honorari a dño. Cōmendat teſtio/
niū euāgelice deſcp̄tionis: qd ve/
ritate diuina ſubnixū nullus fide
liuʒ dubitare ꝑmittit. Cōmendat
placidā ſue carnis abſolutionem
quā dño ſpecialiter ſe viſitāte ꝑce
pit. Tu. ℟. Ecce puer me⁹ quē ele
gi dicit dñs elect⁹ meus. Cōplacu/
it ſibi in illo aīe mee. ℣. Iſte eſt io
hānes cui xp̄s in cruce mr̃eʒ virgi
nē virgini cōmendauit. Cōplacu.
SEd vt ꝑfecte lcōnis ¶ Le. viij
hui⁹ ꝓncipia valeam⁹ ꝯſide/
rare. libet ſupiora parūper atten
dere. Apparuit dñs p⁹ reſurrectio/
nē ſuā diſciplis ſeptē: int̃ q̇s erat
petr⁹ ⁊ iohes fruſtra in piſcādo to
ta nocte laborātib⁹ ⁊ ſtans in lito/
re: copioſa rhete eoꝝ piſciū multi/
tudine ipleuit Morqʒ egreſſos ad
terrā inuitauit ad prandiū: ⁊ int̃
prādendū tertio petrū an ſe ama/
ret interrogauit: ac tertio amorē cō
fitēti q: ter eū negauerat. eiqʒ ter/
tio ad paſcendas oues ſuas cōmi/
ſit. Ac deinde. q: ꝑ earūdeʒ ouiū. id
ē aīaꝝ fideliuʒ cura paſtorali vſqʒ
ad martyriū crucis eſſet ꝑuentu/
rus intimauit. Tu. ℟. In illa die
ſuſcipiā te ſuū meū ⁊ ponam te ſi
cut ſigculū in cōſpectu meo. Quī
elegi te dicit dñs. ℣. In tribulatio
ne inuocaſti me ⁊ exaudiui te ⁊ li/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

berauit te. Qm̄. ¶ Le. ix.
POſtq̄ ei dñs ſignificauit petro q̄ morte clarificatur⁹ eſſet deū ꝑtin⁹ adiūgit qḋ in hui⁹ capite lectionis audiuim⁹. Et dicit ei. Seq̄re me. Acſi apte dicat. Quia ipſe ꝑ us ꝓ tua redēptiōe cruc⁹ ſuppliciū ſbire nō timui: cur tu ꝓ mei ↄfeſſione nois crucem pati formides? Qui eo glīoſiore martyrij palma gl'ificaber⁹: q̄ in hac ꝓmerēda magiſtri iter ſeq̄ris. Tu. ℞. ix. Hac die tm̄. Vox tonitrui tui ōs in rota ioannes ē euāgeliſta mūdi ꝑ ambitū ꝑdicās lumē celitu: q̄ triūphās rome. Lauit in vino ſtolā ſuā ⁊ in ſanguie oliue palliū ſuū. ℣. Victo ſenatu cū ceſare virgieo corpe tripudiat in igne. La. Gl̄a. La. ¶ In octa. ſctī ioānis ſiue fuerit fer. ſiue dominica d: ſeq̄ns ℞. loco Vox toni. ℞. In medio eccl'ie appuit os ei⁹. Et ipleuit eū dñs ſpū ſapie ⁊ intellect⁹. ℣⁹. Miſit dñs manū ſuā ⁊ tetigit os meū. Et. Gl̄a. Et. An̄ lau. ℣. Nimis hono. ¶ Ad laud. An̄.
ECce puer me⁹ electus quē elegi ⁊ poſui ſup eum ſpm̄ meu. ps. Dñs reg. deco. cū cete. ps. An̄. Hic ē diſcipl's me⁹ ſic eū volo manē donec veniā. An̄. Miſit dñs manū ſuam ⁊ tetigit os meū ⁊ repleuit me An̄. Sūt de h̄ ſtantib⁹ q̄ nō guſtabūt mortē donec videāt filiū hois ī reḡ ſuo. An̄. Iohes aūt apl's v̄go dī elect⁹ cui v̄ginē mrē dñs v̄gini ↄmēdauit. ¶ Cap. Eccl. xv.
QVi timet deū faciet bona: ⁊ q̄ ↄtinēs eſt iuſticie appħendet illā ⁊ obuiabit illi q̄ſi mr̄ honorificata. Deo gr̄. ℣. Cōſtitues eos.

Sup bñ. An̄. In medio eccl'ie aperuit dñs os ei⁹ ⁊ ipleuit eū ſpū ſapie ⁊ itellect⁹ all'. Coll'. Eccliā tuā vts. Dein̄ ſuff. cōſue. ſ. Paſtores ⁊c. vts. Nihil de ſctō Stepho. Pri. de nati. Ad cete. hos. hy. ⁊ an̄. d nati. ℞ ⁊ ℣. d aplis. ¶ Ad. iij. Cap. Eccl'. xv
CIbauit illū dñs pane vite et intellect⁹ ⁊ aq̄ ſapie ſalutar⁹ potauit illu. Deo. ℞. In oēm ⁊c. Coll'. de ſcō Johe. Eccliā tuā. vts. I. ¶ Ad. vj. Cap. Eccl'. xv.
IN medio eccl'ie apuit os ei⁹: ⁊ ipleuit eū ſpū ſapie ⁊ intellect⁹. et ſtola gl'ie induit eū. Deo. ℞. Conſtitues. Coll'. vts ¶ Ad. ix. Cap. Eccl'. xv.
IOcūditatē ⁊ exultationē theſaurizauit ſuper eū ⁊ noie eťno hereditauit illū dominu⁹ ds nr̄. Deo. ℞. Nimis honora. Coll'. Eccleſiam tuam. vts.

## In. ij. vs. An̄. Iurauit do. cū cete. an̄. ⁊ ps. vt in cōi. l vūj

Dein̄ d: ꝑ hy. ſeq̄ns clauſula Seq̄n.
VErps in cruce triūphās matri ſue dedit cuſtodē. Vt virgo v̄ginē ſuares atq cură ſuppeditares. Tu de carcere flagriſq fract⁹ teſtionio ꝓ xp̄i es gauiſis. Idē mortuos ſuſcitas inq xp̄i nomie venenū forte vinc⁹ Tibi ſummus tacitū ceter⁹ verbū ſuū pr̄ reuelat. Tu nos oēs ꝑcib⁹ ſedulis apd deū ſp ↄmēda. Iohes xp̄i care. Amē. Cap. Et timet. vts. ℣. Nimis ho. Sup mḡt An̄. Iſte eſt ioannes q̄ ſup pect⁹ dñi in cena recubuit btūs apl's cui reuelata ſūt ſecreta celeſtia. Coll'. Eccl'a tuā. vts Dein̄ de Innocētib⁹ An̄. Innocentes ꝓ xp̄o infātes occiſi ſūt ab iniq̄



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rege lactētes interfecti ſunt ipſuꝫ laudātes agnū ſine macl'a ⁊ dicūt ſꝑ glia tibi dñe. v. letami. ¶ Coll'.

D Eus cui⁹ hodierna die preconiū innocētes martyres nō loq̄ndo ſꝫ moriēdo ꝯfeſſi ſūt: oīa i nob' viciorꝫ mala mortifica vt fidē tuā quā ligua nr̄a loquit' etiā morib⁹ vita fateat'. P. Sc̄m ſuff. ꝺ natiui. Paſto. ⁊c. Nihil ꝺ ſctō ſtephō.

## In die Innocentum

V Enite adorem⁹ do (Inuit. minū. Qui in ſctis ſuis glioſus eſt. ps̄. Venite. ſine Gl'a pri. loco cui⁹ reiterat' ad huc ſcl' totū Inuit. ꝙꝙ p⁹ v. Quadragita. reiteratū eſt Nota ꝙ p⁹ Veite nō ꝺ: Gl'a pri. neꝙ p⁹ ℞. in mat. et in hor. ß finito v. ⁊ dcā repetitōe reincipiēdūꝫ eſt ℞. nec Te deū ꝺ: niſi fue. dñica tūc oīa vtſ̄. ꝓhibita dñr. In oct. vo oīa etiā vtſ̄ ꝓhibita ſiue fue. dñica ſiue fer. dñr. Sꝫ ad De⁹ in adiut. ꝺ: Gl'a ⁊ all'a. Siliter ad ps̄ ꝺ: Gl'a. ¶ In. j. noct. An̄. Herodes vidēs q: illuſus ē a mag' miſit in bethleē ⁊ occidit oēs pueros q̇ erāt i ea ⁊ in oib⁹ finib⁹ ei⁹. ps̄. Btūs vir. An̄. Xp̄s infans non deſperit ſuos coetaneos milites ſꝫ puerit q̇b⁹ an̄ dedit triūphare q̄̄ loq̇. ps̄. Quare fre. An̄. Arridebat puulus occiſori gladio adiocabat' infantulus nutric' loco attēdebat lactens ꝑcuſſoris horrorēꝫ. ps̄. Dñe q̄d. v. letamini. ¶ Le. pri.

Z Elus q̇ Ser. Seueriani epi. ꝫtēdat. q̇ ꝓſiliat liuor: iuidia q̇ ferat'. herodiana hodie patefecit imanitas. Que dū tp̄alis regni emulat' anguſtias: eterni reg' ortū molit' extinguē Tūc herodes inq̇t vidēs q: illuſus eēt a mag': miſit i bethleē. ⁊ occidit oms pueros q̇ erāt i ea ⁊ in oib⁹ finib⁹ ei⁹. Tu. ℞. Sub altari dñi audiui voces occiſorꝫ dicētiū. Quare nō defēdis ſanguinē nr̄m ⁊ accepert diuinū rn̄ſuꝫ adhuc ſuſtiete modicū tp̄s donec ipleat' nūer⁹ fratꝫ vr̄orꝫ. v. Vidi ſb̄ altare ꝺi aīas ſctōꝝ ꝓpt' verbū ꝺi q̇d hēbant ⁊ clara voce dicebāt.

H Erodes vidēs (Quar'. Le. ij. q: illuſus ē a mag': dolet ipietas ſe eē illuſaꝫ: dilatās ſe crudelitas furit. Fremit doloſitas ſe deceptā: ⁊ i ſe fraus reu'ſa colliditur Herodes ſtridēs cadit i laq̄uꝫ quē tetēdit. Hinc iniq̇tatem quā ꝯſiderat. euagiat. De fide ꝑfidie ſumit arma: ẽreno q̄rit furore: quē natū celit⁹ nō credit. Tu. ℞. Effuderūt ſanguiēꝫ ſctōꝝ velut aquā i circuitu hirl'm. Et nō erat q̇ ſepeliret. v. Poſuerūt mortalia ſeruorꝫ tuorū eſcas volatilib⁹ celi carnes ſctōruꝫ tuorꝫ beſtijs ẽre. Et. ¶ Le. iij.

H Erodes ad ſin⁹ matrū militū cogit caſtra: int' vbera arcē pietat' oppugāt. In tener' vberib⁹ ferrū durat: lac fundit an̄q̄ ſanguiēꝫ dat an̄ mortē ſentire q̄ꝫ vitā: tenebras igerit intrātib⁹ lucē. Tu. ℞. Adorauert viuentē in ſcl'a ſclor. Mittētes coroās ſuas an̄ thronū dñi dei ſui. v⁹. Veientes aūt veniēt cū exultatiōe portantes manipulos ſuos. Mittē. ℞. Adorauert ¶ In. ij. noct'. An̄. Norūt infantes laudare deū q̇ loq̇ nō nouerāt ſiūt piti laude q̇ fuerāt im piti ſmone. ps̄. Dñe q̇s. iij. An̄. Erigit itaꝙ infantiū etas in laudeꝫ q̇ delictorꝫ nō nouerāt crimē. ps̄. Cōſua. An̄. Dignus a dignis laudat' ⁊ innocens innocentiū teſtionio cōprobat'. ps̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dñi eſt c. xxxiiij. v Juſti ãt. p⁹ pſ

Hic agit (nr̃. v. letami. Le. iiij
mgr̃ mali. miſter doli: ire ar
tifex: inẽtoꝛ ſcelerꝫ: ipietatꝫ auctoꝛ
pietatꝫ p̃do: inimic⁹ innocẽtie: ho/
ſtis nature: mal⁹ oib⁹: ſuis peioꝛ:
peſſim⁹ ſibi. Quẽ xp̃s nõ vt euade
ret: ſꝫ ne videret̃ aufugit. In altuꝫ
tẽdens cadit ab alto. Celũ pulſanſ
itrat pfundũ. Tu. R. Iſti ſt ſcti q
paſſi ſũt ꝑpt te dñe vidica eos. Ca
clamãt ad te tota die. v⁹. Vindica
dñe ſanguieꝫ ſctõꝝ tuoꝝ q effuſus

In ſe vadit: cũ (c̃. Ca. Le. v.
vadit in deũ. Se occidit: q vi
tã conat̃ occidẽ: qꝛ cape nõ p̃t pditi
onẽ ſal⁹: occiſiõꝫ vita: et̃nitas finẽ
O abitio q̃ꝫ ceca ſp: o q̃ p̃ſũptõ peſ
ſima: o q̃ pdit ꝯceſſa: q inconceſſa
captat. Herodes obſidẽs t̃renũ re
gnũ: ipugnat celeſte Terrenis in
hiãs irruit i diuia: ipaꝫ qꝫ pietateꝫ
oi impietate iſectat̃. Tu. R. Cãta
bãt ſcti canticũ nouũ añ ſedẽ di et
agni. Et reſonabat t̃ra i voces eo
rũ. v. Angeli eoꝝ ſp vidẽt faciẽ pa/
tris q in cel' eſt. Et. ¶ Le. vj.

Herodes cũ audierat natũ re
gẽ deſtiat⁹ ad ſcel⁹: ad piaclm ꝓm
pt⁹: pat⁹ ad crimẽ: cauſas innocẽ
tie nõ req̃rit: ius abnegat. ꝯfũdit
faſqꝫ nephaſqꝫ. Cui neq̃cia ẽ ſodal'
cui odioſa ẽ eq̃tas: iniq̃tas eſt ſp a
mica: q cedib⁹ viuit: q ſe munit ſã/
guie: q timoꝛe crudelitatib⁹ ſeuit.
Cui d̃ tioꝛe ſtat totũ: d̃ amoꝛe nihil
ꝯſtat. Tu. R. Iſti ſũt ſcti q nõ inq̃/
nauẽt veſtimẽta ſua. Ambulabũt
mecũ in albis qꝛ digni ſũt. v⁹. Iſti
ſũt q cũ mlierib⁹ nõ ſunt coinq̃na
ti virgies eni ſunt. Am. R. Iſti ſũt.
¶ In. iij. noct. Añ. Dicũt infantes
dño laudes trucidati ab herode oc
ciſi p̃dicãt q̃d viui nõ poterãt. pſ.
Exulta. iuſ. ix. Añ. Licuit ſangui
ne loq̃ quib⁹ lingua ñ licuit miſcẽt
cũ dño colloq̃a quib⁹ hũana nega
ta ſũt v̾ba. pſ. Te decꝫ. xix. Añ Sã
guis ſcõꝝ martyꝝ ꝓ xp̃o effuſus ẽ
i terra iã adepti ſũt p̃mia ſepit̃na
pſ. Quã dilcã. xxv. v. Juſtoꝝ aie.

In il. t. Ange Scdm math. c. ij.
lus dñi appuit i ſõnis ioſeph
dicẽs Surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ mr̃eꝫ
ei⁹ ⁊ fuge i egyptuꝫ: ⁊ eſto ibi vſqꝫ
dũ dicã tibi. Futuꝝ ẽ ei vt herodes
q̃rat pueꝝ: ad pdenduꝫ eũ. Et reſ.

De moꝛte p̃cio/ Omel'. ven. be.
ſa martyꝝ xp̄i innocentũ ſa
cra nob ẽ frẽs kmi euãgelij lcõ re/
citata: in q tñ oim xp̄i martiꝝ p̃cio
ſa eſt moꝛs deſig̃ta. Q̃d eni puuli
occiſi ſũt. ſig̃t p hũilitatꝫ meritum
ad martyriũ pueniẽduꝫ gl'iaꝫ: ⁊ qꝛ
ſi nõ ꝯuerſus fuerit q̃s ⁊ effect⁹ ſic̃
puulus: nõ poſſet aiaꝫ dare ꝓ xp̃o
Tu. R. Coꝛonauit eos dñs coꝛõa
iuſticie qꝛ paſſi ſũt ꝓ dño Et ſequũ
tur agnũ. v. lauẽrt ſtolas ſuas ⁊
cãdidas eas fecẽrt i ſanguie agni

Quod i bethleẽ ⁊ (Et. Le. viij
i oib⁹ finib⁹ ei⁹ occiſi ſt. oñdit
nõ ſolũ i iudea vñ eccl'e cepit oꝛigo
ſꝫ in oib⁹ eiuſdẽ eccl'e finib⁹ q̃cunqꝫ
p oꝛbẽ diffuſa eſt. pſecutõeꝫ ſeuitu
rã pfidoꝝ: ⁊ pioꝝ pariaꝫ eẽ coꝛonã
dã. Ca bimi occiſi ſt doctna ⁊ opa
tõẽs pfectos indicãt. Q̃ vo ĩfra ſim
plices vl' pdeotas fidei tñ nõ ficte
ꝯſtãtia foꝛtes eq̃ denũciãt. Tu. R.
Ecce vidi agnũ ſtãtẽ ſup mõtẽ ſy
on ⁊ cũ eo ſcõꝝ milia. Et hẽbãt no
mẽ ei⁹ ⁊ nomẽ p̃ris ei⁹ ſcptũ in frõ
tib⁹ ſuis. v⁹. Cantabãt ſancti can
ticum nouũ añ ſedẽ di ⁊ agni. Et.

QVod illi qui/ ¶Lectio .ix.
dem occiſi ſunt: ſed chriſtus
q̄ querebat̃ viuēs euaſit: īſinuat
corpa q̄dez ab ipſis poſſe p̄imi: ſed
xp̄m p̄ q̄ pſecutio tota ſeuit: nulla
ten⁹ eius vl' viuētib⁹ vl' occiſis poſ
ſe auferri: ſ; eos veraciter ꝯteſta/
ri: q: ſiue viuim⁹: dn̄o viuim⁹: ſi/
ue morimur dn̄o morimur. Siue
ēm viuim⁹ ſiue morimur: dn̄i ſu/
mus. Tu. ℟. Centū q̄dragita q̄t/
tuor milia q̄ empti ſunt de t̄ra hij
ſūt q̄ cū mlierib⁹ nō ſunt coinq̄na
ti v̄gines ēm p̄maſert. Jō regnāt
cū d̄o ⁊ agn⁹ di cū eis. ℣. Hij empti
ſūt ex hoib⁹ p̄micie d̄o ⁊ agno ⁊ in
ore ipoꝝ nō eſt inuentū mēdaciū.
Jō. ℟. Centū. Te deū. nō d̄r niſi fue
rit dn̄ica vt's dcm̄ ē. Añ lau. ℣. Juſti
HEro (aūt i p. ¶Ad laud. Añ.
des irat⁹ occidit multos pue
ros i bethleē iuda in ciuitate dauid.
ps̄. Dn̄s regna. d̄co. cū cete. ps̄. Añ
Angeli eoꝝ ſp vidēt faciem p̄ris.
Añ. Vox i rama audita ē plorat⁹
⁊ vlulat⁹ rachel plorās filios ſuos
Añ. Sb throno di oēs ſcti clamāt
vindica ſanguinē nr̄m d̄s nr̄. Añ.
Cantabāt ſcti canticū nouū añ ſe
dē dei ⁊ agni ⁊ reſonabat t̄ra i vo/
VOces eoꝝ. ¶Cap. Apoca. xiiij.
Jdi ſup̄ montē ſyō agnū ſtā
tē: ⁊ cū eo centuz q̄dragintaq̄ttuor
milia. hn̄tes nomē ei⁹ ⁊ nomē pa
tris ei⁹ ſcp̄tū in frōtib⁹ ſuis. Deo.
℣. Exultēt iuſt. Sup bn̄d. Añ. Hij
ſūt q̄ cū mlierib⁹ nō ſunt coinq̄na
ti virgies ēm ſūt ⁊ ſequunt̃ agnuz
q̄cunq; ierit. Coll'. De⁹ cuius hod.
Deinde ſuffra. de nati. ⁊ de dn̄a vt's
Nihil de ſcō ſtepho neq; de ſctō johe.
¶Ad pri. de nati. vt's. ℟. Xp̄e fili. d̄r
cū Gl'a p̄ri. q: p̄ri. d̄r de feſto nati. ⁊ n̄
de innocē. ergo ⁊c. Sz ad alia ℟. ſcz
iij. vj. ⁊ ad. ix. nō d̄r Gl'a p̄ri niſi fue
rit dn̄ica vt's dcm̄ ē. Cete. hor̄. mixti.
hy̆. ⁊ añ. de nati. Cap̄. Vidi ſup̄ mō.
℟. ⁊ ℣. de marty̆. ex cōi. Coll'. de In
nocē. vt's. Ad miſſam tm̄ p⁹ g̃duale
nō d̄r all'a niſi fuerit dn̄ica. al's ad añ
vbicūq; h̄etur all'a. ⁊ vbi ſolz dici ibi
LAuerūt ſtolas ſuas ⁊ cādidas dē dicat̃. ¶In. ij. vs̄. Añ.
eas fecerūt in ſanguie agni. ps̄. Di
xit dn̄s. xlj. Añ. Abimatū ⁊ infra
occidit mltos pueros herodes p̄p̄t
dn̄m. ps̄. Cōfitebor. Añ. Ambula
būt mecū in albis qm̄ digni ſunt ⁊
nō delebo noia eoꝝ d̄ libro vite. ps̄
Beat⁹ vir. Añ. Sinite puulos ve
nire ad me taliū eſt ēm regnū celo
rū. ps̄. De p̄fund. Añ. Innocētes
p̄ xp̄o infātes occiſi ſūt ab iniq̄ re/
ge lactētes interfecti ſūt ip̄m laudā
tes agnū ſine macl'a ⁊ dicūt ſp gl'a
tibi dn̄e. ps̄. Memto. xliiij. Deind̄
d̄r p hy̆. ſeq̄ns clauſula Seq̄n.
O Xp̄i precones clari floreſq;
martyr chorꝰſci. Et ꝯfeſſoꝝ inſi/
gnes gēmule ſctōꝝ. Atq; ſteriliuz
in mūdo virginū Clari filioli dul
ces puſioli nos iuuate precibus.
Quos xp̄s innocentē mortē vraz
miſerās. Pro ſeſe maturatā pla
cidus exaudiēs. Nos regno ſuo
dignet̃. Amē. Cap̄. Vidi ſup̄ mōtē.
vt's. ℣. Mirabil's d̄s. Sup mḡt Añ.
Hij ſūt q̄ venerūt ex magna tribu
latiōe ⁊ lauerūt ſtolas ſuas ⁊ deal/
bauerūt eas in ſanguie agni. Coll'.
De⁹ cuius hod. vt's. Deiñ ſequit̃ d̄
ſctō Thoma añ. Iſte cōf. vt i cōi. lx.
℣. Poſuiſti dn̄e. Coll'.
DEus p̄ cuius eccl'ia gl'ioſus

martyr ⁊ archipontifex thomas
gladijs impioꝝ occubuit: prā q̄s.
vt oēs q̄ eiꝰ implorāt auxiliū. peti
onis ſue ſalutarē cōſeq̄nt effectū.
P Deinde ſuff. de nati. ſc3. Paſtores
loq̄bant. cū v. ⁊ colla. vts. ⁊ de dn̄a
Verbū caro. cū v. ⁊ coll. etiā vts. et
nō plus. Cōpl. de nati. ſicut hucuſq3
¶ Ad mat. Inuit. Regē mar. ado
remus ⁊c. oīa vt in cōi de vno mar/
V Eniētes (tyre. ¶ Lectio pri.
miſtri regis angloꝝ henri/
ci ad hoſtiū domꝰ archiepi thome
qō neſciēte archiepo thoma clau/
ſerāt q̄ intꝰ erāt: ceduūt ſcindūt. fin
dūt. et viā intrādi parāt. Inſta di/
ctū eſt archiepo vt ad eccliaʒ fuge/
ret: ⁊ ibi ſe inſ ſua pignora defen/
deret. Nō acq̄eſcēte illo: ſ3 ibi mar
tyriū p̄ſtolāte dictum eſt ei. Et dic̄
aūt iā elabentē poſtulare: vt veſp
tina celebraret ſynaxis. Quo au/
dito ſurrexit moleſte: ⁊ cuʒ graui/
tate ꝑgens eccliaʒ petijt. Tu. L. ij.
Vidētes aūt monachi paſtorē ſu
um viuē: quē iā infectū cū graui
merore ꝯqueſti ſūt. dō grās dedē:
⁊ obſ'uatꝭ valuis ecclie ⁊ obfirma
tis. p̄latū ſuū defendē moliebant.
Quo viſo archieps remouit oēs:
⁊ autoritate ſua introitū apuit di
cēs. Ecclia dī oībus patere debet:
⁊ bonis ⁊ mal. Viderint q̄ intrāt.
q̄liter intrēt. Tu. ¶ Le. iij.
Ad h̄ intrantes ſepedicti carnifi/
ces: horrēde ꝑſonabāt. Vbi ē ille ꝓ
ditor regꝭ: ⁊ regni falſus p̄ſul ⁊ in/
dignꝰ. Quibꝰ iſte vt erat mitis rn̄
dit. Ecce ego: archieps quidē licet
indignꝰ q̄d me queritis: Si vultꝭ
me interficē. ſinite hos abire: Nō re

ſiſto nec reluctor: ad h̄ eñ veni. T.
I Nicientes aūt in eū ¶ Le. iiij.
manꝰ vt extra eccliaʒ trahe/
rēt: quidā clericꝰ btūs q̄dem q̄ ita
xp̄e erat. beatior mſto ſi cū eo pate
ref: manibꝰ iniectis in archiepm.
q̄ poterat eū virtute retinē pauit.
Vnꝰ aūt ex illis oparius iniq̄tatꝭ
gladio erecto. ī brachio eū ꝑcuſſit.
et ipm pene amputauit ⁊ eodem
ictu archiepm in capite ſacro ptu
lit: ⁊ ſanguie rubricauit. Tu. L. v.
Iā eñ inchoatū eſt martyriuʒ in
ipſa xp̄i ecclia: xp̄o ita diſponente.
Aliꝰ etiā in eodē loco capiti eiꝰ g̃ue
vulnꝰ impſſit: ⁊ totū corpꝰ eius ſo
letenꝰ nutare fecit. Terciꝰ impin/
gēs eū cū gladio p̄cipitauit ſuper
pauimētuʒ. Tu. ¶ Le. vj.
Quartꝰ vō coronā abſcidit ⁊ teſta
capitis diſſipata. cerebꝝ ſiſ cū ſan
guīe mixtū ſup lapidē fudit Et ita
btiſſimꝰ xp̄i martyr ēre corpꝰ ꝯce/
dēs. aīaʒ celo intulit. Cuiꝰ corpꝰ cū
ſanguīe mōachi colligētes. deuo/
tiſſime corpꝰ lapideo ꝯdiderūt mau
ſoleo. Sanguinē vō mixtū aq̄ in/
firmoꝝ remedio repoſuerūt. Tu.
Euāg. Si q̄s vult veni. ad me. lxj.
tm̄. etiā ſi fuerit dn̄ica cū Laud. ⁊c.
Re in cōi de vno marty. Coll. de ſcō
vts. cū ſuff. de nati. Paſto. dici. et de
dn̄a. Verbū ca. ꝓ oīa vts. ⁊ nō plus
etiā ſi fuerit dn̄ica tūc de eadē nō dr̄: h
omel. nec3 ſuff. Prima dr̄ d nati. ſicut
hucuſq3. Cete. hor mixtim cum Col
lecta de ſancto Thoma vt ſupra.
Ad ſcōas vs. An. Tecū pn. cū ceteris
an̄. ⁊ ps. vts. in die nati. Hy. Deus
tuoꝝ. Cap. Btūs vir. v. Iuſtus vt
pal. Sup mḡt an̄. Iſte coḡ. Colla.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

de ſctõ vt ſup̄. Deinde ſuffr. de nati.
Paſtores loq̄bã.ꝛ de dña. Verbuꝫ
ca.cũ v.ꝛ coll'a. vtſ̃. Et nõ plus etiã
ſi hodie aut cras fuerit dñica tunc ni/
hil ð eadẽ. Cõpl'.ð nati.ſicut hucuſq̧
Notandũ ꝙ dñica occurrens infra
octa.nati.xp̄i.que ð: Dũ mediuꝫ ſi/
lentiũ. vbicũq̧ venerit talis dñica ſi
ue in dieꝫ Natal' dñi ſiue Stephani
Johis. Innocentũ. Thome cãtua.
aut Siluestri.ſꝑ trãſfert̃ in dieꝫ cra/
ſtinũ ſcti Thome cãtuari.ꝛ ibideꝫ di/
cunt̃ ſꝑ.iv.lect. de eadẽ cũ hyſto. ſua
ſcꝫ Bñdict⁹.etiã ſi eadẽ dies fuerit fe
riata.nihilomin⁹ vtſ̃ dictũ eſt dicũ/
tur.iv.le.ꝛc.Et ſi aliq̄ꝺ p̄dictorũ fe/
ſtorũ ſcꝫ nati.aut Stephani ꝛc. vtſ̃
venerit in eãdẽ dñicã illud ibidẽ ſua/
bit̃.ꝛ nihil in p̄dictis feſt̃ de dñica ne/
q̧ omel'.neq̧ ſuff. de eadẽ. Exceptis
tñ pri. vſ̃. ſcti Siluestri.i quib⁹ dicit̃
de eadẽ ſuff. vt infra dicet̃. ¶ Seq̄n/
tes lcões ꝛ ℟. ſunt de ſup̄dicta dñi/
ca infra oct.nati.xp̄i.

Dñica infra oct. natiuita. xp̄i q̄ ca/
ret p̄mis ꝛ.ij.vſ̃.Ad mat. Inuita.
Christus nat⁹ eſt nob. Venite
adoremꝰ pſ̃. Veñite In pri.no
ct.Añ. Dñs dixit ad me fili⁹ me⁹ es
tu ego hodie genui te. pſ̃. Quare
fre.j.Añ. Tanq̧ ſponſus dñs p/
cedens de thalamo ſuo.pſ̃. Celi e/
nar.v.Añ. Diffuſa eſt grã in labi
is tuis ꝓp̃ea bñdixit te ds̃ ineťnũ.
pſ̃.Eructauit.viiij.v. Tanq̧ ſpon
ſus dñs Procedẽs ð thalamo ſuo.
¶ Lec.prima Ex ſ̃mone Leonis pa.
Quia gl̃iabat̃ diabolus hoĩeꝫ
ſua fraude deceptũ diuinis
caruiſſe munerib⁹.ꝛ imortalitat̃
dote nudatũ. durã mortis ſubiiſſe
ſententiã: op⁹ fuit delectiſſimi ſe/
creta diſpẽſatiõe ↄſilij. vt incõmu
tabilis de⁹. cuius volũtas non po
tuit ſua benignitate priuari pri/
mã pietatis ſue diſpẽſatõeꝫ ſacro
occultiori cõpleret: ꝛ hõ diabolice
iniq̄tatis v̓ſutia actus in culpam
cõtra dei ꝓpoſitũ nõ piret. Tu. ℟.
Bñdictus q̄ venit in noĩe dñi. De
us dñs ꝛ illuxit nob. v⁹. Lapidem
quẽ reprobauerũt edificãtes hic fa
ctus ẽ in caput anguli a dño factũ
eſt iſtud ꝛ eſt mirabile in ocl'is no/
Ingredit̃ (ſtris. De⁹. ¶ Le.ij.
q̄ hec mũdi infima fili⁹ dei de
celeſti ſede deſcẽdẽs: ꝛ a pñna gl̃ia
non recedẽs: nouo ordie. noua na
tiuitate generat⁹. Nouo ordie: q̄a
inuiſibilis in ſuis: viſibilis factuſ
eſt in nr̃is. Incõprehenſibilis vo/
luit cõprehẽdi: añ tp̃a. eſſe cepit ex
tp̃e. Tu. ℟. Congratulami mihi
oñs q̄ diligitis dñm q: cũ eſſeꝫ p/
uula placui altiſſimo. Et de meis
viſcerib⁹ genui deũ ꝛ hoĩeꝫ. v. Be
atã me dicẽt oñs generatiões q̄a
ancillã hũileꝫ reſpexit ds̃. Et. L.iij
Vniuerſitat̃ dñs. ſuilẽ formã
obumbrata maieſtat̃ ſue di
gnitate ſuſcepit. Impaſſibil̃ ds̃.ñ
dedignat⁹ eſt hõ eſſe paſſibil̃: ꝛ im
mortal' mort̃ legib⁹ ſbiacere. No/
ua aũt natiuitate generat⁹: q: in/
uiolata v̓ginitas ↄcupiaꝫ neſciuit
ſubſtãtiã miniſtrauit. Aſſumpta
ẽ de mr̃e dñi natura nõ culpa: cre
ata ẽ forma ſerui ſine ↄditione ſer
uili: et nou⁹ hõ ſic tp̃atus ẽ veteri
vt ꝛ veritateꝫ ſuſcipet generis: et
viciũ excludẽt vetuſtatis. Tu. ℟.
Btã ꝛ venerabil̃ es v̓go q̄ ſine ta

ctu pudoris inuēta eſt mr̄ ſaluato
ris. Jacebat in p̄ſepio ⁊ fulgebat
in celo. v. Dn̄e audiui auditū tuū
⁊ timui ꝯſideraui opa tua ⁊ expa
ui in medio duū aīaliū. Jace. Gl'a
Jace. ¶ Jn. ij. noct. An̄. Suſcepi
mus d̄s miſc̄diaꝫ tuā in medio tē
pli tui. p̄s. Magnus dn̄s. xv. An̄.
Orietᷣ in dieb⁹ dn̄i abūdantia pa
cis ⁊ dn̄abitᷣ. ps̄. De⁹ iudiciū. xxj.
An̄. Ueritas de terra orta eſt ⁊ iu
ſticia d̄ celo ꝓſpexit. ps̄. Bn̄dixiſti.
xxv. v. Diffuſa ē gr̄a in labijs tu
is. Propterea bn̄dixit te d̄s ineter
nū. p⁹. Pr̄ nr̄. v. Tanq̄ ſpō. Le. iiij.

VErax nāq; miſc̄dia dī: cū ad
repandū hūanū gen⁹ ineffabilitᷣ ei mīta ſuppeterēt: hanc po
tiſſimū ꝯſulēdi elegit viā. qua ad
deſtruendū op⁹ diaboli nō v̄tute
vteretur potētie: ſed rōne iuſticie.
Nā ſupbia hoſtis antiq̄. non ime
rito ſibi in oēs hoīes ius tyranni
cū vēdicabat: nec indebito dn̄atu
premebat. q̊s a mādato dei ſpon
taneos in obſequiū ſue volūtatis
illexerat. Tu. l. R. O regeꝫ celi cui
talia famulantᷣ obſeq̄a ſtablo po
nitᷣ q̄ ꝯtinet mundū. Jacet in p̄ſe
pio ⁊ in nubib⁹ tonat. v. Nat⁹ eſt
nob̄ hodie ſaluator q̄ eſt xp̄s dn̄s i
ciuitate dauid. Jac. ¶ Le. v.

Cum igitᷣ miſericors omīpſq;
ſaluator ita ſuſceptōis hūane mo
deraretᷣ exordia: vt virtutē inſepa
rabilis a ſuo hoīe deitatis ꝑ vela
mē nr̄e infirmitatis abſcōderet: il
luſa eſt ſecuri hoſtis aſtucia. q̄ na
tiuitatē pueri in ſalutē hūani ge
neris ꝓcreati: nō alitᷣ q̄ȝ oīm naſcē
tiū putauit obnoxiā. Tu. R. Ne
ſciēs mr̄ v̄go virū pepit ſine dolo
re ſaluatorē ſclor̄ ipm regē ange
lor̄. Sola virgo lactabat vbere de
celo pleno. v. Bt̄a viſcera marie
virgis q̄ portauerūt etni p̄ris filiū.

Vidit eū va (Sola. ¶ Le. vj.
gientē atq; lachrymantē. vi
dit pānis obuolutū. circūciſiōi ſb
ditū: ⁊ legal' ſacrificij oblatiōe per
functū. Auxit deinceps ſolita icre
mēta puericie ⁊ vſq; ad viriles an
nos de naturalib⁹ non dubitauit
augmētis. Inter h̄ intulit ꝯtume
lias: multiplicauit iniurias: adhi
buit maledicta: obꝓbria: blaſphe
mias: ꝯuicia. Oēm poſtremo i ip
ſuꝫ vim furoris effudit: oīaq; tem
ptamētor̄ genera ꝑcurrit. ⁊ ſciens
q̊ hūanā naturā infeciſſ; veneno
nequaq̄ȝ credidit trāſgreſſiōis ex
ortē. quē tot documētis didicit eſſe
mortalē. Tu. R. Continet in gre
mio celū terrāq; regentē virgo di
genitrix ꝓceres comitantᷣ heriles
P q̊s orbis ouās xp̄o ſb p̄ncipe pol
let. v. Nat⁹ in orbe d̄s ſblimis ful
get in axe. P. Gl'a. P. ¶ Jn. iij. no
ctur. An̄. Hō nat⁹ eſt i ea ⁊ ipſe fun
dauit eā altiſſim⁹. ps̄. Fundamēta.
xxv. An̄. Letentᷣ celi ⁊ exultet t̄ra
an̄ faciē dn̄i q̄m venit. p̄s. Cātate. j
xxvij. An̄. Notū fecit dn̄s all'a. ſa
lutare ſuū all'. ps̄ Cātate. ij. xxviij.
v. Jpſe inuocauit me Pr̄ me⁹ es tu.

Nil. tē. ¶ Scd̄m Lucā. ca. ij.
Erant pr̄ ieſu ⁊ mater ammi
rantes ſup his q̄ dicebantur de eo
Et rel'. Omel'. leōnis eiuſdem

Congregemuſ in vnum ea q̄
i ortu ieſu. dicta ſcriptaq; ſūt
d̄ eo: ⁊ tūc ſcire poterim⁹ ſingula

queq; digna ee̅ miracl'o Quãobrẽ mirabat᷑ ⁊ pr̃. ſic em̃ appellatus ẽ ioſeph: q: nutricius fuit. Mirabatur ⁊ mr̃ ſup oĩbus q̄ dicebant᷑ de eo. Tu. ℟. Beata viſcera marie v̇ginis q̄ portauer̃t eterni p̃ris filiũ ⁊ btã vbera q̄ lactauerũt xp̃m dñm. Quia hodie ꝓ ſalute mũdi de v̇gine naſci dignat᷒ eſt. v᷒. Dies ſcrificat᷒ illuxit nob̄ venite gẽtes ⁊ adorate dñm. Ꝗa. ¶ Le. viij.

Que nã ergo ſunt q̄ de puulo ieſu fama diſpſerat. Paſtores erãt in regione illa vigilãtes ⁊ obſ̃uantes cuſtodias noctis. ſup gregẽ ſuũ. Venit angelus ſb̄ ipſa hora natiuitatis ieſu. ⁊ ait ad eos. Annũcio vob̄ gaudiũ magnũ. Ite ⁊ inuenietis infantẽ inuolutũ: ⁊ poſitũ in p̄ſepio. Tu. ℟. Sãcta ⁊ immaculata virginitas quibus te laudib᷒ referã; neſcio. Ꝗa quẽ celi cape non poterãt tuo gremio ↄtuliſti. v᷒ B̃ndicta tu in mulierib᷒ ⁊ b̃ndictus fructus vẽtris tui. Ꝗa. ¶ Le. ix.

Necdũ angelus v̇ba finierat: ecce multitudo celeſtis exercit᷒ laudare cepit ⁊ b̃ndicere deũ. Cũ h̄ paſtores trepidi ꝑpexiſſent. ⁊ ãgelus receſſiſſet ab eis: dixerũt adinuicẽ. Eamus bethleẽ. ⁊ videam᷒ factũ: qđ dñs oñdit nob̄. Venerũt ⁊ inuenerũt puulum. tã illi ꝙ parẽtes ei᷒: que facta fuerãt ſup hoc mirabãtur. Tu. ℟. Ecce agn᷒ dei ecce q̄ tollit peccata mũdi ecce de quo dicebã. Qui poſt me venit ante me factus eſt cui᷒ non ſum dign᷒ corrigiam calciamẽti ei᷒ ſoluere. v᷒. Hoc eſt teſtimoniũ qđ ꝑhibuit iohãnes. Qui. Glĩa. Qui. Te deum dr̃. Ante laud. v. Notum fecit. ¶ Ad laud. añ. Quẽ vidiſtis. cũ cete. añ. ⁊ pſ̃. vtſ̃. nati. xp̄i. cij. Cap. Gal. iiij.

Quanto tp̄e heres puulus ẽ nihil differt a ſeruo cũ ſit dominus᷒ oĩm: ſed ſub tutorib᷒ ⁊ actoribus eſt. vſq; ad prefinitũ tẽpus a p̃re. Deo. v. B̃ndictus q̄ venit. Sup bñd. Añ. Beat᷒ venter q̄ te portauit xp̄e ⁊ btã vbera q̄ lactauerũt dñm ⁊ ſaluatorẽ mũdi all'a

Omnipotens ſempiterne ds̄ ¶ Coll. dirige act᷒ nr̃os in bñplacito tuo: vt i noĩe dilecti filij tui mereamur bonis opib᷒ abũdare. P euđ. Deinde ſuffra. de nati. Paſtores dicite. ⁊ de dña. Verbũ ca. cũ v. ⁊ coll. vtſ̃. Ad pri. ⁊ ad ceter. hoſ̃ hy. ⁊ añ. ℟. et v. vtſ̃. nati. Sed ad pri. ⁊ cete. hoſ̃ erit Cap. Apparuit benig. et Coll. Concede q̄s om̄ps ds̄. vtſ̃. etiã in die nati. Scđe vſ̃. nõ dicunt᷑ de dominica. ß pri. de ſancto Silueſtro. cũ ſuffra. de dñica vt ſequit᷑.

De ſctõ Silueſtro Ad pri. vſ̃. Añ. Tecũ p̄ncipiũ. cũ cete. añ. et pſ̃. vtſ̃ nati. Cap. Ecce ſacerdos. ℟. Sint lũbi. Hy. Iſte ↄfeſ. cũ v ⁊ añ. ſuper mgr̃. ꝑ oĩa vt in cõi de cõfeſ. ¶ Coll.

Da q̄s om̄ps ds̄. vt bti ſilueſtri ↄfeſſoris tui atq; põtific᷒ venerãda ſolẽnitas. ⁊ deuotionẽ nobis augeat ⁊ ſalutẽ. P. Deĩn ſuff. de dñica ſc; Añ. Hodie itacta v̇go deũ nob̄ genuit teneris inductum mẽbris quẽ lactare meruit. om̄s ip̄m adorem᷒ q̄ venit ſaluare nos v. Tecũ p̄n. Coll. Om̄ps ſempi. ds̄ diri. vtſ̃. Deĩn ſuff. de nati. Paſtores loq̄. et de dña. Verbũ ca. cũ v. et col.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vt̄s. Compl' de nati. ſicut hucuſqꝫ.
¶ Ad mat. Inuit. Regē ꝯfeſ. cū ce/
te. oīb9 vt in cōī de cōfeſ. ſacerdote

SIlueſter cū eſſet in/ ¶ Le. pri.
fantulus a vidua mr̄e iuſta
noīe ⁊ ope nutrit9: tradit9 eſt cyri
no p̄ſbytero. cui9 vitā imitatus ⁊
mores: ad ſummuꝫ apicē xp̄iane
religionis attigit. Fact9 iuuenis.
hoſpitalitatē tota animi diligen/
tia exhibebat: quā nō diuicie fre/
ne. ſed bone volūtatis theſauri i/
Unde factū (plebāt. Tu. ¶ Le. ij.
eſt. vt thymotheū quendā virum
xp̄ianū ⁊ religioſum venientē ab
anthiochia xp̄m publice p̄dicātēꝫ
tp̄e p̄ſecutionis hoſpicio ſuo exci/
peret: qđ oīs pene xp̄iani facē ti/
muerūt. Silueſter ḡ nō ſolū ſe eū
hoſpicio ſuſcepiſſe gaudebat: ſed
etiā tā vitā q̄ꝫ p̄dicatiōeꝫ eius ſuis
laudib9 cōmendabat. Tu. ¶ Le. iij.
Igit' cuꝫ ſpaciū anni vnius ⁊ triū
menſiū in timothei p̄dicatiōe flu/
xiſſet: ⁊ mult9 p̄ eū p̄pl's gentiū cō/
uerſus eſſet: dign9 martyrio ten/
tus a p̄plo paganoꝝ. tradit' vrbis
p̄fecto tarq̄nio: a q̄ tormentis pla
gaꝝ afflict9. ⁊ longa carceris ma
cerat9 cuſtodia: ſentētiaꝫ accipiēs
capitalē int' homicidas decollat9

POſt h' tarq̄ (ē. Tu. ¶ Le. iiij.
ni9 vrbis p̄fect9 ſperās timo
theū aliq̄s pecunias habuiſſe: te
neri iuſſit ſctm̄ ſilueſtrū. Cui dixit
Niſi mihi oēs ſcelerati illi9 timo/
thei dederis facultates: ḡuia tor/
mēta patieris. Sꝫ cū multoꝝ teſti
monio didiciſſet illū hmōi diuici/
as nō hr̄e: tytuluꝫ illi xp̄ianitatis
oppoſuit dicēs. eū tormētis varijs
finiendū. niſi ſponte ydolis imo/
laret. Cui ſanct9 ſilueſter ait. Sci/
as te eterna vltione mulctādum:
ſi non celerius deū dei filiuꝫ credi/
deris ihm̄ xp̄m. Tu. ¶ Lectio. v.
Tunc irat9 tarquini9. iuſſit eū in
carcerē recipi dicēs Grauiſſimis
tormentis te faciā prima ſeſſione
deficere. Ad h' ſctūs ſilueſter dixit.
Euāgelica ſententia te alloquor.
Stulte. ac nocte auferet' aīa tua a
te. vt tormēta q̄ xp̄ianis tp̄alia exro
gaſti: tu eterna recipias. Et inter
tormēta ipſa hūc eſſe deuꝫ. quem
nos xp̄iani colim9 recognoſcas: ⁊
p̄bes timotheū nō ſceleratuꝫ eē ſꝫ
martyrē xp̄i: quē tu puniſti. Inte
rea ſilueſter cathenat9 ad carcerē
ducit': ⁊ rogat9 tarquinius ad prā
diū q̄ epulatur9 acceſſit. T. Le. vj
Sed ſilueſtro in carcere orāte. et
tarq̄nio in p̄ma prādēte: vltio di/
uina manifeſtata ē. Deniqꝫ os pi
ſcis dū tarquini9 mādacaret. i ei9
gutture verſatū eſt. qđ nulla me/
dicoꝝ arte. nulla potuit incātato/
rū inuocatiōe trāſire. Vn̄ factum
eſt. vt ab hora prādij vſqꝫ ad medi
am noctē dolore vexat9. ſcd'm ver/
buꝫ qđ ſctūs ſilueſter dixerat exſpi
raret. Tu. Euāgel'. Vigilate. vt̄s.
in cōi. lxx. tm̄ etiāſi fuerit dn̄ica. Te
deuꝫ d': Ante laud'. v. Iuſtuꝫ dedu.
Ad laud'. Añ. Ecce ſacerdos. cū cete
ris vt in cōi. Coll'. vt̄s. cū ſuff. de na
ti. Paſtores dici. ⁊ de dn̄a. Verbuꝫ
ca. cū v. et coll'. vt̄s. Non plus. etiaꝫ
ſi fuerit dn̄ica. ¶ Prima de nat. ſicut
hucuſqꝫ. Cetere hor'. mixti. Coll'. de
ſctō vt̄s. Nō hꝫ ſcdas vſ. ß tñ ſuffr.
ꝑut infra in pri. vſ. circūciſio. notat'.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ In feſto Circũciſionis dñi ad pri/
mas vts̃. Añ. Tecum ꝑncipiũ. cuꝫ
cete. añ. ⁊ ps̃. vts̃. cij. ¶ Cap. yſa. ix.
P Aruulus nat⁹ eſt nobis: fi
lius dat⁹ eſt nob: ⁊ factus
eſt ꝑncipat⁹ eius ſup hu/
merũ ei⁹. ⁊ vocabit nomẽ ei⁹ am/
mirabilis ↄſiliarius. ds̃ fortis. pr̃
futuri ſcl̃i. ꝑnceps pacis. Deo g̃.
Sequit̃. R. Verbũ caro factũ eſt.
cũ ſuo v. et gl̃ia vts̃. natiui. cj. Deĩn
Hy. A ſolis ort⁹. v. Tecũ ꝑn. Sup
mg̃t Añ. Qui de terra eſt de terra
loquitur q̃ de celo venit ſup omẽs
eſt ⁊ qd̃ vidit ⁊ audiuit hoc teſtat̃ ⁊
teſtimoniũ ei⁹ nemo accipit q̃ aũt
accepit ei⁹ teſtimoniũ ſignauit q:
ds̃ verax eſt all'a. Coll'. Cõcede q̃s
oꝑs. vts̃. cij. ¶ Sequit̃ d' ſctõ Silue
ſtro Añ. Iſte hõ ab. v. Iuſt⁹ vt pal.
Coll'. vts̃. Nõ plus. Compl'. d' nati.
cũ Hy. Cap. Apparuit benig. v. añ.
ſup nũc. et coll'. p oĩa ſicut hucuſqꝫ.
C Hriſtus na ¶ A mat. Inuit.
tus eſt nob. Venite adorem⁹
ps̃. Venite. ¶ In pri. noct. Añ. Do
minus dixit ad me filius meus es
tu ego hodie genui te. ps̃. Quare
fre. j. Añ. In ſole poſuit tabnacu/
lum ſuum ⁊ ipſe tanq̃ ſponſus ꝓ
cedens de thalamo ſuo. ps̃. Celi e/
nar. v. Añ. Eleuamini porte eter
nales ⁊ introibit rex glie. ps̃. Dñi
ẽ ter. xxxiiij. v. Tanq̃ ſpõſus dñs.
Procedens de thalamo ſuo. ¶ Le/
L ctio pri. Sermo Maximi epi
Q Uanq̃ non dubitẽ vos frẽs
kmĩ: p patna; ſollicitudinẽ inſtru
ctõne diuini ſmonis edoctos. vni
uerſas kalendarũ ſupuenientiũ
vanitates declinare penit⁹ ⁊ hor/
rere. ad ꝑfectioris tñ emẽdatiõis
augmentũ: non me piguit ve/
ſtris vſitatũ aurib⁹ inferre ſmo
nẽ: ſicut ait beatiſſimus paulus.
Frẽs eadẽ vobis ſcribẽ. mihi qui/
dẽ non pigrũ. vobis aũt neceſſari
um. Tu. R. Deſcẽdit. ſine. Gl'a. vt
Neceſſariũ dilectiſ (s̃. cj. ¶ Le. ij.
ſimi nec ſupfluũ reor. ſi ꝓ cõmoni
tione ſctã dudũ habita p̃cedentiũ
patꝝ vobis repetant̃ eloquia. Et
reuera q̃d faſtidij: q̃d oneris habꝫ
ꝓ ſalutis ꝓfectu. vtilia ac deo pla
cita ſepe dicere frequẽter audire?
Et ideo kmĩ fide ac deuotione ſoli
ta. religioſi itineris vias ac veri/
tatis ſemitas gradientes. magis
magiſqꝫ deuia ac diabolica calca/
re figmẽta. Tu. R. Quẽ vidiſtis.
Nec enĩ debet fide (vts̃. cj. Le. iij
lis aĩa que angelorꝝ ↄſortia ↄcupi
ſcit: demoniorꝝ luſib⁹ delectari Ne
qꝫ vero luci ac tenebris. veritati atqꝫ
mẽdatio. turpitudini ⁊ honeſtati
apud dĩ ſeruos vlla põt eẽ cõmu/
nio: ſicut nos eccl'e doctor inſtruit
dicẽs. Que conuẽtio xp̃i apd̃ beli/
al? Qui autẽ conſenſus tẽplo dei
cum idolis. Tu. R. O magnũ my
ſte. cum Gl'a. vts̃. cj. ¶ In. ij. noct.
Añ. Specioſus forma p̃ filijs ho/
minũ diffuſa ẽ gratia in labijs tu
is. ps̃. Eructa. xiiij. Añ. Veritas
de t̃ra orta ẽ ⁊ iuſticia d' celo ꝓſpe/
xit. ps̃. Bñdixiſti. xxv. Añ. Hõ na
tus ẽ in ea ⁊ ipſe fundauit eã altiſ
ſimus. ps̃. Fũdam. xxv. v. Diffu/
Q Uicũqꝫ g̃ ere (ſa. ¶ Lectio. iiij.
dẽtium vl' eſt tẽplum dei vel
eſſe deſiderat: ſollicite caueat. ne
mortua ⁊ vana ſectando deſinẽs

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſſe templuꝫ dei: fiat habitatio te/
nebraꝝ. fiat demonis monumen/
tū. Ait em̄ glorioſiſſimus ꝓpharuꝫ
dauid. Beatꝰ vir cuiꝰ eſt nomē do
mini ſpes eius: ⁊ nō reſpexit i va/
nitates ⁊ inſanias falſas. Itaqꝫ q̇
ſperat in deū: ac toto corde in eius
gloriā; luminū ſuoꝝ defigit aſpe/
ctū: ad inſaniſſimas vanitates cō
ſecratos ſemel deo non debet ocu
los retorq̄re. Quia vt ait dn̄s. Ne
mo mittens manū ad aratrū ⁊ re
ſpiciēs retro aptus ē in regno ce/
loꝝ. Tu. ℟. Btā dei gēitrix. vrs̄. cj
Omnis em̄ (ſine Glia. ¶ Lec. v.
arās. ſi retro reſpiciat. aut tortuo
ſum aut inutilē faciet ſulcuꝫ: aut
aranteꝫ boum ſuoꝝ veſtigia vul/
nerabit. ita ⁊ qui directo tramite
ac ſpirituali vomere vicia mūda/
na perſulcās incedit ad dei regnū
ſi aſpectum ſuū ad impia ⁊ vana
conuerterit: ⁊ iuges ſuos. hoc eſt
corpus ⁊ animā vulnerabit: ⁊ op
timi itineris ꝑiculoſum nimis in
curret errorē. Tu. ℟. Sctā ⁊ ima
Et non reſpe (cula. vrs̄. cj. Lc. vj
xit inq̄t in vanitates ⁊ iſanias fal/
ſas. Quō beatꝰ dauid falſas inſa/
nias dicit. cū vere īſaniāt: q̇ abiecto
retrorſum timore dei. ad demonū
reſpiciūt vanitates? Sed vir fide
lis ꝓprie naturā impie falſitatꝭ ex/
p̄ſſit: q꞉ inſana ſunt oīa. quecūqꝫ
diaboli fallēte mendacio dei in ſe
nō hn̄t veritatē. Et illorū grauior
atqꝫ imedicabilis languor eſt. q̇ ſu
perſtitionū furore. ⁊ ludoꝝ ſuaui/
tate decepti: ſb ſpecie ſanitatis in/
ſaniūt. Tu. ℟. Btā viſcera. vrs̄ cj.
cū Glia. ¶ In. iij. noct. Añ. Exulta

būt omnia ligna ſiluaꝝ ante faciē
dn̄i qm̄ venit. ps̄. Cantate. j. xxvij
Añ. In principio ⁊ ante ſcl'a deus
erat verbū ipſe natꝰ eſt nobis ſalua
tor mundi. ps̄. Dn̄s reg̃. exul. xx/
vij. Añ. Nato dn̄o angeloꝝ celoꝝ
chori canebant dicētes ſalus deo
nr̄o ſedēti ſup thronū ⁊ agno. ps̄.
Cantate. ij. xxviij. v. Ipſe inuoca.
I Nillo tē. ¶ Scdm Lucā. ca. ij.
I. Poſtq̄ꝫ conſumati ſunt dies
octo: vt circūcideret puer. vocatū
eſt nomen eiꝰ ieſus: qd̄ vocatū eſt
ab angelo priuſq̄ꝫ in vtero cōcipe/
ret. Et rel. Omel. vene. Bede p̄ſby.
S Anctā venerandāqꝫ p̄ntis fe
ſti memoriā. paucis quideꝫ
verbis euangeliſta cōprehendit:
ſed nō pauca celeſtis virtute my/
ſterij gaudia reliq̄t. Expoſita nā/
qꝫ natiuitate dn̄ica: cuius gaudia
mox angelo dignis laudibꝰ extule
rūt. paſtores deuota viſitatiōe ce/
lebrarūt oēs q̇ tunc audiere mi/
rati ſunt. Tu. ℟. Congratulami.
H Ec ſūt feſtiui (vrs̄. cviij. L. ix
tatis hodierne gaudia vene
rāda hec ſacre ſolēnitas diei. hec
illa ſup̄ne pietatis ſunt mūera ſa
croſancta. que fideliū cordibꝰ com
mendās ap'ls ait. Ea vbi vēit ple
nitudo tp̄is. miſit ds̄ filiū ſuū. na/
tū ex muliere. factū ſub lege. vt eos
qui ſb lege erant redimeret. vt ad
optionē filioꝝ reciperemꝰ. Tu. ℟.
Btā ⁊ venerabilis es v̇go que ſi/
ne tactu pudoris inuēta es mr̄ ſal
uatoris. Jacebat in p̄ſepio ⁊ fulge
bat in celo. v. Dn̄e audiui auditū
tuum ⁊ timui cōſideraui opa tua
⁊ expaui i medio duū aīaliū Jace.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Magna nãqꝫ diſpen ¶ Le.ix.
ſatiõe pietatis. ad redẽptio-
ne generis hũani. ds pater nõ an-
gelũ. non archangelũ: ſed filiũ ſu-
um vnigenitũ mittere dignatꝰ eſt
Quẽ qꝛ in diuinitatꝭ ſue ſpecie vi-
dere nequiuimꝰ. magna rurſum
dilectionis arte ꝓuidit. vt hũc fa-
ctũ ex muliere. h̾ eſt ex matre car-
nis ſubſtãtia ſine virili admixtõe
cõceptũ. ad hũanos verũ hoiez ꝓ-
ferret aſpectꝰ: qui in diuina v̓tute
ac ſubſtãtia manẽs ꝑ oia qḋ erat.
verã nature mortalis infirmita-
tez. quã nõ habebat indueret. Tu
aũt. ℟. Confirmatũ eſt cor virgi-
nis in ꝙ diuĩa myſteria ãgelo nar-
rãte ꝯcepit que formã pre filijs ho-
minũ caſtis ſuſcepit viſceribꝰ. Et
bñdicta ineternũ que deũ nob ꝓ-
tulit ⁊ hoiez. ℣. Domꝰ pudici pe-
ctoris templũ repente fit dei inta-
cta neſciẽs virũ verbo ꝯcepit filiũ
Et. Glia. Et. Te deũ dr̄. Ante laud.
℣. Notũ fecit dñs. ¶ Ad laud. Añ.
O Admirabile cõmertiũ crea-
tor generꝭ hũani aĩatuz cor-
pus ſumẽs de v̓gine naſci digna-
tus eſt ⁊ ꝓcedẽs hõ ſine ſemĩe lar-
gitꝰ eſt nob ſuã deitatẽ. pſ. Domi-
nus regna. cũ cete. pſ. Añ. Quãdo
natꝰ es ineffabiliter de v̓gine tũc
implete ſunt ſcr̓pture ſicut pluuia
in vellus deſcendiſti vt ſaluũ face-
res genꝰ hũanũ te laudamꝰ ds nr̄
Añ. Rubuz quẽ viderat moyſes
incõbuſtũ ꝯſeruatã agnouimus
tuã laudabilez virginitatẽ dei ge-
nitrix intercede ꝓ nob. Añ. Ger-
minauit radix yeſſe orta eſt ſtella
ex iacob v̓go peperit ſaluatorez te
laudamꝰ deus nr̄. Añ. Ecce ma-
ria genuit nobis ſaluatorẽ quem
iohẽs vidẽs exclamabat dicẽs ec-
ce agnus dei ecce ꝙ tollit pctã mũ-
di all'a. Cap. Apparuit benig. vtſ.
nati. in. iij. ℣. Bñdictꝰ qui ve. Sup
bñd. Añ. Magnũ hereditatis my-
ſteriũ templũ dei factꝰ eſt vterus
neſciens virũ non eſt pollutꝰ ex ea
carnem aſſumẽs oẽs gentes veni-
ent dicentes glia tibi dñe. ¶ Coll'a
D Eus ꝙ nob nati ſaluatoris
diẽ celebrare ꝯcedis octauũ
fac nos qmſ eiꝰ ꝑpetua diuinita-
te muniri. cuiꝰ ſumꝰ carnali ꝯme-
rtio reparati. Ꝙ tecũ. Nulla ſuffr.
Ad pri. ⁊ ad cete. hoſ. hy. A ſolis ortꝰ
ſm ordinẽ. vtſ. c. Añ. In ꝑncipio ⁊
ante ſcl'a ds erat verbũ ip̄e natus
eſt nob ſaluator mũdi. Cap. Appa-
ruit benigni. qḋ dr̄ ad oẽs hoſ. ℟.
Xp̄e fili. ℣. Qui natus ⁊. ℣. Pꝰ Car-
nis. ſ. Notũ fecit. ꝑ oia vt in die nat.
cũ Coll'. Deus qui nob nati ſalua.
vtſ. i mat. que dr̄. ad oẽs hoſ. ¶ Ad
iij. hy. Beatꝰ auctor. ⁊c̄. Añ. Nato
dño angelor chori canebãt dicen-
tes ſalus deo nr̄o ſedenti ſup thro-
nũ ⁊ agno. ℟. Specioſus ⁊c̄. cum
℣. In ſole. vt in die nati. ¶ Ad ſextaz
hy. Clauſa parentis ⁊c̄. Añ. Natꝰ
eſt nob hodie ſaluator ꝙ eſt xp̄s do-
minꝰ in ciuitate dauid. ℟. Notuz
fecit. cũ ℣. Bñdictꝰ ꝙ ve. vt i die na-
tiui. ¶ Ad. ix. hy. Enixa eſt ⁊c̄. Añ.
Natꝰ eſt nob ds de do lumẽ de lu-
mine qḋ erat in ꝑncipio. ℟. Bñdi-
ctus ⁊c̄. cũ ℣. Notũ fecit. vt i die na-
tiui. ¶ In. ij. vſ. Añ. O admirabi.
cũ cete. añ. vtſ. p̄ter quintã loco cuꝰ
dicet añ. Magnũ heredita. vtſ. ha

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

betur ſup bene. cū ps. ſcȝ. Dixit. Con
fitebor. Beatus vir. De pfundis.
Memēto. Hẏ. A ſol ort⁹. Cap. Ap
paruit benigni. v. Tecū pnci. Su
per magt Añ. Mirabile myſteriuȝ
declarat hodie innouant nature
de⁹ homo fact⁹ eſt id quod fuit per
manſit qđ non erat aſſumpſit nō
cōmixtionē paſſus neqȝ diuiſionē
Coll'a. Deus q̇ nob. vts Deinde ſe
quit de ſancto ſtephano añ. Stepha
nus ſeruus. cū. v. et coll'. vts. p⁹. ij.
vs. nati. cij. nō plus. ¶ Ad cōpl'. hẏ.
Enixa. Gl'ia ti. Cap. Apparuit be/
nig. v. Bñdictus. Sup nūc di. añ.
Glificam⁹ te. ſicut hucuſqȝ. cū coll'.
Deus q̇ ſalutis. vts. in die nati. añ
primaſ. cij. q̄ d' etiā deiceps ad primā
vſqȝ ad vigil'. ep hie incluſiue. ¶ Hoc
preſcriptū cōpl'. d' vſqȝ in vigil'. ep he
Nota q̄ ab octa. nati. xpi excluſiue
vſqȝ ad feſtū purificatio. dñr ſuffra.
ſequētia de dña nra. Ad vs. Rubuȝ.
Ad mat. añ. Germiauit. cuȝ. v. P⁹
partū. Coll'. De⁹ qui ſa. Re. lxxx.

Nota q̄ i octa. ſancto
rum ſcȝ Stephani. Johis ⁊ Innocē
tum qñ venerit in feriatis dieb⁹ dicū
tur ad mat. ix. ps. ⁊. ix. añ. ſm ordinē
vt infra in locis ſuis. Inuit. etiā vt
infra. Et finitis ps. ⁊ añ. d' v. ut in/
fra in. iij. noct. habet. Deide Pater
nr. Et legunt tm̄ tres lcōnes qȝ ſex
ſcribunt hoc fit ideo vt ſi aliqua oct.
pdictorū venerit in dñica tūc dñr. ix.
lcōnes ut infra dicet. ß ille ſex lcōnes
legent p tribus ſi nō fuerit dñica. Et
dñr tria. Re. d' iij. noct. cū v. añ laud.
vts. i die eorū. Te deū d' in oibus fe/
ſtis ſanctorū vſqȝ ad. lxx. exceptis fe
ſtis non officiatis ⁊ ferialibus dieb⁹
qñ noct. ſuat. Ad laud. d' tm̄ prima
añ. de lau. vt i die eorū. cū cap. v. ⁊ añ
ſup bñ. ⁊ coll'. etiā ut in die. Deiñ ſuf
fra. de dña. cū v. et coll'. vts in ſuff. cō
ſue. ⁊ nō plus. Ad primā vts. de feſto
circūciſionis cū coll'. De⁹ q̇ ſa. Cete.
hor. dicunt mixtim ſcȝ. hẏ. ⁊ añ. de fe
ſto circūciſio. Cap. Re. v. ⁊ coll'. p oia
vt in die eorum. Ad. vs. ut infra pate
bit. ¶ Nota q̄ oct. ſcti Stephani nū
qȝ hȝ primas vs. etiā ſi venerit in do
minicā ß tūc hȝ tm̄. ij. vs. ut infra no
tat. Si vo aliqua pdictarū octaua/
rū venerit in dñica tunc ad mat. In/
uita. ut infra. ps. vo. cū. ix. añ. ut in/
fra diuident in tres noct. ita q̄ p⁹ quē
libet noct. dicet v. ſm q̄ ſctūs requi/
rit vts. in die eorū cum Pr nr. Et in
quolibet noct. dicant tres lcōnes vt
moris eſt in feſt. ix. lectio. Re. Omel'.
cū añ. de laud. p totū ut in die eorum
cū ſuffra. de dña Germinauit. vts
⁊ nō plus. Ad pri. ⁊ ad cete. hor. p oia
ut iam imediate ſup notatū eſt.

¶ In octa. ſcti Stephani. Ad matu.

Regem pthomartyr (Inuit.
ris ſtephani. Venite adore/
mus dñm ieſum xp̄m. ps. Venite.
¶ In pri. noct. Añ Heſterna die do
minus nat⁹ eſt in tris vt hodie ſte
phan⁹ naſceretur in celis. ps. Be/
atus vir. j. Añ. Qui em̄ corpi ſuo
virginis prepauit vterū ipe mar
tyri ſuo apire dignat⁹ eſt celū. ps.
Quare. j. Añ. Preſepis anguſtia
xp̄m portauit infantē. imenſitas
celi ſtephanum ſuſcepit triūphā/
tem. ps. Dñe qd. j. ¶ In. ij. noctur.
Añ. Stephan⁹ aūt plen⁹ gratia ⁊
veritate faciebat ſigna magna in



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pſło.pſ̄.Cū inuoca.xlviij.Añ.Oēs
intendētes in eū aſpiciebāt vultū
ei⁹ tāqꝫ vultū angeli ſtātis inter il
los.pſ̄ Verba mea.vj.Añ Eÿcien
tes eū extra ciuitatē lapidabāt et
teſtes ꝺpoſuerūt veſtimēta ſua ſec⁹
pedes adoleſcētis q̄ vocabat̄ ſaulus
pſ̄.Dñe dñs nr̄.j.¶ In iij.noc.Añ
Lapidauerūt ſtephanū ꝛ ipe inuo
cabat dn̄m dicēs ne ſtatuas illis h̄
pctm̄.pſ̄.In dño ꝯfi.ij.Añ.Lapi
des torrētis illi dulces fuerūt ipꝫ ſequ
ūtur oēs aīe iuſte.pſ.Dñe q̄s.iij Añ
Ecce video celos aptos ꝛ ieſuꝫ ſtā
tem a dextris dei.pſ.Dñe in v̄tu.v.
ꝟ.Juſtū de. Le.pri.Omo Aug⁹.
EVcharius p̄ſbiter q̄ i hyſpa
nia calame hītabat.veteri
morbo calculi laborabat: per me
moriā pthomartyris ſtephaī quā
poſſidi⁹ illo aduexit ſalu⁹ fact⁹ ē.
Idē ipe poſtea morbo alio p̄ualeſ
cente mortu⁹ ſic iacebat.vt ei iam
pollices ligarētur: opitulatione
martyris ꝯmēorati dū de memo
ria eius reportata eſſet.ꝛ ſup iacē
tis corpis miſſa ipius p̄ſbyteri tu
nica ſuſcitat⁹ eſt.Tu au.
Fuit ibi vir in ordine ſuo p̄mari⁹
noīe marcialis euo iam grauis.ꝛ
mltū abhorrēs a r̄ligione xp̄iana
Habebat ſane fidelē filiā ꝛ generū
eodē āno baptiſatū Qui cū eū egt
antē mltis ꝛ magnis lachris roga
rent.vt fierꝫ xp̄ian⁹: prorſus abn
uit eoſqꝫ a ſe cū turbida indignati
one ſūmouit.
VIſum eſt genero eius vt iret
ad memoiā ſcī ſtephāi:ꝛ illic
q̄ſtū poſſet p eo orarꝫ:vt de⁹ daret
illi mētem bonā.q̄ credere nō diff

erret in xp̄m Fecit h̄ cum ingenti
gemituꝛ fletu:ꝛ ſincerit ardente
pietatis affectu.Tu autē.
Deinde abſcedēs aliq̄d de altari
floꝝ qd̄ occurrit tulit:eiqꝫ cum iā
nox eſſꝫ ad caput poſuit Tū dormi
tū eſt.Et ecce añ diluculū clamat.
vt ad ep̄m curreret̄:quē cū audiſ
ſet abſentē p̄ſbiteros poſtulauit.
Venerūt p̄ſbytei credē ſe dixit:ā
mirātib⁹ atqꝫ gaudētib⁹ oībus
baptizat⁹ eſt Hoc q̄diu vixit in ore
habuit.xp̄e accipe ſpm̄ meū.cum
tn̄ h̄ v̄ba ſactiſſimi ſtephaī qn̄ lapi
dat⁹ eſt a iudeis vltima fuiſſe neſ
ciret Que huic quoqꝫ vltia fuerūt
Nā nō mlto poſt.etiā ipe defūct⁹ ē
Tu autē.Si fuerit dn̄ica tūc d̄:O
mel'.vt i die Te deū d̄:Añ lau.ꝟ.Ju
ſtū deduxit Ad lau.añ.Cū aūt eſſet
vts̄.in die.vna tm̄ niſi fuerit dn̄ica.
tūc dicūt̄ oēs quiqꝫ.Cap ꝟ ꝛ añ.ſup
bn̄d.ꝛ coll' p oīa vt in die cū ſuffra.de
dña Germiauit.nō plus Pr̄a vts̄.
de feſto circūciſionis Cetere hore mi
ximvts̄ l' ĩõ hꝫ.ij.vs̄.ß vs̄ dicūt̄ de
oct.ſcī Johis vt infra.niſi fuerit dn̄i
ca tūc oct.ſtephaī tꝫ.ij.vs̄.viꝫ Ad.ij
vs̄ añ Tecū p̄ncipiū cū ceteris añ ꝛ pſ̄
vts̄.hy̆.A ſol' ortus Cap ꝛ col' vts̄ in
lau.ꝟ ꝛ añ.ſup magt vts̄ i die ſtephi
in.ij.vs̄ h̄ct Vein ſuffra.de ſcō ioāne
cū añ.ꝟ.ꝛ col'.p oīa vts̄.p⁹.ij.vs̄ ſcī
ſtephani ſignatur.ciiij.cuꝫ ſuffragio
de domina ſcꝫ.Nubū quē.non pl⁹
Compl' vts̄ in die circumciſionis.

## In octaua ſci Johan

nis ſi venerit in feriā.ij.tūc nō habet
primas vs̄.al's vbicūqꝫ venerit hꝫ pri
mas vs̄.viꝫ añ.Tecū p̄ncipiū.cum
ceteris añ ꝛ pſ̄ vts̄ nati.Cap Qui tim

met deū. vtš in lau. ipſi᷒. ꝟ. Jn om
nem terrā. Añ. ſup magt ꝛ coll. vtš
poſt. ij. vš. ſcti Stephani de ſancto
Johe habet. ciuij. cū ſuff. tm̄ ꝺ dña. ſ.
Rubū quē vide. non plus. Compl.
de circūciſio. vtš. ¶ Ad mat. Inuit.
Adorem᷒ regē aploꝝ. vtš. ī dic. añ.
ꝛ pš. vt infra q̄ dicunt tali modo vt
ſup ante octa. ſancti Stephani nota
Qui vi (tur. ¶ Jn pri. noct. Añ.
cerit faciā illū colūnam meā
in tēplo meo dic dñs. pš. Celi enar
rāt. v. Añ. Hic eſt diſcipulus ille
q̄ teſtimoniū phibuit ꝛ ſcim᷒ q꞉ ve
rū eſt teſtimoniū ei᷒. pš. Bñdicaꝫ.
ix. Añ. Sic eum volo manere do
nec veniā tu me ſequere. pš. Eru
cta. xliij. ¶ Jn. ij. noc. Añ. Cibauit
illum dñs pane vite ꝛ aqua ſapiē
tie potauit illum. pš. Oēs gen
tes. xv. Añ. Spiritu ſapientie ſa
lutaris repleuit eū dñs ꝛ intelle
ctu. pš. Exaudi ds depre. xviij. Añ
Dedit illi dñs claritateꝫ eternā et
noīe eterno hereditauit illum. pš
Exaudi ds orationeꝫ meam. xviij.
¶ Jn. iij. noct. Añ. Tu es diſcipul᷒
meus in te cōplacuit aīe mee dicit
domin᷒. pš. Cōfitebimur. xvj. Añ.
Ponā te ſignaculū dicit dñs i cō
ſpectu meo ſemp qm̄ elegi te. pš.
Dñs reg. ex. xxvij. Añ. Dicit dñs
mri ſue mlier ecce fili᷒ tuus ad di
ſcipuluꝫ autē ecce mater tua alla.
pš. Dñs re. ira. xxviij. ꝟ. Annūcia
Cum beat᷒ (uerūt. ¶ Le. pri.
iohānes veniſſet ad quādaꝫ
vrbē. oībus eccleſiaſticis ſolēniter
adimpletis: videt iuuenē quendā
validū corpe. ꝛ vultu elegantem.
ſed ꝛ animis acrem nimis. Reſpi
ciēſqꝫ ad epm. hūc inquit tibi ſum
mo ſtudio cōmendo: ſub teſtimo
nio xpi et ecclie. Et poſt hec ſanct᷒
Epiſcop᷒ (iohes epheſim rediit.
vero in domū ſuā adoleſcenteꝫ ſu
ſcepit cōmendatū: ꝛ cū omni dili
gētia nutrit. amplectit. fouet: ad
vltimū etiā ad baptiſmi grāꝫ tra
dit. Poſt hec velut ꝯfidens gratie
q̄ fuerat cōmonit᷒: paulo indulgē
tius hre iuueneꝫ cepit. Tu autem
Iuuenis vero matura libertate
potit᷒ eſt. ꝯtinuo p coequeuos. q̄
bus luxus ꝛ deſidia cordi eſt. ama
re vicia. ꝛ corrupte vie incedē tra
miteꝫ pdocet. Et primo quidē con
uiuioꝝ illecebris decipit deinde no
cturnis euꝫ furtis ſociū ſibi ptici
pēqꝫ ꝯſciſcūt: p᷒ hec iaꝫ ad maiora
Iam ea iuue (flagitia ptrahūt
nis informat ſenſꝫ ꝛ inſtrue
bat ad ſcelera: recti lineā itiner deſ
linqns. rectore ꝯtēpto. rapido cur
ſu totus fertur in pceps. ita ſucce
dentibus ſibi malis. vt deſpatiōe
q̄ꝫ a dō ſibi pſtite ſalut accepit. De
niqꝫ illos ipos q̄ prius mgri crimi
nū fuerāt diſcipulos facit: ꝛ latro
nū ex hiis turmā. quib᷒ ipſe dux ꝛ
princeps violent᷒ pēſſet inſtituit:
ꝛ cū hiis omi crudelitate graſſat.
Verū tpe elapſo cū rei ita (Tu.
popoſciſſet vtilitas: inuitat iterū
ad illā vrbeꝫ ſanct᷒ iohes ꝛ cū cete
ra quoꝝ grā venerat ordinaſſet:
age inqt o epe. depoſitū repſenta:
qd tibi ego plane ꝛ xps cōmenda
uim᷒. eccla teſte quā regis. At ille
obſtupuit: primo pecuniā putās
a ſe repoſci: quā nō accepat. Conſi
derās eps non poſſe fallereioheꝫ:



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nec pecuniã quã non dedit q̃rere.
Uidens (herebat igit̃ ſtupens.
iohẽs epm̃ herentez: iuuenez inq̃t
illũ repeto a te. ⁊ aiaz fr̃is tui. Tũc
ſenior grauiter ſuſpirãs ⁊ in lacri
mas reſolut⁹: ille ait mortuus eſt.
Quõ inq̃t vel q̃li morte? Deo ait
mortuus eſt: q: peſſim⁹ ⁊ flagicio
ſus euaſit: ad vltimũ aũt latroci/
niũ agreſſus eſt. Deniq; nũc mon
tez quendã cũ multa latronũ ma/
nu occupauit. Tu. Si fuerit dñica
tunc legit̃ tm̃ Omel'. vt in die ſcti Jo/
hanis. Vlti. R. ſiue fuerit feria ſiue
dñica. erit In medio eccl'ie. vtſ̃. in
die. Ante laud. v. Nimis hono. Ad
laud. Añ. Ecce puer meus. vna tm̃
vtſ̃. in die niſi fuerit dñica tũc dicun
tur oẽs quinq;. Cap. v. añ. ſup bñd.
⁊ coll'. p oĩa vtſ̃. in die cũ ſuff. de dña.
Germiauit. Et nõ plus. Pri. vtſ̃.
de feſto circũciſionis. Cete. hor̃. mix/
tim vtſ̃. cũ Cap. Qui timet. Coll'a.
Eccl'iaz tuã. vtſ̃. Non hz. ij. vſ̃. niſi
fuerit in dñica tunc hz ij. vſ̃. vicz añ.
Tecũ p̃nci. cũ cete. añ. ⁊ pſ̃. vtſ̃. nati
uita. hẏ̃. A ſol ort⁹. Cap. v. añ. ſuper
magt ⁊ coll'. p oĩa vt in. ij. vſ̃. ipſius
cũ ſuffra. de innocẽtib⁹ ſcz añ. v ⁊ coll'.
vtſ̃ p⁹. ij. vſ̃. ſcti iohis de innocenti/
bus ſignat̃. Deĩn ſuff. d' dña. Rubũ
quẽ. nõ pl⁹. Cõpl'. vtſ̃. i die circũciſi.

## In octa. Innocentuz

Si venerit in. ij. feriã tũc nõ hz pri.
vſ̃. Al's vbicunq; venerit hz pri. vſ̃.
vicz Añ. Tecũ p̃n. cũ cet. añ ⁊ pſ vtſ̃
nati. hẏ̃. A ſol ort⁹. Cap. Vidi ſupra
mõ. vtſ̃. in laud. eorũ. v. Letamini.
Sup mg̃t añ. ⁊ coll'. p oĩa vtſ̃. p⁹. ij.
vſ̃ ſcti johis d' innocẽ. ſignat̃ cũ ſuff.
tm̃ d' dña Rubũ quez. Nõ pl⁹ Cõpl'.
vtſ̃ i die circũci. Ad mat. Inuit. Re
gez martyꝝ Adorem⁹. cũ. ix. añ. ⁊ pſ.
vt in cõi de plurib⁹ martyrib⁹ q̃ legã
tur eodẽ mõ vtſ̃ notatũ eſt ante oct.
ſcti ſtephani. v. cũ trib⁹ R. accipiun
tur de. iij. noct. feſti innocentũ. Et dr
Glia pri. in oibus locis vbicũq; mo
ris eſt ⁊c. Si eadẽ oct. venerit in dñi
ca tũc Ad mat. Inuit. Regez mar/
tyꝝ Adorem⁹ do. cũ. ix. añ. pſ. v. ⁊. vj.
pri. R. legunt̃ ex cõi de martyri. ſicut
moris eſt in feſt. ix. lectio. ſed oml'. cũ
trib⁹ vlti. R. Laud. ⁊c. erũt de feſto
innocen. vtſ̃. ¶ Lec. pri. Sermo bea
ti Johis Criſoſto. epi.

Dedica
tur nou⁹ ab infantib⁹ ſmo.
ſanct⁹ laudib⁹ xpi: in gl'az dei p̃mã
vocez apiunt innocẽtes. Fiũt diſ
ti laude. q̃ fuerant impiti ſmone.
Offerũt dño p̃micias lingue. no/
uos oris imolant fruct⁹: vbor p̃n
cipia libãt. Infantia em̃ q̃ p etatez
loq̃ nõ poterat: gl'as di cũ gaudio
Norũt laudare xpm reſonabat
q̃ loq̃ nõ norãt. Fiũt piti laudi q̃ fu
erãt impiti ſmone. Oſtendũt do/
minũ laudib⁹. ſuffragijs p̃dicant
xpm. Fiũt interea pueri ſine ma/
giſtro diſti. docti ſine doctore. piti
ſine eruditore. Agnoſcũt xpm: pre
dicãt dñm. nõ quẽ pſuaſio hũana
docuerat. ſed quez diuinitas inno
centib⁹ inſpirabat. Tu autem.
Ceſſant em̃ hũana cũ diuina tra
ctant̃. q: hũana ipa pdeſſe nõ po/
terũt niſi diuinoꝝ ſolatio ſubleuẽ
tur. Neceſſe eſt em̃ terrena ſuccũ/
bere cũ celeſtia predicant̃. natura
lia ſilẽ cũ virtutes loquũtur. Eri/
git̃ itaq; infantiũ etas in laudez. q̃

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

delictoꝝ non nouerat crimen. Di
gn⁹ a dignis laudat᷑. ⁊ innocẽs in/
nocentiū teſtionio cōprobat᷑. Acci/
piūt em̄ a xp̄o ⁊ reddūt. ꝯſequunt᷑
Diximus de (⁊ referūt. Tu aūt.
laude infantiū. q̇d ꝺ lactentiū lau
de ꝓferim⁹ q̇ꝛ laudē inuenire nō
poſſum⁹. niſi eoſ ipos q̇ laudauer̄t
nouerim⁹: Qui ſint vbi ſint: quā
laudē intulerint q̄ro. q̇ loq̇ nō no/
rāt. Neq̃ ei etas illa poterat poſ/
ſe. qꝺ natura nō dederat. aut cele/
brari a talib⁹ poterat qꝺ inſtitutū
Dicūt dn̄o laudes (denegabat.
trucidati ab herode: lactentes lo/
quūtur ſanguie. qꝺ lingua nō poſ
ſunt. Paſſione canunt. qꝺ ſermōe
nō norūt: occiſi ꝑdicāt. qꝺ viui nō
poterāt. Nec nouū q̇d d̕r. vt inno/
cẽs ſanguis aut dͦ referat laudeſ
aut ſuas indicet paſſiōes: cū abel
ſanguis clamet ad celū: aut occiſo
rū aīe ab altari vociferent᷑ ad deū
Tu. Si fuerit dn̄ica tūc dicat᷑ Omel.
vt in die. Te deum dicitur. An̄ laud
ꝟ. Juſti autem. Ad laud. an̄. Hero
des iratus. vt̄s. in die eoꝝ̄ vna tm̄.
niſi fuerit dominica. tunc dicunt᷑ om
nes quinq̃. Cap. ꝟ. an̄. ſuper bened.
⁊ coll. ꝑ om̄ia vt̄s. in lau. eoꝝ̄. cviij.
cum ſuffra. tm̄ de dn̄a Germiauit.
non plus. Prima vt̄s. de feſto circū/
ciſiōis. Cetere hoꝝ. mixtim. Non ha
bēt. ij. vs̄. niſi fuerit in dn̄ica. Si er/
go octa. innocen. venerit in dn̄ica. tūc
dicuntur de eis. ij. vs. viꝫ an̄. Tecuꝫ
ꝑnci. cū cete. an̄. ⁊ p̄s. vt̄s. nati. hym.
A ſolis ort⁹. Cap. ꝟ an̄. ſup magt̄ et
coll. vt̄s in. ij. vs. innocē. ſignat᷑. cviij
Deinde an̄. Hodie xp̄us natus. vt
infra. ꝟ. Tecum ꝑncipi. Coll. De⁹
qui ſa. ⁊ non plus. Suffra. Rubuꝫ
non dicitur. Et pro tunc tm̄ in. ij. vs
innocen. non dicitur in coll. hodier.
die. Compl. vt̄s. ꝺ circumciſi. ¶ Si
vero octa. innocen. nō venerit in dn̄i
cam tunc non habent. ij. vs̄. ſed vs̄.
dicuntur vt ſequitur. Ad vs̄. an̄. Te
cum princi. cum cete. an̄. ⁊ ps̄. hym.
A ſolis ortus. Cap. Apparuit beni
gnitas. vt̄s. ꝟ. Tecum princi. Su/
per magt̄ An̄. Hodie xp̄us nat⁹ eſt
hodie ſaluatoꝛ apparuit hodie in
terra canunt angeli letantur ar/
changeli hodie exultant iuſti dicē
tes gloria in excelſis deo all'a. Coll
Deus qui ſa. et non plus. Comple.
vt ſupra in die circumciſio.

## In vigil. epypha. Si

fuerit in dn̄ica Ad mat. Inuit. p̄s. ꝟ
⁊ R. in tribus noct. per omnia vt̄s. i
dn̄ica infra octa. nati. cviij. cuꝫ lcōni.
omel. laud ⁊c̄. om̄ia vt infra notat᷑.
Si venerit in diem feriatam tūc ſer/
uabitur per om̄ia vt infra poſt omel
ſignat᷑. ¶ Lectio pri. Ser. fulgentij.

Sapientes aliquid de huius
diei ſolennitate narrare: ſil/
q̃ conſiderantes illud verbum de
quo dicere volumus: nulla inue/
nimus verba quibus ſufficienter
aliquid dicere valeamus. Eſt eniꝫ
hoc verbum quod non deſinit pro
latum. ſed quod permanet natū:
non tranſitoꝛium. ſed eternuꝫ: nō
factum a deo patre. ſed genitum:
nec ſolum genituꝫ. ſed etiā unige/
nitū. Tu. R. Bn̄dict⁹ q̇. vt̄s. cviij.
Unum quippe verbū de⁹ ¶ Le. ij.

pater genuit de ſeipſo. per quem omnia creauit ex nihilo. Jn principio erat verbum. ⁊ verbum erat apud deum: ⁊ deus erat verbū. Hoc erat in principio apud deum omnia per ipſū facta ſunt. ⁊ ſine ipſo factum eſt nihil. Jn hoc autē ꝙ per illud verbum deus pater oīa fecit oſtenditur: quia hʒ verbum genuit ipſe. nō fecit. Jllud igitur verbum de deo deus: ⁊ de creatore creator eſt. vnde hoc in ſe naturaliter habet eſſe. qḋ pater eſt. Tu. R. Congratulami. vtſ. cviij.

Natus eſt itaqꝫ de patre ¶ Le. iij. deo. filius deus: alter in perſona. non alter in natura. Sēper apud patrē: cum quo eſt illi vna naturalis diuinitas. Semper cum patre: cum quo eſt illi vna naturalis eternitas. Semp de p̄re: de q̄ eſt illi naturalis eterna natiuitas. Sēp ī p̄re cū q̄ eſt illi vna naturalis eq̄liſqꝫ deitas. Et alter quidē ille qḋ pater eſt. alter ille qḋ filius ē. Neuter tamen alter deus: quia pater ⁊ filius vnus eſt deus. Tu aūt. R. Stā ⁊ vene. vtſ. cviij. ¶ Lectio. iiij

Qua propter qū de patre deo ⁊ filio deo naſcit' ſmo digne dicimus alterū eſſe patrem. ⁊ alterū filium eſſe: ⁊ nihilominus digne dicimus. vnum deū eſſe p̄rē ⁊ filium. Cum eñ dicimus alterū eſſe patrem. alterū filiū. diſcretas perſonas genitoris genitiqꝫ monſtramus: cū vero dicimus vnum deū patrem eſſe ⁊ filiū: ipā naturam vnā indiſcrete in diuinitatis oſtendimus. Altera eſt igitur perſona genitoris ⁊ geniti: ſed vna ē natura genitoris ⁊ geniti. Tu autē. R. O regē. vtſ. cix. ¶ Lecti. v.

Quando vero ſufficienter aut digne loqui poterit q̄s de quo? Homo de deo. mortalis de immortali: viſibilis de inuiſibili. mutabilis de incōmutabili: op' de opifice: ḋ creatore creatura. de factore factura: paruus de immēſo: temporalis de eterno. humilis de altiſſimo plaſmatus de limo. de illo qui omnia creauit ex nihilo: cuius eſt inenarrabilis omnipotentia: q̄ nos gratuita bonitate fecit: nec min' tū inenarrabilis gratia qua nos oīpotentiſſima miſeratione ſaluauit. Qui ⁊ op' creatric' oīpotētie grat' fecit. ⁊ opus grē ſaluatricis oīpotenter adimpleuit. Tu. R. Neſciens mr̄. vtſ. cix. ¶ L. vj.

Omnipotentiā vero lumen dicimus. qua verbū qḋ in principio erat. ⁊ apud deum erat. ⁊ de' erat. fecit oīa. que non erant. Gratiā vero. qua verbum caro factū venit querere ⁊ ſaluū facere. qḋ peri erat. Oīpotentiā qua fecit omnem diē: gratiā qua certo die cōcepi. ⁊ certo die dignatus eſt naſci Jdē igitur minoratus paulominus ab angelis in die fact' eſt hominū: qui coeternus: ⁊ coequalis deo patri dies ſanctoꝝ ſemper eſt angeloꝝ. De ipſo q̄ppe ꝓpheta dic. Bene nunciate de die in diem ſalutare eius. Quid eſt diem de die: niſi filium de patre? Eſt igitur de patre filius de die dies: ſed tamen pater ⁊ filius non duo dies: ſʒ vn'

eſt dies. Tu. ℞. Continet. vrs̃. cix.
I. ¶ Scd'm Matth. cap. ij.
N illo tempore. Defūcto he/
rode: ecce angelus domini appa/
ruit in ſomnis ioſeph ī egypto di/
cens. Surge et accipe puerum et
matrem eius: ⁊ vade in terrā iſrl'.
Defuncti enim ſūt. qui querebāt
aīam pueri. Et re. Omel'. ve. be. p̄ſ.
Q Uod dominus ipſe ne occide
retur ab herode ſublatus eſt
a parentibus in egyptum: ſigni/
ficat electos ſepius malorum im/
probitate ſuis effugandos ſedib⁹.
vel etiam exilio damnādos Ubi ſi
mul exemplum datur fidelibus:
ne dubitent rabiem perſequenti/
um ubi oportunū fuerit declina/
re fugiendo: cum hoc deum ac do
minum ſuū feciſſe meminerint.
Tu autē. ℞. Beata viſcera. vrs̃. cj
S Iquidē ipſe qui erat ſuis pre
cepturus cū vos pſecuti fue
rint in ciuitate iſta. fugite in aliā:
prius fecit quod precepit. fugien/
do hominem quaſi hominē in ter
ra. quem magis paulo ante mon
ſtrauit ſtella d' celo. Quod occiſus
pro domino pueris herodes non
longe poſt obijt. ⁊ ioſeph monen/
te angelo dominū cum matre ad
terram iſrael reduxit: ſignificat
omnes perſecutiones que contra
eccleſiam erant mouende: ipſorū
perſecutorū morte vindicandas:
eiſdēq; multatis perſecutoribus.
pacem eccleſie denuo reddendā:
et ſanctos qui latuerant ad ſua lo
ca fuiſſe reuerſuros. Tu autem.
℞. Sancta ⁊ immaculata virgini
tas q̄bus te laudib⁹ referā neſcio.
Qa quē celi cape non poterāt tuo
gremio contuliſti. V⁹. Bñdicta tu in
mulierib⁹ ⁊ bñdict⁹ fruct⁹ vētr' tui.
H Oc eſt eīm puerū ihm ⁊ eā
matrem eius per ioſeph in
egyptū transferri: fidem ſcʒ dñice
incarnationis. ⁊ eccleſie ſocietatē
per doctores ſanctos gentibus cō
mitti. Qd' erant in egypto vſq; ad
obitū reg' herodis: indicat figura
te fidē chriſti in gētibus māſurā:
donec plenitudo earum introeat
⁊ ſic omnis iſrael ſaluus fiat Obi
tus quippe herodis. terminum in
tentionis malicioſe qua nunc con
tra eccleſiā in iudea ſeuit inſinu/
at. Occiſio paruulorum. mortem
humilium ſpiritu: quos fugato a
ſe chriſto iudei perimere deſignat
Qd' autem defuncto herode redit
ad terram iſrael ieſus: finem ſecu
li denunciat: quando enoch ⁊ he/
lya predicātibus. iudei ſopita mo
derne inuidie flamma: fidem ve/
ritatis accipient. Tu autem. ℞.
Ecce agnus dei ecce qui tollit pec
cata mundi ecce de quo dicebam.
Qui poſt me venit ante me fact⁹
eſt cuius non ſum dignus corrigi
am calciamenti eius ſoluere. V⁹.
Hoc eſt teſtimonium qd' perhibu
it iohannes. Qui. Gl'ia. Qui. Te
deum dicitur ſiue fuerit dominica ſi
ue feria. Ante laud. V. Notum fecit.
Ad laud. Añ. Neſciens mater. cū
ceteris vt infra.
¶ Nota ſi vigil'. ephie nō venerit in
dominica tunc ad matuti. Inuitat.
Chriſtus natus ē. vrs̃. In noct. añ

pſ. ℣. ⁊ ℞. vtſ. in dominica infra octa. nati. in. iij. noct. habet. cix. Et legē tur tm̄ tres lectiones de euange. De functo hero. cum. ℞. vtſ. Ad laud. Super pſ. Dn̄s regna. decor. An̄. Neſciens mater virgo viruꝫ peperit ſine dolore ſaluatorem ſeculorum ipſum regem angeloruꝫ ſola virgo lactabat vbere de celo pleno. Capꝫ. Apparuit benigni. vtſ. cij. ℣. Benedictus qui ve. Super bened. An̄. Gaudeamus omnes fideles ſaluator noſter natus eſt i mundū hodie proceſſit proles magnifici germinis ⁊ perſeuerat pudor virginitatis. Coll'a. Deus qui ſa. vtſ. in die natiui. cij. Nulla ſuff. etiam ſi fuerit dominica. Ad primā ⁊ ad cete. hor. vt in die circumciſio. cū Coll'. ad om̄es hor. Deus qui ſalu. Ad veſpas de ephe vt ſequitur.

## In feſto epipha. dn̄i.

Ad primas vſ. An̄. O admirabile cum cete. an̄. ⁊ pſ. vt in. ij. vſ. circumciſio. ſignatur. cxj. ¶ Cap. Eſa. lx.

Surge illuminare hieruſaleꝫ quia venit lumen tuū: ⁊ gloria domini ſuper te orta eſt. Deo. ℞. Tria ſunt munera. vt īfra. in iij. noct. cum Glia. ¶ Hymnus.

Ibant magi quā viderant ſtellam ſequentes preuiā lumē requirūt lumie deum fatentur munere. Lauacra puri gurgitis celeſtis agnus atigit peccata q̄ nō detulit nos abluendo ſuſtulit. Nouum genus potentie aque rubeſcunt idrie vinū qꝫ iuſſa fundere mutauit vnda originem. Deo patri ſit gloria. ℣. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent. Reges arabum ⁊ ſaba dona adducent. Super magt. An̄. Magi videntes ſtellam dixerūt adinuicem hoc ſignum magni regis ē eamus ⁊ inquiramus eum ⁊ offeramus ei munera aurum thus ⁊ mirram. ¶ Coll'a.

Corda noſtra queſumꝰ domine venture feſtiuitatis ſplendor illuminet. quo mūdi huius tenebris carere ⁊ peruenire valeamꝰ ad patriam claritatis eterne. Per eun. Nulla ſuffra. nec ad pri. vſ. nec ad matutī. nec in. ij. vſ. etiaꝫ ſi fuerit dominica. Ad compl'. hym. Ibant magi. Nouum genꝰ. Deo patri. Cap. Surge illuminare. ℣. Om̄s de ſaba venient. Aurū ⁊ thus deferentes ⁊ laudē domino annūciantes Super nūc di. an̄. Stella iſta. vt infra in laud. kyriel'. ter. Xpeel'. ter. kyriel'. ter. Pater noſter Et ne. In pace. Credo in deū ⁊c. Pꝰ Carnis. ℣. Omnes gentes quaſcunqꝫ feciſti. Venient ⁊ adorabūt coram te domine. Coll'a. Corda nr̄a qm̄s. vtſ.

## In die ſancto epiphanie

Ad mat. ¶ Nota ꝙ hac nocte nō cantat̄ ſeu legitur Inuit. nec pſ. Venite. hic in loco. Sed dicto Dn̄e labia. Deus in adiutorium ⁊c. cum Gloria patri ⁊ all'a ſtatim ſubinfertur. ¶ In primo noct. An̄.

Afferte domino filij dei adorate dominū in aula ſancta eius. pſ. Afferte. viij. An̄. Pſallite deo noſtro pſallite pſallite regi noſtro

pſallite ſapiēter. pſ̄. Oīs gē. xv.
Añ. Omīs terra adoret te ⁊ pſal/
lat tibi pſalmū dicat noī tuo dñe.
pſ̄. Jubilate deo. xviii. v. Omīs ter
ra adoret te ⁊ pſallat tibi. Pſalmū
dicat noī tuo dñe. Pr̄ nr̄ ⁊c. L. L. pri.

Omnes ſitientes ve (Eſa. lv.
nite ad aq̄s: ⁊ q̄ nō habetꝭ ar
gentū, ꝓperate emite ⁊ comedite.
Venite emite abſq₃ argēto: ⁊ abſ/
q₃ vlla cōmutatione vinum ⁊ lac.
Quare appenditꝭ argentū non in
panibꝰ: ⁊ laborē vr̄m non in ſatu/
ritate: Audite audientes me. ⁊ co/
medite bonū. ⁊ delectabit in craſſi
tudine aīa vr̄a. Inclinate aurē ve
ſtrā: ⁊ vēite ad me. audite ⁊ viuet
aīa vr̄a. Et feriā vobiſcū pactū ſē/
piternū: mias dauid fidelꝭ. Ecce te
ſtē ꝑplis dedi eū: ducem ac p̄cepto/
rē gentibꝰ. Hec dicit dñs ds̄: ꝯuer
timini ad me ⁊ ſalui eritis Deo g̃.
R. Hodie i iordane baptizato do
mino apti ſunt celi. ⁊ ſicut colūba
ſup eū ſpūs māſit ⁊ vox pr̄is into
nuit. Hic eſt filiꝰ meus dilectꝰ in q̊
mihi cōplacui. v. Celi apti ſūt ſup
eū ⁊ vox pr̄is audita eſt Hic. Predi
ctū R. canit tm̄ hac die. et nō p hebd.

Surge illūi/ ¶ Lc. ii. Eſa. lx.
nare hierlm. q2 venit lumen
tuū: ⁊ glīa dñi ſup te orta ē. Ecce ec/
ce tenebre opient terram: ⁊ caligo
ꝑplos. Sup te aūt orietꝰ dñs: ⁊ glīa
eiꝰ in te videbit: ⁊ ambulabūt gē/
tes in lumie tuo: ⁊ reges in ſplen/
dore ortꝰ tui. Leua in circuitu ocu/
los tuos ⁊ vide: oēs iſti cōgregati
ſunt. venerūt tibi. Filij tui de longe
veniēt: ⁊ filie tue de latere ſugent.
Hec dic. L R. Omīs de ſaba veniēt
aurū ⁊ thꝰ deferentes ⁊ laudē dñō
annūciantes. Alla alla alla. v. Re
ges tharſ ⁊ inſule mūera offerēt
reges arabū ⁊ ſaba dona adducēt

Gaudēs (All. ¶ L. iii. Eſa. lxi.
gaudebo i dño. ⁊ exultabit
aīa mea i deo meo: q2 induit me ve
ſtimēto ſalutꝭ. ⁊ indumēto iuſticie
circūdedit me q̄ſi ſpōſū decoratū
corona: ⁊ q̄ſi ſpōſā ornatā moni
libus ſuis. Sicut eīm t̄ra pfert ger/
mē ſuū: ⁊ ſicut ortꝰ ſemē ſuū ger/
minat: ſic dñs ds̄ germiabit iuſti/
ciā ⁊ laudē corā vniuerſ gentibꝰ.
Propter ſyon non tacebo: ⁊ ꝓpter
hierlm nō quieſcā. donec egredia
tur vt ſplēdor iuſtꝰ eiꝰ: ⁊ ſaluator
eiꝰ vt lāpas eiꝰ accendat. Hec dic.
R. Illumiare illūiare hierlm ve/
nit lux tua. Et glīa dñi ſup te orta
eſt. v. Et ambulabūt gētes in lu/
mine tuo ⁊ reges in ſplēdore ortꝰ
tui. Et. Glīa. Et. ¶ In. ii. noct. Añ.
Reges tharſ ⁊ inſule mūera of/
ferēt regi dño. L pſ̄. Deꝰ iudi. lxxi.
Añ. Omīs gentes q̄ſcūq₃ feciſti ve
niēt ⁊ adorabūt corā te dñe. pſ̄. In
clīa. xxv. Añ. Venite adoremꝰ eū
q2 ipſe eſt dñs ds̄ nr̄. pſ̄. Venite ex
ulte. xxxiii. v. Omēs gētes q̄ſcūq₃
feci. vrs. pꝰ Pr̄ nr̄. v. Ois ter. ad.

Exul/ ¶ Le. iiii. Ser. maxi epi.
tandū nob eſt frēs kmi. q vo
tis nr̄is vota ſuccedūt: q gaudijs
gaudia cumulant. Ecce eīm adhuc
natalis dñici ſolēnitate corda nr̄a
pſultant: ⁊ iā feſtiuitate ſcrē ephe
glīamur. Ephie g̊ pcuramꝰ gau/
dia. Querat aliquis quid interp̄/
tetur hoc verbum ſcilicet ephia:
q̄a epiphane grece. latine dicitur

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

apparēre. Ergo. quia tunc primū
apparuit ſaluator in mundo: ipſa
dies eodem vocabulo ephia nun/
cupata eſt. Tu. ℞. Magi venerūt
ab oriente hieroſolymā. querētes
⁊ dicentes. Vbi eſt qui natus ē cu/
ius ſtellam vidimus ⁊ venim⁹ ad
orare eum. ℣. Ab oriēte magi ve/
nerunt inquirentes faciem domi
ni ⁊ dicentes Vbi. ¶ Lc. v.
Quomodo aūt dominus ap
paruerit requiramus: non ꝙ in
mundo ante non fuerit. cū mun/
dus per ipſuꝫ factus ſit: ſed ꝙ tūc
primū ſignis atqꝫ miraculis cre/
dentiuꝫ cordibus deus xp̄s illuxe/
rit: ⁊ in tenebroſas conſciētias ho
minū fides ſplendoris aduenerit
Cum igitur deus vbiqꝫ ſit. ⁊ vni/
uerſa poſſideat: tāꝙꝫ nō viſus an/
tea appariuiſſe dicitur. Tu aūt. ℞.
Interrogabat magos herodes.
quod ſignum vidiſſent ſuper na/
tum regem ſtellā magnā fulgen/
tem cui⁹ ſplendor illuminat mun
dum. Et nos cognouimus ⁊ veni
mus adorare eū. ℣. Vidimus eīm
ſtellam ei⁹ in oriente. Et. ¶ Lc. vj.
Apparuit autem dn̄s: non tā
oculis ꝙꝫ ſaluti. Nā ⁊ ſi prius
natus de virgine oculis carnali/
bus videbatur: tn̄ non apparebat
virtuteꝫ ei⁹ adhuc fidei acies igno
rabat. Unde ad iudeos ꝑ ꝓphaꝫ di
citur. Videntes videbitis ⁊ nō vi/
debitis: hoc eſt ſaluatoreꝫ quē cer/
nerent oc̄lis corꝑalibus ſpiritua/
li lumine non viderēt. Poſtea eīm
ꝙꝫ diuinitateꝫ ſuā mirabilibus de
clarauit: humanis mentib⁹ tanꝙꝫ
nouus ⁊ inopinat⁹ apparēs: ocu/
los quoſdam cordis infudit. vt co/
gnoſceret ſenſus. quē non cogno
uit aſpectus. Tu aūt. ℞. Stella
quā viderant magi in oriente an
tecedebat eos donec venirent ad
locū vbi puer erat videntes auteꝫ
eam. Gauiſi ſunt gaudio magno
℣. Et intrātes domuꝫ inuenerūt
puerū cum maria matre eius ⁊ p
cidentes adorauerunt eum. Ga.
Gl̄ia Ga. ¶ In. iij. noct. An̄. Flu/
minis impetus letificat all'a ciui/
tatem dei all'a. ps̄. Deus nr̄ refu.
xv. An̄. Adorate dn̄m all'a in au/
la ſancta eius all'a. ps̄. Cantate. j.
xxvij. An̄. Adorate deū all'a om̄s
angeli eius all'a. ps̄. Dn̄s regna.
ex. xxvij. ℣. Adorate deū. Om̄s an
geli ei⁹. ¶ Nota ſi ephia domini fue
rit in dn̄ica tunc Omel'. dn̄icalis ſciꝫ
Cum factus eſſet ieſus annoꝝ. xij.
poſticipabitur cum ſuis attinentijs
in craſtinuꝫ obitus tercij regis ſeruā/
do ibidem tm̄ tres lectio. de eadeꝫ per
om̄ia vt infra in dominica notatur.
¶ Scd̄m Matth. cap. ij.
Cum natus eſſet ieſus i beth
leem iude in diebus herodis reg'
ecce magi ab oriēte venerunt hie/
roſolymam dicentes. Vbi eſt qui
natus eſt rex iudeorum? Vidim⁹
enim ſtellam eius in oriente: ⁊ ve
nimus adorare euꝫ. Et rel'. Omel'.
beati Gregorij pape de eadem lcōne
Sicut ex lectiōe euāgelica fra
tres audiſtis: celi rege nato
rex terre turbatus eſt. q: nimiruꝫ
terrena altitudo confunditur: cū
celſitudo celeſtis aperitur. Sed q̄
rendū nobis ē. quid nā ſit ꝙ redē/
ptore nato paſtoribus i iudea an/

gelus apparuit: atqꝫ ad adorandū
hunc ab oriente magos nō ange/
lus ſed ſtella ꝑduxit. Quia videli/
cet iudeis tanqꝫ ratione vtentibꝰ
ratōnale animal id eſt angelus p̄
dicare debuit: gētiles vero . q: vti
ratione neſciebant: ad cognoſcen
dum dn̄m non per vocem. ſed per
ſigna perducuntur. Quia et illis
ꝓphetie tanq̄ꝫ fidelibus non infide
libus: ⁊ iſtis ſigna tāq̄ꝫ infidelibuſ
non fidelibus data ſunt. Tu autē.
℞. Tria ſunt munera precioſa q̄
obtulerunt magi dn̄o in die illa ⁊
habent in ſe diuina myſteria. Jn
auro vt oſtendatur regis potētia
in thure ſacerdotē magnū cōſide/
ra. ⁊ in myrra dn̄icam ſepulturā
℣. Reges tharſis ⁊ inſule mune/
ra offerent reges arabum ⁊ ſaba
dona adducēt. Jn. ¶ Lc. viij.
N Otandū. q redemptorē no
ſtrum cum iā perfecte eſſet etatis
eiſdem gentibꝰ apoſtoli predicant
eūqꝫ puulum ⁊ necdū per huma/
ni corporis officium loquentē. ſtel
la gentibus denunciat. Quia ni/
mirum rationis ordo depoſcebat
vt loquentē iam dominū loquen/
tes nobis predicatores innoteſce/
rent: ⁊ necdum loquentē elemen
ta muta predicarent. Sed in omī
bus ſignis que vel naſcēte dn̄o vl'
moriente eo monſtrata ſunt: con/
ſiderandū nobis eſt. quāta fuerit
in quorundam iudeoꝝ corde duri
cia: que hūc nec per prophetie do/
num: nec per miracula agnouit.
Tu aūt. ℞. Dies ſanctificatus il/
luxit nobis venite gentes ⁊ adora
te dn̄m. Quia hodie apparuit lux

magna in terris. ℣. Glia in excel
ſis deo ⁊ in terra pax hominibus
bone voluntatis. Quia. ¶ Lc. ix.
O Mnia quippe elementa au/
ctorem ſuum veniſſe teſtata
ſunt Vt em̄ de eis quondā vſu hu
mano loquar: deū hunc celi eē co/
gnouerunt. quia ꝯtinus ſtellam
miſerunt. Mare cognouit: q: ſub
plantis eius ſe calcabile prebuit.
Terra cognouit: quia eo morien/
te cōtremuit. Sol cognouit: quia
lucis ſue radios abſcondit. Saxa
⁊ parietes cognouerunt: quia tē/
pore mortis eius ſciſſa ſunt Jnfer
nus agnouit: quia hos quos te/
nebat mortuos reddidit. Et tamē
hunc quē omnia elementa inſen/
ſibilia ſenſerūt: adhuc infidelium
iudeoꝝ corda deū eſſe minime co/
gnoſcūt: ⁊ duriora ſaxis ſcindi ad
penitendū nolūt: eūqꝫ cōfiteri ab/
negāt: quē elemēta vt diximꝰ aut
ſignis aut ſciſſionibꝰ deū clamāt.
Tu. ℞. In colūbe ſpecie ſpūſſan/
ctus viſus eſt patna vox audita ē
Hic eſt filius meꝰ dilectus in q̄ m̄
bn̄ ꝯplacui ip̄m audite. ℣. Celi ap
ti ſūt ſup eū ⁊ vox patrꝭ audita eſt
Hic Glia Hic Te deū d: p tota octa.
¶ An̄ laud. p totā oct. ℣. Oēs gētes
q̄ſcūqꝫ feciſti Veniēt et adorabūt
coram te domine. ¶ Ad laud. An̄.
A Nte luciferum genitꝰ et an/
te ſcl'a dn̄s ſaluator noſter
hodie mundo apparuit. p̄s. Dn̄s
regn̄uit deco. cū ceterꝭ. An̄. Venit lu
men tuum hierl'z. ⁊ gloria domini
ſuper te orta eſt et ambulabūt gē/
tes in lumie tuo alla. An̄. Apertis
theſauris ſuis obtulerūt magi do/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mino aurum thus ⁊ myrram al/
leluya. Añ. Maria ⁊ flumina be/
nedicite domino hymnū dicite fon/
tes dño alleluya. Añ. Stella iſta
ſicut flamma choruſcat et regem
regum deum demōſtrat magi eā
viderūt ⁊ xpo regi mūera obtulerūt
Cap. Surge illuminare. ut ſup. v.
Omēs de ſaba veniēt. Sup ben.
Añ. Hodie celeſti ſponſo iuncta ē
eccl'ia qm̄ in iordane lauit xp̄s eius
crimina currūt cū muneribꝰ ma/
gi ad regales nuptias ⁊ ex aq̄ fa/
cto vino letātur ꝯuiue all'a. Coll'.
Deus q̄ hodierna die vnige/
nitū tuū gentibꝰ ſtella duce
reuelaſti. ꝯcede ꝓpiciꝰ. vt qui te iaꝫ
ex fide cognouimus vſq₃ ad contē
plandā ſpeciem tue celſitudinis ꝑ
ducamur P eūd. ¶ Ad pri. hy̆. Ibāt
magi. v. Nonū ge. Deo. Añ. Ante
lucife. vts̄ i lau. Cap. Surge illūia
re ℞. Xp̄e fili. vꝰ. Q̄ ſedes. v. Exur
ge dñe. cū cete. pꝰ Carnis v. Oēs
gentes. Coll'. Deus q̄ hodier. uts̄.
¶ Ad. iij. hy̆. Lauacra. v. Nouū ge.
Deo. Añ. Venit lumē. Cap. uts̄. ℞
Omis terra Adoret te ⁊ pſallat ti
bi. vꝰ. Pſalmū dicat noi tuo domi
ne. Adoret. Gl'ia. Omis ter. v. Ve
niēt ad te q̄ detrahebāt tibi. Et ad
orabūt veſtigia pedū tuoꝝ. Coll'a
Deꝰ qui. uts̄. ¶ Ad. vj. hy̆. Nouum
ge. Deo. Añ. Aptis theſau. Cap. ut
ſup. ℞. Reges tharſis et inſule.
Munera offerent. vꝰ. Reges ara
bum ⁊ ſaba dona adducent. Mu/
ne. Gl'ia. Reges. v. Omis gentes
q̄ſcunq₃ feciſti. Coll'a. uts̄. in laud.
¶ Ad. ix. hy̆. Nouū ge. Deo pa. añ.
Stella iſta. Cap. uts̄. ℞. Omis gē
tes. Quaſcūq₃ feciſti. vꝰ. Venient
⁊ adorabūt corā te dñe. Quaſcun.
Gl'ia. Oēs. v. Tria ſunt munera
ꝓcioſa. Que obtulerūt magi dño.
Coll'. uts̄. in laud. ¶ In. ij. vs̄. Añ.
Tecū prī. cū cet. añ. ⁊ ps̄. uts̄. cij. hy̆.
Ibāt. Cap. Surge illūiare. uts̄. v.
Reges tharſ. Sup mag̃t. Añ. Ab
oriente venerunt magi in bethle
em adorare dominū ⁊ apertꝫ the/
ſauris ſuis precioſa mūera obtu/
lerunt aurū ſicut regi magno thꝰ
ſicut deo vero myrram ſepulture
eius alleluya. Coll'. Deus qui ho.
uts̄. ¶ Ad cōpl'. Hac nocte ⁊ per totaꝫ
octa. hy̆. Ibant magi. cum duobus
vlti. v. Cap. Surge illumiare. v.
Omis de ſaba venient. Super nūc
di. Añ. Stella iſta ſicut flāma co/
ruſcat ⁊ regem regū deū demon/
ſtrat magi eam viderunt ⁊ chriſto
regi munera obtulerunt. kyriel'.
ꝛc. ut in pſalte. Poſt Carnis ref. v.
Omes gētes quaſcūq₃ feciſti. Do
minus vobiſcum. Oremꝰ. Coll'a.
Deus illuminator oim̄ genti
uꝫ: da populis tuis ꝑpetua
pace gaudere: ⁊ illud lumen ſplē
diduꝫ infunde cordibꝰ noſtris: qđ
triū magorū mentibus aſpiraſti.
Dominū noſtrum. Notandum ſi
fuerit dominica infra. octa. qualiter
de eadeꝫ ſit ſeruandū Re. infra. cxvj

## In craſtino epi. hocē

altera die immediate pꝰ feſtum eph.
⁊ cete. diebus ꝑ octa. Ad mat. Inuit.
Chriſtus apparuit nobis. Ve
nite adoremus. ps. Venite.
Notandū ꝙ feriatꝫ diebꝰ infra octa.
ephe leguntꝰ ad mat. tres ps̄. tres añ.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et tres lcões cũ trib⁹ ℞. Et ſumunt añ. ps. v. vt infra ẜm ordinem ſcꝫ in craſtino ephie pͥmus nocturnus. Tercia die ſcđs noct. Quarta die tercius noct. Et ſi in craſtino epiph. vel ſcđa die aut tercia die ⁊c. fuerit dñica tunc ſꝑ ſeqnti die reincipiet pͥm⁹ nocturnus. ⁊ ſic cõſequẽter de alijs ferijs

## In primo noct. Añ.

Afferte dño filij dei adorate dñm in aula ſctã eius. ps. Afferte. viij. Añ. Fluminis impet⁹ letificat allelupa ciuitatẽ dei alla. ps. De⁹ nr̃ refu. xv. Añ. Pſallite do nr̃o pſallite pſallite regi nr̃o pſallite pſallite ſapienter. ps. Oĩs gentes. xv. ℣. Oĩs terra adoret te. Lectiões de ſermõe Sanctoꝝ venerãda ⁊c. vt infra. ſinglis dieb⁹ tres cũ ℞. vt ſequit. Pͥmũ. ℞. Oĩs de ſaba venient. vts. xxvj. ĩ die. ℞. ij. Illuiare illuiare. etiã. xxvj. ℞. iij. Magi venerũt ab oriẽte. vts. in. ij. noct. cũ Glia pri. Te deũ dͬ ꝑ totã octa. Ad laud. ⁊ ad cete. hos. ꝑ oĩa vt infra p⁹ noct. ſignatur.

## In ſecundo noct. Añ

Oĩs terra adoret te ⁊ pſallat tibi pſalmũ dicat nomi tuo dñe. ps. Jubilate. xviij. Añ. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent regi dño. ps. Deus iudi. xxj. Añ. Oẽs gentes quaſcũqꝫ feciſti venient et adorabũt corã te dñe. ps. Inclina. xxv. ℣. Oĩs gentes quaſcũqꝫ feciſti. Tres Lectiones vt infra de ſermone ℞. iiij. Introgabat magos hero. vts. xxvj. ĩ. ij. noc. ℞. v. Stellaꝫ quã viderãt ma. vts. xxvj. ſine Glia. ℞. vj. Tria ſunt munera p̃ cioſa. vts. in. iij. noct. cum Glia. Ad laud. ⁊c. vt infra.

## In tertio noct. Añ.

Homo natus eſt in ea ⁊ ipſe fundauit eam altiſſim⁹. ps. Fundam. xxv. Añ. Adorate dñm alla in aula ſancta ei⁹ alla. ps. Cantate. pri. xxvij. Añ. Adorate deũ alla oĩs angeli ei⁹ alla. ps. Dñs regna ex. xxvij. ℣. Adorate deũ. Oĩs angeli ei⁹. Lcões ⁊c. vt infra. ℞. vij. Dies ſctiſi. vts. xxvij. ĩ. iij. noc. ℞. viij Uidentes ſtellaꝫ magi gauiſi ſũt gaudio magno ⁊ intrãtes domuꝫ inuenerũt puerũ cũ maria mr̃e ei⁹ ⁊ pcidentes adorauerũt eũ. Et aptis theſaur⁹ ſuis obtulerũt ei munera aurũ thus ⁊ myrrã. ℣. Reges tharſis ⁊ inſule munera offerent reges arabũ ⁊ ſaba dona adducent. Et. ℞. ix. In columbe ſpecie. vts. ĩ. iij. noct. Laud. ⁊c. vt. ſ. Ante laud. ꝑ octa. ℣. Oĩs gẽtes quaſcũqꝫ feciſti vts. Ad laud. ꝑ octa. Super ps. Dñs reg. deco. ⁊c. dicunt ſeqntes añ. alternatis vicib⁹ videlicet. Añ. Apertis theſauris ſuis obtulerunt magi dño aurum thus et myrrã alla. Añ. Stella iſta ſic flãma coruſcat ⁊ regem regũ deũ demonſtrat magi eam viderunt et xp̄o regi munera obtulerũt. Cap.

Omnes đ ſaba veniẽt Eſa. lx auꝝ ⁊ thus deferẽtes. ⁊ laudem domino annunciantes. Deo grãs. ℣. Oẽs de ſaba veniẽt. vts Super bened. añ. vt infra in qualibet die ſignatur. Coll. Deus qui hodierna die. vts. de feſto epy. cũ ſuffra. de dña ſcꝫ Germinauit. nõ pl⁹.

¶Nota ꝙ p̄dictū capm cū v.et col
lect.dicunt̄ per totā octa.ad mat. ex
cepto feſto obitus tercij regis et dn̄i/
ca.¶Ad pri.per octa.Hy̆.Ibāt ma
gi.vt̄s.in die.Sup ꝑs.ꝯſue.Deus
in noīe ⁊c.An̄.Tria ſunt munera
que obtulerunt magi dn̄o auruꝫ
thus ⁊ myrram filio dei regi ma/
gno all'a.Cap̄.Surge illuminare
vt̄s.R.Xp̄e fili.v.Qui ſedes.cum
ceteris vt̄s.in die.excepta coll'a.que
erit.Deus illuminator omniū gē
tium.vt̄s.in compl'.Non pl'.¶Ad
terciā ꝑ octa.hy̆.Lauachra.cuꝫ ſeq̄n/
tibus vſibus.Sup ꝑs conſue.An̄.
Vidētes ſtellaꝫ magi gauiſi ſunt
gaudio magno ⁊ intrātes domuꝫ
obtulerunt dn̄o aurū thus ⁊ myr
ram.Cap̄.Surge illuminare.vt
ſupra.R.Om̄is terra adoret ⁊c.
vt̄s.in die.Coll'.Deus qui hodier
na die.vt̄s.¶Ad.vj.hym.Nouum
genus.Deo pr̄i.Sup ꝑs.conſue.
An̄.Apertis theſau.ut ſup̄ in laud.
Cap̄.et coll'.ut ſup̄ in.iij.R.Regis
tharſ ⁊c.ut ſup̄.in die.¶Ad.ix.hy̆.
Nouuꝫ genus.Deo pr̄i.Sup ꝑs.
conſue.An̄.Stella iſta.vt̄s.in laud
Cap̄.et coll'.ut ſup̄ in.iij.R.Om̄s
gētes ⁊c.vt̄s.in die.¶Ad vs̄.ꝑ oct.
exceptis pri.vs̄.obitus tercij regis.
An̄.Tecum ꝑnci.cum cete.an̄.et ꝑs.
vt̄s.nati.Hy̆.Ibant magi.vt ſup̄.
Cap̄.Surge illuminare.v.Reges
tharſ.Sup magt.an̄.vt infra q̄ in
qualibet die ſignat̄.Coll'.Deus qui
hodier.vt̄s.cum ſuffra de dn̄a.Au
bū quē vt̄s.lxxx.Nō pl'.Cōpl'.vt
ſup̄ in die epiphie Sic dicent̄ mat.et
cete.ho.ꝑſcripte ꝑ totā oct.excepto fe
ſto obit' tercij reg.⁊ dn̄ica vt.j.dicet̄

# Sequitur nunc in cra
ſtino ephie Ad matut.Inuit.an̄.ꝑs.
v.R.⁊c.vt̄s.in pri.noct.notatur cū
lectionibus vt ſequit̄.

# Lectiones ꝑ octa.epi/
phie.Lectio.prima.

Auctoꝝ venerāda atq̃
ſanctiſſima vita reſplē
dens ſenſib' humanis
vite gaudia ſubminiſtrat.Ambi/
guaſq̃ vertens xp̄i fauore mētes
atq̃ penetralia miſtico lumīe fun
dit.Ergo beatiſſimoꝝ ac veneran
doꝝ magoꝝ exordiū nobis loquē/
di audaciā preſumentes.vitā eoꝝ
beatitudinis ꝯtinua breuitate no
tātes:qd̄ verius euangelica edo/
cet hyſtoria beatuſq̃ iohes criſo
ſtom' in ſuis ſcp̄tis fatur.ad pn̄s
loquamur.¶Iſti etem̄ magi ex li/
bris balaam diuinatoris ac ſacer/
dotis madyan ꝓphe gentilis.appa
riture ſtelle ſciētiā acceperūt.Cu/
ius diuinatio poſita ē in veteri te
ſtamento.qui inter plurima alia
ꝓphetando ſic ait.Orietur ſtella ex
iacob.⁊ exurget homo de iſrl'.⁊ do
minabit̄ oīm gentiuꝫ.Iſte balaaꝫ
valde glorioſe de incarnatōne xp̄i
⁊ iſtoꝝ trium magoꝝ aduentū ꝓ/
phetauit.Tu autem.

Erat igit̄ quedā gens in ip̄o ꝑnci
pio orientis iuxta occeanuꝫ ſita.q̄
ꝑ generationes ſtudioſoꝝ hoīm.
p̄ribus referētibus filijs ſuis ha/
bebat̄ deducta.Itaq̃ elegerunt ſe
ipſos.duodecim ex ipſis ſtudioſio
res ⁊ amatores myſterioꝝ celeſti
um.⁊ poſuerunt ſeipſos ad expe/
ctationē huius ſtelle ſuꝑ monteꝫ

amenissimū. ¶Et ſi q̇s ex iſtis du/
odecim moriebat̃ filiꝰ eius aut ali
q̇s ꝓpinquoꝝ q̇ eiuſdē volūtat̃ in/
ueniebat̃. in loco defuncti ꝯſtitue/
bat̃. Dicebant̃ aūt iſti q̇ electi ₇ cō/
ſtituti erant ad expectationē huiꝰ
ſtelle lingua eoꝝ magi₂ei: q̄ in ſi/
lentio ₇ voce tacita deu₃ glorifica/
Hij ergo ꝑ ſin/ (bāt deuoti. Tu.
gulos annos pꝰ meſſe₃ trituratoꝛ
riā aſcendebāt in montē aliquem
poſitū ibi. q̇ vocabat̃ lingua eoꝛu₃
mōs victorialis. hn̄s in ſe quādā₃
ſpeluncā in ſaxo. fontibꝰ ₇ elect̃ ar
boribꝰ amenissimꝰ. in quē aſcēdē/
tes ₇ leuātes ſe oꝛabāt ₇ laudabāt
in ſilentio deū tribꝰ diebus. Et ſic
faciebāt ꝑ ſingulas generatiōes.
expectātes ſemꝑ ne forte ī ſua ge/
neratōe ſtella illa btitudinis oꝛire
tur: ₇ in ſuis gr̄a celeſtis appare/
ret tꝑibus. ¶Cū ergo veniſſet ple
nitudo tꝑis in q̊ deꝰ filiū ſuū vni/
genitū de virgine naſciturū mit/
tere voluit in terris. apparuit ma
gis ſtella deſcendēs ſuꝑ montē il/
lum victorialē hn̄s in ſe formā q̄ſi
pueri ꝑuuli. et ſuꝑ ſe ſilitudinem
cruc̃. locuta eſt aūt ſtella eis ₇ do
cuit eos. ₇ p̄cepit eis: vt ꝓficiſcerē
tur in iudeā. ₇ irent ad gl̃a₃ ₇ lucē
ſine fine māſurā. Tu aūt. Ad laud̃
vt̄s. notatū eſt. Suꝑ mḡt An̄. Chri
ſto datꝰ eſt p̄ncipatus ₇ honoꝛ re/
gni om̄is ꝓplus tribꝰ ₇ lingue ſer/
uient ei ineternū. Coll̃. Deꝰ q̇ ho/
dierna. cū ſuffra. de dn̄a. vt̄s. nō plꝰ
Cetera vt̄s. notatū eſt. Suꝑ magt̃.
hac die An̄. Suꝑ ripam ioꝛdanis
ſtabat beatꝰ iohes indutus ē ſplē
doꝛe baptizans ſaluatoꝛē baptiza
me iohes baptiza bn̄dicam te ₇ tu
ioꝛdanis congaudēs ſuſcipe me.
Coll̃. Deꝰ qui hodierna. cū ſuffra.
de dn̄a. Rubū quē. Compl̃. ꝑ totam
octa. vt̄s. pꝰ. ij. vs̄. eph. ſignatur.

## Tertia die poſt feſtu₃

eph. vi₃ octa. die menſ̃ ianuarij Ad
mat̃. Inuit̃. Xp̄us apparuit. cū tri/
bus an̄. p̄s. v. ₇ R̃. de noct̃. feſti que₃
oꝛdo tangit. ¶Lectio. pri.
Glorioſi igr̄ magi celeſti ſigno
ſibi de celis oſtenſo. ₇ ad fide₃ ſuā.
₇ ſalute₃ gentiū futurarū oꝛaculo
plene inſtructi diuīo leti de tali vi
ſione. laudes ₇ gr̄aꝝ actiōes refe/
rūt deo ₇ regi altiſſimo q̇ ſemꝑ ꝓ/
pe eſt oībus expectantibꝰ eū in ve
ritate. ₇ reſpicit ad p̄ces hūiliu₃ de
excelſo celoꝝ habitacl̃o. ¶Tres au
tē viri oꝛientes vita laudabili deo
digni: ex oībus gentibꝰ gentiū pri
mitie p̄electi fidē ſancte trinitatis
fide mēte ꝯcipiūt. ₇ de theuſauris
ſuis miſticas triū muneꝝ ſpecies
tres accipiūt. ₇ regē regu₃ ₇ ſalua
toꝛē hoīm querere ₇ inuenire cu₃
magna diligētia. ₇ cū om̄i affectu
deſiderātes. hūiliter ₇ deuote iter
ſalutis leti arripiunt. Tu aūt.
Stella vero pulchrioꝛ ceteriſq₃ il
luſtrioꝛ claritate ſideribꝰ eis appa
rēs. eos aſſidue p̄cedebat: ₇ die ac
nocte ſplendens eis luce₃ p̄ſtabat.
₇ ipos ꝑ mēſo immēſi ſpacio itine
ris in iudeā ſine impedimēto mi/
rabilit̃ deducebat. ¶Fideles vero
magi ad terrā iudee ſuꝑne ductu
luminis ꝑtingentes. natu₃ regē in
ciuitate regia querendū eſſe putā
tes. ſtella modico eis tꝑe nō appa/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rente hieroſolymā veniunt. ⁊ vbi
rex iudeoꝝ natꝰ ſit inquirūt: ⁊ cu/
ius ſtellā in oꝛiēte viderūt. ipſum
ſuis muneribꝰ adoꝛare ⁊ honoꝛa/
Non credebāt (re intendūt. Tu.
magi vnūquēqꝫ hoīez ſm aſtrolo
giā. ſue ſtelle motu naſci ⁊ viuere
ſed ſtella noua ⁊ inſolita mūdo ra
diante. ſciebant verū lumen prēz
luminū hūani generis auctoꝛem
ad hoīes deſcendiſſe. ⁊ ad ſalutem
oīm gentiū hūanitate indutum.
grām et glīam eterne btitudinis
credētibꝰ miniſtrare. ¶ Multi nā
qꝫ antea fuerāt nati q̇ reges iude/
oꝝū erāt electi: oleo ſctō ꝑuncti: ſꝫ
nunq̄ꝫ illoꝝ diebꝰ tale ſignū celeſtꝭ
lumīs in aliq̄ ꝑte mūdi ab aliqui/
bus poterat videri vel viſuꝫ oſten
di. ſicut mō magis in oꝛiente poſi
tis eſt oſtenſuꝫ. qn̄ dn̄s oīm mūdo
daturus ſaluteꝫ ꝓ oībus dignatꝰ
eſt naſci Tu aūt. Ad laud. an̄. Stel
la iſta ⁊c. vtſ. notat. Sup bn̄. An̄.
Vox de celis ſonuit ⁊ vox pr̄is au
dita eſt hic eſt filius meꝰ in quo mi
hi cōplacuit ipm audite. Coll. De
us q̇ hodier. ⁊c. vtſ. Sup mḡt an̄.
Celi apti ſunt ſup eū ⁊ vox facta ē
de celo dicēs hic eſt filꝰ meus dile/
ctus in q̊ mihi cōplacuit. Coll. De/
us q̇ hodierna ⁊c. vtſ.

## Quarta die poſt epy.

viꝫ nona die menſis Januarij Ad
mat. Inuit. Xp̄s appa. cū tribꝰ pſ.
an̄. v. ⁊ R. de noct. que oꝛdo tāgit vt
ſupra. ¶ Lectio pꝛima.
VEnerabiles itaqꝫ viri magi
vbi xp̄s naſceret ſacerdotū ꝑncipi
bus ſcribiſqꝫ ꝓphetia iuſtoꝝ inſtru
cti. ſtella eis iterū apparente exeūt
de hierlm ad regē natuꝫ tranſeūt
in bethleē celeſtis lumīs ſigno de/
ducti. Bethleeꝫ em̄ dn̄s natiuita/
ti elegit quā p̄triarche iacob olim
poꝛtā celi eſſe oñdit. ¶ Et videntes
ſtellā gauiſi ſunt gaudio magno
valde: ⁊ intrantes domū viderūt
matrē ⁊ puerū. Et ꝓcidentes ado
rauerūt eū. Putas adoꝛaſſent in/
fantē intelligentē ad oꝛatiōis ho/
noꝛē. niſi aliquid diuinū credidiſ/
ſent in eo. Ergo nō puericie detu/
lerūt honoꝛē nihil intelligēti. ſed
diuinitati eiꝰ omnia cognoſcenti.
Apertis aūt theſauris ſuis obtu/
lerūt ei munera auꝝ thus ⁊ myr/
Beatiſſimi vero (ram. Tu aūt.
magi inuento ⁊ adoꝛato dn̄o. ma/
gno gauiſi ſunt gaudio: q̇a nouo
lucis radio celitꝰ ſibi foris oſtenſo
meruerūt illuminari intꝰ in men
te. fide et intellectu dono ſpūſſan/
cti diuio. Grās aūt laudū vota ex
ſoluunt oīm creatoꝛi. qꝛ ipſi ex om
nibꝰ gentibꝰ p̄electi digno deo ha/
biti. facti ſunt oīm gentiū p̄mitie
fidei. ¶ Magi igit ipſi cū iudei nō
eſſent. iudeis in ſua perfidia ꝑma
nētibꝰ. iudeoꝝ regē querentes do
minū adoꝛauerūt. ⁊ ꝑuulum in p̄
ſepio. imenſum in celo vilē in pā/
nis. p̄cioſum in ſtellis. potētē vbi/
qꝫ regnare in celeſtibꝰ crediderūt
Sicut em̄ illi regem quē non vide
rant credentes querebant ⁊ ꝯfite
bant. ſic ⁊ nos qui ſumꝰ ex gētibꝰ.
dn̄m quē nunq̄ꝫ vidimus. creden/
tes quotidie querimꝰ ⁊ ꝯfitemur
Sancti (ꝑtātem ipſius. Tu aūt.
igitur magi ꝑactis votis ſuis ad/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

oꝛato ⁊ honoꝛato muneribꝰ dño ꝓ
cioſis. cũ ad ſuã reuerti intẽderẽt
regionẽ. ab angelo ſũt in ſomnis
de celo ammoniti. ne redirent ad
herodẽ ꝙ adoꝛare dñm venerãt ꝑ
fidei deuotõez. ¶ Herodes nãqꝫ vt
audiuit iudeoꝝ regẽ eſſe natũ. ſuc
ceſſoꝛez ſuſpicatꝰ regni expauit et
molitꝰ necez. ſalutꝭ auctoꝛi falſum
obſequiũ falſitate ſpopondit. Qñ
magi venerẽt xp̃m adoꝛare ꝑ fidez
⁊ ad verã ſtuduerũt ꝯuertere reli
gionẽ: hic impietatis artifex ſcele
ris inuentoꝛ. oĩ intentꝰ facinoꝛi.
totũ diſponebat ad fraudez. Tu a.
Ad lau. Añ. Ap̃tis the. ꝛc. vt̃s. Su
per bñ. Añ. Lux de luce apparuiſti
xp̃e cui magi munera offerũt allꝰa
allꝰa allꝰa. Collꝰ. Deꝰ ꝙ hodier. Cete
ra vt̃s. Sup mg̃t Añ. Aqua ablu
it pctm̃ hodie apparens liberatoꝛ
⁊ roꝛat oẽm mundũ diuitatis ope
Collꝰ. Deꝰ qui hod. ꝛc. vt̃s. cxvij.

## Quinta die poſt epħ.

viꝫ decima die mẽſ ianuarij Ad ma
tuti. Inuit. Xp̃us apparuit cũ tribꝰ
ꝑs. añ. v. ⁊ R. de noct. vt̃s. quẽ oꝛdo
Conſũmatis (tãgit. Lect. pꝛi.
ergo cuꝫ deuotiõe ſuis magi
deſiderijs. angelica ammonitiõe
⁊ ꝓtectione muniti viã accipiunt
aliã. Et relicto ſpꝛetoqꝫ herode in
ſua ꝑfidia ꝑmanente. ſecure ⁊ ꝓſ
pere a dño cuſtoditi. ſuã reuertũ
tur ad patriã. Ipſi eñi fideles ma
gi non poterãt xp̃i fieri ꝓditoꝛes.
ꝙ veri ⁊ pꝛimi facti ſunt eiꝰ fidiſſi
mi ꝯfeſſoꝛes. Cum aũt reuerſi fu
iſſent in ſuã regionẽ mãſerũt colẽ
tes ⁊ gloꝛificãtes deũ magꝭ ꝙ̃ pꝛi
mũ. Et pꝛedicauerũt oĩbus in ſuo
genere xp̃i aſſumpte hũanitatꝭ ⁊
eterne diuinitatis miſteriũ. ¶ Lo
cũ vero montꝭ victoꝛialis ꝙ̊ ꝓmo
ſtella cũ foꝛma pueri ꝑuuli ⁊ cru
cis ſilitudinẽ lucens ipſis eſt oſtẽ
ſa. honoꝛe digno colebãt ⁊ ad ſalu
tẽ hoĩm ⁊ fidez ꝯfirmandã. celeſtis
ſigni ſilitudinez ſicuti in ſtella con
ſpexerãt fieri faciebãt: ⁊ ciuitatez
egregiã ibidez edificantes mõtis
vocabulo mõtez victoꝛialez voca
bãt. Tu ãt.
Notis vero ⁊ amicꝭ
ſuiſqꝫ generibꝰ ac ceteris oꝛienta
libꝰ. celeſtis quẽ viderãt. regis na
ti in terris. gl̃iam narrauerunt: ⁊
m̃ltos ab erroꝛe ꝑfidie ad viã vite
⁊ iuſticie reuocãtes. ſigno gr̃e edo
cti. doctrinis ſalutaribꝰ erudierẽt.
Plurimi aũt verbũ ſalutis ab eis
attentiꝰ audientes. ritꝰ gentiluꝫ
relinquebãt. ⁊ eiſdez flagrãti ſtu
dio adherentes. ad veraꝫ xp̃i fidei
lucez ꝑtingere cupiebãt. Aſcendẽ
tes vero magi ſinglꝭis annis cũ ſu
is cõmagis. ⁊ cũ multis fidei diſci
plinis imbutis montez victoꝛialẽ
ob ꝑuuli pueri foꝛme ⁊ crucis ſili
tudinis veneratione oꝛatoꝛiũ ibi
ſumpto artificuꝫ collegio inſigni
ope. ad regis xp̃i ꝯſtruxerũt hono
rem. ¶ In hꝰ aũt oꝛatoꝛio coꝛã ima
gine xp̃i. cũ crucis ſilitudine diui
nitꝰ decoꝛata: ipſi et oẽs ſui diuerſi
qꝫ credẽtes vota ſua ⁊ p̃ces freq̃n
ter dño ꝑſoluerũt: ⁊ deũ creatoꝛez
⁊ ſaluatoꝛez hoĩm ſciẽtes licet nõ
dũ baptiſmo renati laudãtes do
minũ deuotiſſime coluerũt. In ſi
lentio ⁊ ieiunio dei ob amoꝛem et
honoꝛem ſepius ꝑſiſtebant: ⁊ ter

reni regnū dignitatē q̄uis reges
eſſent. cuꝫ vanitate ⁊ pompa ſecu
li poſtponētes. ſoli dn̄o ſeruire ⁊
placere mente ⁊ corꝑe ſatagebāt:
⁊ viduis ⁊ orphanis ceteriſqꝫ indi
gentibꝰ larga caritatis bn̄ficia in
pendebāt. Magi itaqꝫ in bona vo
luntate ſemꝑ viuebant ⁊ ꝑfectuꝫ
virtutū. ⁊ ꝑfectionē bonoꝝ operū
ꝯſequi deſiderabāt: ⁊ om̄ia diuie
pietati accepta īceſſanter agebāt.
Beati igitur magi ad/ (Tu aūt.
huc in carne viuentes nomē chri/
ſti qd̓ diu deſiderauerūt predicari
in ſuis ꝑtibus audiētes. adiuncti
ſunt btō thome apl̓o: ⁊ inſtructi ī
oībus ab ipſo myſtice fidei ſacra/
mētis: que dn̄s in hūanitate geſ/
ſit ⁊ docuit. ſpū et aqua renati. in
noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti bapti
zati gratias agētes deo ineffabili
repleti ſunt gaudio. Glīoſus aūt
apl̓s thomas ſciens hos beatiſſi/
mos viros tres magos. xp̄um na
tū in infantia viſitaſſe. ⁊ ex oībus
gentibꝰ ipſos p̄micias fidei dn̄m
adoratū. tribꝰ ſuoꝝ muneꝝ ſpecie
bus miſtice honoraſſe dignos vir
tute ⁊ vita. antiſtites ad ſalutē po
puli verbi miniſtros ordinauit: ⁊
grā ſpūſſancti ꝯceſſa. ſignis ⁊ mi/
raculis gentes oriētis de tenebris
ad viā lucis ꝯuertere fidelibus in
xp̄o commiſit. ¶ Beati vero magi
grā ſpūſſcti repleti. et ꝑfecte edo/
cti. ſancti apl̓i thome ſc̄tē p̄dicatio
nis coadiutores aſſumpti ꝑ grāꝫ
⁊ effecti. xp̄m fideliter gentibꝰ pre
dicabant. Et ſignis ⁊ virtutibꝰ co
ruſcantes infideles ad agnitionē
vere fidei ꝯuertebāt: ⁊ predicatio
nē apl̓i de dn̄o ieſu xp̄o nunciataꝫ
verā ⁊ factam eſſe ſcientes. cū ſan
cto apl̓o in tota ꝓuincia cōfirma/
bāt. Tu aūt. Ad lau. an̄. Stella iſta
⁊c̄. vrſ̄. Suꝑ bn̄. An̄. Pater de ce
lis filiū teſtificans ſpūſſancti pre/
ſentia aduenit vnū edocet qui ba
ptizatur xp̄s. Coll̓a. Deꝰ q̄ hodier.
⁊c̄. vrſ̄. Veſꝑe de obitu tercij regi. vt
ſequitur.

## In feſto obitꝰ tercij re

gis vicꝫ Jaſparis ethiopis qd̓ quidē
feſtū ſeruatur ſexta die poſt eph̄. vi/
delꝫ vndecima die menſ. Januarij.
qꝛ tali die obijt. Ad p̄i. vſ̄. an̄. O ad
mirabile cōmer. cū ceter̄. an̄. p̄s. xꝑ
Cap̄. K̄. hẏ. v̇. ⁊ an̄. ſuꝑ mḡt. ꝑ oīa
vrſ̄. in p̄i. vs. eph̄ic. cū Coll̓. Deꝰ q̄
hodier. ſine ſuffra. etiā ſi in dn̄icā in
ciderit. niſi hodie fuerit ſeruata d̓ do
minica tūc de eadē dicat̄ ſuffra. vicꝫ.
Fili q̄d. cū v̇. ⁊ Coll̓a. vt infra. ⁊ non
plus. Compl̓. ꝑaſe. ſicut huiuſqꝫ per
hebd̓. ſuatū eſt. ¶ Ad mat̄. Inuita.
Xp̄s apparuit. cuꝫ an̄. p̄s. v̇. ⁊ K̄. in
t. ibꝰ noct̄. ꝑaſe vrſ̄. in craſtino eph̄e
ſignat̄. ¶ Lectio prima.

Sanctis itaqꝫ magis circa
ānuꝫ dn̄i q̄nq̄geſimūq̄rtū
a dn̄o inuitatis ad celeſtis vite de/
licias. inſtabat ſacratiſſima dn̄ice
natiuitatis feſtiuitas. Gaudētes
ergo ſancti in dn̄o. ſc̄tām xp̄i nati/
uitateꝫ cū ceteris fidelibꝰ in ecc̄lia
ꝑncipali per ipſos regaliter i ciui/
tate ſeuwa facta deuotiſſime cele/
brabant. ⁊ ꝑ totū illud ſacrū tem/
pus ad diuine maieſtatis honorē
⁊ totius plebis ſalutē ⁊ ꝯſolatōeꝫ
expendebant: ⁊ in orationibꝰ ꝓui/

giles pſiſtebāt. ſaluatoris grāz ex/
pectātes. Tu. (℟. Oēs de ſaba. vt
Aduenīēte vero (ſupra. ¶ Le. ij.
octaua die natiuitat dñice prim⁹
natu ex hijs trib⁹ videlꝫ Melchior
iuxta ſctm̄ altare ſacramento nr̄e
redēptiōis celebrato ꝛ accepto an
no etatis ſue centeſimo decimoſe/
xto obdormiens in dño ad regnuꝫ
trāſiuit celeſte Ab ipo em̄ dño quē
dilexit in terris. angeloꝝ obſequi/
is ineſtimabilis claritate ſplendo
ris. ꝛ in dulcedine deitatis. eſt aſ/
ſumptus in cel. Corp⁹ aūt hui⁹ ce
teri duo ſupſtites cū alijs fidelib⁹
pcioſis aromatib⁹ cōdientes. in ſe
pulcro marmoreo ipis trib⁹ rega
liter in ſepulturā corpoꝝ p ipſos i
vita prepato in eccl̄ia pfata hono
rifice ꝯdiderunt. Et de ſua migra
tione ſolliciti laudes deo. ꝛ grārūꝫ
actiones egerūt. Tu aūt. ℟. Illu/
Sexto ve (minare. vtſ. ¶ Le. iij.
ro primi menſis die. h̄ eſt in ſacra
dñi apparitiōe. ſcđs videlꝫ Baltha
ſar pacto ſacroſācto ſacrificij viui
officio. apđ altare ſtās pane paſt⁹
viuifico anno etatis ſue cēteſimo
duodecio. fine laudabil migrās
a mūdo. ſctām reddidit aīam deo.
choro aſtāte angelico coronandaꝫ
a xp̄o. in regno gaudij celeſt eīno
Corpis aūt illi⁹ materiā. oībus a-
romatū ſpēb⁹ ꝯditā. terci⁹ adhuc i
carne viuēs. cū ſacri officij mini/
ſtris. poris baiulauit ad tumbam
Cū igit is in ſepulcro foret locan/
dus. prim⁹ antea ibideꝫ impoſit⁹.
viuēs in vna pte monumīti ſe col/
locās. locū dedit ſocio. vidēte ꝛ am
mirāte aſtantiū pplo. Tu aūt. ℟.

Magi vene. cū v. et Glīa pri. vtſ.
¶ In. ij. noct. An. Ois ter. cū ceter.
añ. ps. v. ꝛ ℟. vtſ. notat infra octa.
Tercius aūt vicꝫ Jaſ ¶ Le. iiij.
par eterni ſecur⁹ ſpe pmij. ſe
xto die apparitiōis dñice. id eſt ter/
cio ydus Januarij. ſumpto celeſt
myſterij ſacramīto. in mēſa dñi ex
ercituū celebrato. grās agēs oīm
creatori regi ꝛ dño. anno etat ſue
cēteſimo nono. in man⁹ ſctōꝝ an/
geloꝝ. felici exitu tradidit ſpm̄. cū
ſocijs a dño coronandū. in glīa ce/
leſtiū. Tu. (℟. Interrogabat. vtſ
Pōtifices q̄ puincie q̄ cō/ ¶ Le. v
uenerāt ad ſacrā dñi veneratiōeꝫ.
cū ſacerdotib⁹ ꝛ ceteris eccl̄iaꝝ mi
niſtris. hūc balſamo ꝛ oī aromate
ꝯditū. ad tumulū detulerūt. ꝛ cuꝫ
reuerētia ꝛ honore ei⁹ exeq̇as cele
brantes. q̄ pte ſepulcri. duob⁹ hūc
apponerēt. intra ſe pit̄er tractaue
rūt. Videtib⁹ aūt cunct ꝛ mirāti/
bus. vn⁹ duoꝝ monumēto pmit⁹
impoſitoꝝ. ad vnā pteꝫ monumē/
ti ſe poſuit ꝛ alter alterā pteꝫ tenu
it: ꝛ ſicuti viuētes dilectū ſociuꝫ ip
ſoꝝ. ſuſceperūt in mediuꝫ. Tu. ℟.
Saucta (Stella quā. vtſ. Le. vj.
itaqꝫ magoꝝ corpa diuia diſpenſa
tiōe in ſepulcro ꝯiuncta. cynamo
mū ꝛ balſamuꝫ ꝛ oīa genera aro/
matū. miri ſupant odoris flagrā/
tia. digne ꝛ laudabiliter a cūct fre
q̄ntata. ꝛ p tāta glīa cū oīmi reue/
rētia venerata. Fideles p⁹ moduꝫ
orīētis. religione diuia creſcente.
diē illuꝫ vicꝫ vndecimū iniciantis
Januarij. quo i monumīto ſancti
magi diuinit⁹ ſunt ꝯiuncti. ſtatue
runt annis ſingulis ad laudē dei.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in eoꝝ memoriā a cūctis ſolēniter
celebrari. ⁊ h̄ in poſteꝝ inuiolabi/
liter obſeruari. Tu autē. ℟. Tria
ſūt mūera. cū. v. et Glā vts̄. cxvij.
¶ In. iij. noct. añ. Hō nat᷒. cū ceteř.
añ. p̄s. ⁊ v. vts̄. Omel'. Vidit iohes
ih̄m vt ſequiř. Si fuerit dn̄ica tunc
omel'. dn̄ical' vīz. Cū fact᷒ eſſet ih̄s.
cū ſuis attinētijs poſticipabit in cra
ſtinū obit᷒ tercij regis. Scd̄m Joh:
In il. tē. Vidit iohes ie (ca. pri.
ſum veniētē ad ſe. ⁊ ait. Ec/
ce agn᷒ dei: ecce q̄ tollit pctā mun/
di: Et rel'. Omel'. vene. bed. p̄ſ.
Iohānes baptiſta ⁊ p̄curſor
dn̄i ſaluatoris quē diu ventuꝝ po
pul' verbo p̄dicauerat: ip̄m iā ve/
nientē ad ſe. mox digito demōſtra
uit dicēs. Ecce agn᷒ dei: ecce q̄ tol/
lit pctā mūdi: Ecce agn᷒ dei ecce i/
nocēs et ab om̄i pctō immunis: q̄
nullam de carne peccatrice traxit
maculā culpe: Ecce qui tollit pctā
mūdi: ecce q̄ iuſt᷒ inter pctōres. mi
tis inř impios. h̄ eſt q̄ſi agn᷒ inter
lupos apparēs: etiā pctōres ⁊ im/
pios iuſtificādi h̄z p̄tātem. Tu. ℟.
Dies ſctificat᷒. vts̄ ¶ Le. viij.
Quō aūt pctā mūdi tollat. q̄ o2die
iuſtificet ipios: petr᷒ apl̄us oñdit
q̄ ait. Nō corruptibili argento vel
auro redēpti eſtis de vana vr̄a cō
uerſatiōe p̄rne traditiōis: ſed pre/
cioſo ſanguīe q̄ſi agni incōtamīa/
ti ⁊ immaculati ih̄u xp̄i. Et in apo
calipſi iohes apl̄s. Qui dilexit nos
inq̄t: ⁊ lauit nos a pctis nr̄is i ſan
guine ſuo. Tu. ℟. Vidētes ſtellā.
Nō ſolū aūt la (vts̄. cxviij. Le. ix
uit nos a pctis nr̄is i ſanguīe ſuo:
q̄n ſanguinez ſuū dedit in cruce p

nobis. vel q̄n vnuſq̄ſq; nr̄m miſte
rio ſacroſctē paſſionis illius bap/
tiſmi aq̄ ablut᷒ eſt. veꝝ etiā q̄tidie
tollit peccata mundi. lauatq; nos
a peccatis noſtris quotidie in ſan
guine ſuo: cuz eiuſdē btē paſſiōis
ad altare memoria replicaf. cū pa
nis ⁊ vini creatura i ſacramentu;
carnis ⁊ ſanguinis eiuſ ineffabili
ſpūs ſctificatiōe trāſferť. Tu. ℟.
In colūbe ſpē. vts̄. ¶ Ad laud. añ.
Apertis theſaur᷒. tm̄. Cap. Surge il
lumiare. v. Oēs de ſaba. vts̄. Su
per bn̄d. Añ. Vidim᷒ ſtellā eius in
oriente ⁊ venim᷒ cū munerib᷒ ad/
orare eū. Coll'. De᷒ q̄ hod. vts̄. nul/
la ſuffra. etiā ſi fuerit dn̄ica. ¶ Ad pri
mā ⁊ ad ceteř. hos p̄ oīa vts̄. Infra
octa. notaf. In. ij. vs̄. añ. Tecu; p̄n.
cū cete. añ. ⁊ p̄s. vts̄. nati. Cete. omīa
vts̄. in. ij. vs̄. eph. ſine ſuffra. etiaz ſi
fuerit dn̄ica. Compl'. vts̄.

## Septima die p᷒ feſtuz

eph. hoc eſt. xij. menſ Januarij. Ad
maf. niſi fuerit dn̄ica Inuit. vts̄. in
noct. añ. p̄s. v. ⁊ ℟. vts̄. infra octa. d
Poſt obitū (iij. noct. ¶ Le. pri.
vero venerabilez: ſancti ma
gi a cunctis oriētalib᷒ honore ma
gno ſunt habiti. ⁊ nō ſicut mortui
ſed vt dormiētes in tūba iacebāt:
regio dyademate decorati. Locus
aūt ſepulture ipoꝝ in tanta vene
ratione habebaf ab oībus: vt nul
lus infidelis. iude᷒ ſeu cultor ydo/
loꝝ ſeu etiā criminoſus. vel aliq̄s
pōpa ſclī predit᷒: illuc ingredi eēt
auſus. ¶ Vniuerſi vō cū fide ⁊ de/
uotionis inſtantia ad eoꝝ memo/
riā accedētes: ex mira boni odoris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fraglãtia leti ſalui fiũt ⁊ ſoſpites.
Non erat infirmitas que non re/
ciperet ibidem ſalutis medelam:
quoniam hij ſancti cunctis proue
nerunt ad ſalutem et gratiam: ſi/
cut om̄ibus fidem primi contule/
runt diuinam. Tu aũt.
Surdi ibidẽ per eos receperunt
auditum. ceci viſum. muti loque/
lam. claudi greſſum. Etiam para
litici ſanctorum magoruꝫ meritis
a paraliſi recepto remedio cura/
bantur. leproſi a lepre macula cu
rabantur: obſeſſi a demonibus li
beri letabantur. ¶ Multi v̄o mor
tui ⁊ in aquis ſubmerſi ad eorum
venerationem delati. fideliũ ora/
tiõe vite per ipſos ſunt p̄ſtine red/
diti. Nõnulli carcerati. vincti. ſeu
in mari. ſeu in terra periclitanteſ
eoſqꝫ inuocantes. ab om̄i ſunt di/
ſcrimine liberati Tu aũt.
In omni autem loco ⁊ in om̄i na/
tione vbi hij ſancti magi a fideli/
bus cum fide ⁊ ſpe ad ſalutis gra-
tiam inuocantur: rege altiſſimo
largiẽte. virtutes ⁊ mirabilia mi
rabiliter operantur: ⁊ per eorum
meritum varijs tribulationibus
contriſtatis. diuerſa conſolatiõis
beneficia miniſtrantur. ¶ Deſide
rẽt ergo om̄s xp̄icole hos ſanctos
magos ſue fidei p̄micias. diuinis
ſeruicijs honorare: ⁊ diem ſolẽni/
tatis ipſorum tertio ydus Janua
rij ſingulis annis ſolenniter obſ̄/
uare. Sancti igitur magi pro no/
bis ad dominũ intercedant. ⁊ ſuis
meritis ⁊ precibus vitam nob̄ ob
tineant. qd̄ ipſe deus trinus ⁊ vn⁹
ſua pietate concedat. qui per om/
nia ſeculorũ ſecula viuit ⁊ regnat
Amen. Tu autem. Ad laudes. Añ.
Stella iſta. Cap̄m. Omnes de ſa/
ba. cum v̄. et coll'. vt ſupra. Sup be/
ned̄. Añ. Baptizatur chriſt⁹ ⁊ ſan/
ctificatur omnis mundus tribu/
ens eis remiſſionem peccatorum
aqua ⁊ ſpiritu omnes purificans
Suffra. de domina. Germinauit.
Cete. vt ſupra infra octa.

## Dn̄ica infra octa. epi
phanie ſi de eadem fuerit ſeruanduꝫ
Ad primas veſpas añ. Tecum p̄n.
cum cete. añ. et p̄s. vt̄s. nati. hymn⁹
Ibant magi. Cap̄m. Surge illuĩa
re. v̄. Reges tharſis. Super magt
ſumitur añ. de die. vt̄s. in quã prime
vs̄. dñice cadunt. Coll'a. Deus qui
hodier. Suffra. Rubum quẽ vid̄.
cum v̄. et coll'a vt̄s. de domina. Con
pleto. vt ſup̄ infra octa. Si tamẽ do
minica ceciderit in craſtinum ep̄hie.
aut in craſtinum obitus tercij regis.
tũc nõ habꝫ primas veſpas neqꝫ ſuf
fra. ¶ Ad matuti. Inuit̄. Chriſt⁹ ap
paruit. cum añ. p̄s. v̄. et R̄. in trib⁹
noct̄. vt̄s. infra octa. habetur. Lcõ/
nes legũtur vt̄s. de die in quã domi/
nica cadit. que diuidãtur in ſex lcões
In. iij. noct̄. leguntur tm̄ tres lectio/
nes de euãgel'. Cum factus eſſet ie/
ſus. vt infra. Et nota ſi ep̄h. dñi ve/
nerit in dominicã tunc ne confunda/
tur ſententia hyſtorie trium reguꝫ vt
ſup̄ trãſſfertur omel'. domĩcalis ſalꝫ.
Cum factus. in ſequẽ. diem poſt obi
tum tercij regis vt ſup̄ dictum eſt. et
ibi legentur tãtuꝫ tres lectio. de eadeꝫ
cum Inui. añ. p̄s. R̄. ⁊c̄. de tercio no
cturno feſti vt̄s. in illa die ſigtur. Ce

tera prout dominica infra docet.
I ¶ Scd̃m Lucam. cap. ij.
In illo tempore. Cum factus
eſſet ieſus annorũ duodecim aſcẽ/
dentibus illis hieroſolymã ſcd̃m
conſuetudinem diei feſti. cõſuma
tiſqꝫ diebus vt redirẽt. remãſit pu
er ieſus in hieruſalẽ ⁊ non cogno
uerunt parẽtes eius. Et reliqua.
Omel. venera. Bede pſby. de eadem
Aperta eſt nobis frates cariſ
ſimi ſancti euãgelij lectio re
citata: neqꝫ opus eſt vt in ea quid
exponendo loquamur. Deſcribit
namqꝫ infantiam pueritiãqꝫ no/
ſtri redemptoris qua noſtre parti
ceps humanitatꝭ dignatus eſt fie
ri. Commemorat eternitatem di
uine maieſtatis: in qua patri mã
ſit ac manet ſemper eq̃lis: vt vide
licet incarnationis eius humilita
tem ad memoriam reuocatam: ⁊
ipſi contra omnia vulnera pecca
torum medicamentũ vere humi/
litatis curemus exercere. Tu aũt.
Speremus nos p ¶ Lectio. viij.
humilitatis domini ſaluatoris ſa
cramenta ad videndum diuinita
tis ſpeciem poſſe aſcendere: ſi ta/
men eadem ſacramenta digno iu
ſticie ⁊ ſanctitatis et veritatis ho/
nore vt accepimus illibata ſerua/
mus: ſi hũane cõuerſatiõis eiꝰ ex
empla humiliter ſequamur. Nã
qui humilitatis eius veſtigia ſeq̃
dedignatur: qua temeritate ſpe/
rat ad intuẽda claritatis eius poſ
ſe gaudia penetrare? Tu autem.
Sequamur iter hu ¶ Lectio. ix.
mane cõuerſationis eius: ſi diui/
nitatis gloriaꝫ delectamur intue/
ri: habitare ſi optamus in domo
eius eterna: in celis omnibus die
bus vite noſtre. ſi libeat videre vo
luntateꝫ domini: ⁊ protegi a tem/
plo ſancto eius. Et ne vlla ineter/
num malorum aura pulſemur:
meminerimꝰ preſentis eccleſie do
mum: neceſſarijs precuꝫ munda/
rum freq̃ntare muneribus Tu.
Te deum dicitur. Añ. laud. v. Om
nes gentes. Ad laudes añ. Apertis
theſauris. Vel. Stella iſta. quã or
do tangit. Capm. Surge illumina
re. et non cap. dominicale. v. Om̃es
de ſaba ve. Super bened. añ. vt ſu/
pra de die in quem cadit dom̃ica. cuꝫ
Colľa. Deus qui hodierna. Sein/
de ſuffra. de dominica ſq. Reman
ſit puer ieſus in hieruſalem ⁊ nõ
cognouerunt eum parentes eiuſ
eſtimãtes illuꝫ eſſe in comitatu re
quirebant eum inter cognatos et
notos. v. Domine refugiũ factus
es nobis. A generatione et proge/
nie. Oremus. Collecta.
Vota queſumus domĩe ſup/
plicantis populi celeſti pietati p/
ſequere: vt ⁊ que agenda ſunt vi/
deant. ⁊ adimplẽda que viderint
conualeſcant. Per. Suffra. de do/
mina. Germinauit. Et non plus.
Ad primã et ad ceter. horas per om̃ia
vt ſupra infra octauas. ¶ In. ij. vs.
Añ. Tecum principium. cum cete.
añ. tps. vt ſupra. Hymnꝰ. Ibant
magi. Capm. Surge illuminare.
v. Reges tharſis. Super mag̃t añ
de die in quem cadit dominica cũ Col
lecta Deus qui hodierna. Seinde
Suffra. de dominica. ſq. Fili quid
feciſti nobis ſic. ego et pater tuus

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dolentes querebamus te ⁊ quid ē
quod me querebatis neſciebatis
qꝛ i his que patris mei ſunt opor/
tet me eſſe. ℣. Dirigatur domine
oꝛatio mea ſicut incenſum in con/
ſpectu tuo. Eleuatio manuū mea
rum ſacrificium veſpertinū. Col/
lecta. Vota qm̄s vt ſup̄. Deinde ſuf
fra. de domīa. Rubum quē. Et nō
plus Compl'. vtſ̄. infra. oct̄. ¶ No/
ta ſi dominica venerit in pꝛofeſto obi
tus tercij regis aut in pꝛofeſto octa.
ephie tunc non habꝫ. ij. vſ̄. ſed tantū
ſuffra. ſcꝫ. Fili quid. cū ſuo. ℣. et coll'.
vtſ̄. et non plus. Sequens cap̄. eſt
de dominica infra octa. ephie ſed in
maioꝛi eccl'ia Coloñ. non ſeruatur.

Obſecro vos per mi. Capm.
ſericoꝛdiaꝫ dei. vt exhibeatis
coꝛpoꝛa veſtra hoſtiā viuentē ſan
ctam deo placentem: rationabile
obſequium veſtruꝫ. Deo gratias.

## In octa. epy. ſemidu.

ad pri. vſ̄. añ. O admirabile. cuꝫ ce/
te. añ. et pſ̄. vt ſupꝛa. in. ij. veſpꝛis cir
cūciſionis. cvj. Cap̄. Surge illuīa/
re. Deinde ꝑm chorū maioꝛis eccleſie
cātatur ℟. Tria ſunt munera. qđ
canit̄ ꝓpter tripudiuꝫ quod fit hac
nocte in eadem eccleſia. ſed alij ad hoc
non tenentur niſi quis voluerit. Hȳ
nus. Ibant magi. ℣. Reges tharſ̄
Super magt. Añ. Fontes aqua/
rum ſanctificati ſunt chꝛiſto appa
rente in gloꝛia oꝛbis terrarū hau
rite aquas đ fontibus ſaluatoꝛis
ſanctificauit enim nūc omnē crea
turam chꝛiſtus deus noſter.
Deus cuius vnigenit⁹ ⅃ Coll'.
in ſubſtantia noſtre carnis appa/
ruit: pꝛeſta queſumus: vt per euꝫ
quem ſimilem nobis foꝛis agno/
uimus. intus refoꝛmari merea/
mur. Qui tecum. Suff. de domīa
hic non dicitur. Si hodie de domini
ca fuerit ſeruatuꝫ tūc dicatur hic ſuf/
fra. de eadem vt ſupꝛa. Et non plus
Compl'. vtſ̄. infra octa. excepta col/
lecta que erit. Deus cuius vnigeni
tus. ¶ Ad mat. Inuit. Chꝛiſtus ap
paruit. cū añ. pſ. ℣. ⁊. ℟. ꝑ oīa vtſ̄
in trib⁹ noct̄. infra. oct̄. hēt.

Hodiernā feſtiui ¶ Le. pri.
tatē dilectiſſimi. apparitō
dn̄i ac ſaluatoꝝ noſtri ſicut noſtis
illuſtrat: ⁊ hec eſt ille dies. quo ad
cognoſcendum adoꝛandūqꝫ dei fi
lium tres magos pꝛeuia ſtella ꝑ/
duxit. Cuius facti memoꝛiā meri/
to placuit honoꝛe annuo celebꝛa/
ri: vt dum euangelica hyſtoꝛia in
ceſſabiliter recenſetur. ſemper ſe
intelligentiū ſenſibus inferat ſa/
lutiferuꝫ miſterium ꝑ inſigne mi
raculum. Tu aūt ⅃ ℟. Omnes de
ſaba venient aurū ⁊ thus deferē/
tes ⁊ laudem dn̄o annunciantes.
All'a all'a all'a. ℣⁹. Reges tharſis ⁊
inſule munera offerēt reges ara/
bum ⁊ ſaba dona adducent. All'a.

Receſſerant qui/ ¶ Lectio. ij.
Pdeꝫ multa documenta q̄ coꝛ/
poꝛeam natiuitatē domini mani
feſtis indicijs declararent: ſiue cū
beata virgo maria fecundā ſe ſpi
ritu ſancto pariturāqꝫ dei filiū au
diuit ⁊ credidit: ſiue cuꝫ ad ſaluta/
tionem ipſius in vtero eliſabeth
nōdum natus iohannes ꝓphetica
exultatōne cōmotus eſt. quaſi eti/
am inter matris viſcera iam cla/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

maret:ecce agnus dei.ecce q̇ tollit
pctā mundi.Tu aūt.℞.Illumia
re illumiare hierlm venit lux tua
Et glia dn̄i ſuper te orta eſt.℣.Et
ambulabūt gētes in lumine tuo
⁊ reges in ſplendore ortus tui.Et
Hoc aūt ſignū quod ¶Le.iij.
magos in lōginquo poſitos
⁊ efficaciter mouit ⁊ perſeueran/
ter ad dominū ieſum attraxit:illi
us ſine dubio grē ſacramētū.⁊ illi
us fuit vocationis exordiū:quia
non in iudea tm̄.ſed etiam in toto
mūdo chriſti erat euangeliū predi
candum:vt per illam ſtellam que
magorū viſui ſplenduit.iſraelita
rum vero oculis non refulſit.⁊ il/
luminatio ſignificata ſit gentiū.
⁊ cecitas iudeoꝝ.Tu aūt.℞.Ma/
gi venernut ab oriente.vtſ̄.xvj.
Permanet ergo di ¶Le.iiij.
lectiſſimi ſicut euidenter ap
paret miſticorum forma geſtorū
⁊ quod imagine inchoabitur.ve/
ritate completur.Irradiat e celo
ſtella per gratiā:⁊ tres magi cho
ruſcatōne euāgelici fulgoris acti
ci.in oīmibus quotidie natōnibus
ad adorandā potentiā ſummi re
gis accurrunt.Tu aūt.℞.Inter
rogabat magos herodes quod ſi/
gnū vidiſſent ſuper natum regē
ſtellam magnam fulgentem cui⁹
ſplendor illuminat mundum.Et
nos cognouimus ⁊ venimus ad/
orare eum.℣.Vidimus enim ſtel
lam eius in oriente.Et.¶Lecti.v.
Herodes quoqꝫ in diabolo fre
mit:⁊ auferri ſibi iniquitatꝭ
ſue regnum in his qui ad chriſtū
tranſeunt ingemiſcit:vnde ſi par
uulos interficiet.ieſum ſibi vide
tur occidere.Quod vtiqꝫ ſine ceſ/
ſatione molitur:dū ꝑmordijs re/
natorum ſpiritūſanctum eripere
⁊ quandā ſibi tenere fidei infanti
am temptat extinguere.Tu autē
℞.Stella quam viderant magi
in oriente antecedebat eos donec
venirent ad locum vbi puer erat
videntes autē eam.Gauiſi ſunt
gaudio magno.℣.Et intrātes do
mū inuenerūt puerū cum maria
matre eius ⁊ procidentes adora/
Iudei (uerūt eū.Ga.¶Le.vj.
vero qui extra regnum chri/
ſti eſſe voluerūt.adhuc quodāmo
do ſb̄ herodis ſūt principatu:⁊ do
minātē ſibi ſaluatoris inimico ali
enigene ſuiūt poteſtati:q̄ſi neſci/
entes ꝓphatū dicēte iacob.Nō de
ficiet princeps ex iuda.⁊ dux de fe/
more ei⁹:donec veniat cui repoſi/
ta ſunt.⁊ ipſe erit expectatio gen/
tiū.Tn autē.℞.Tria ſunt mune.
vtſ̄.xvij.Omel.vt infra.¶No/
ta ſi octa.eph̄.venerit in dn̄icā tunc
omel.dn̄ica.ſ.Nuptie facte ſunt.cū
ſuis attinētijs transfertur in feriā.iij.p
xime ſequētē.Et legatur tm̄ hic ſequēs
Omel.¶Scd̄m Matth.ca.iij.
In il.tē.Venit ieſus a galilea
in iordanē ad iohē:vt baptizaretur
ab eo.Et re.Oml.vene.be.pſ.
Venit fili⁹ dei baptizari ab ho
mie:nō anxia neceſſitate abluēdi
aliqd̄ facin⁹ alicui⁹ ſui pctī:q̄ pec/
catū non fecit vllum:nec inuent⁹
eſt dolus in ore eius:ſed pia diſpē
ſatione abluendi omnis noſtri cō
tagionē peccati qui in multis of/
fendimus oēs.Et ſi dixerimus

quia peccatum non habem⁹: nos/
ipſos ſeducimus: et veritas in no
bis non eſt. Tu autē. ℞. Dies ſan
Venit (ctificatus. ¶ Lectio. viij.
baptizari in aquis ipſarum cōdi/
tor aquar: vt nobis qui in iniqui/
tatibus cōcepti. ⁊ in delictis ſum⁹
generati. ſcđe natiuitatis que per
aquā ⁊ ſpiritum celebratur ape/
tendum inſinuaret myſteriū. Di/
gnatus ē lauari aquis iordanicis
qui erat mundus a ſordibus cun/
ctis: vt ad diluendas noſtrorū ſor
des ſcelerum. omniū fluenta ſan/
ctificaret aquarū. Tu autez. ℞.
Videntes ſtellam. xxviij. ¶ Le. ix.
Sed quia humilimā domini diſ/
penſationem ex lectione euange/
lica cognouimus: etiam ſerui hu
milimam obediētiam ſollicita in/
tentione videamus. Sequit. Jo/
hannes autez prohibebat eum di
cēs. Ego a te debeo baptizari. ⁊ tu
venis ad me? Expauit illum ad ſe
veniſſe vt baptizaretur aqua: cui
nulla inerat que baptiſmo terge/
retur culpa: imo qui per ſui grati
am ſpiritus cūctā credentib⁹ mū/
di tolleret culpā. Tu. ℞. In colum
be ſpecie. Te deum. dicitur vſq ad
lxx. exceptis tm̄ feriatis diebus quā
do noct. ſeruatur ⁊ feſtis non officia/
tis. Ad laud. v. Omēs gentes. vt
Veterē (ſupra. ¶ Ad laud. An.
hominē renouans ſaluator
venit ad baptiſmū vt naturam q̄
corrupta eſt p aquā recuparet in/
corruptibili veſte circūamictans
nos. ps. Dominus regna. cum ce/
ter. An. Te qui i ſpiritu ⁊ igne pu
rificas humana contagia deuz ac
redemptorem omēs glorificem⁹.
An. Baptiſta cōtremuit ⁊ nō au/
det tangere ſanctum dei verticez
ſed clamat cum tremore ſanctifi/
ca me ſaluator. An. Caput dra/
conis ſaluator contriuit in iorda/
ne flumine ab eius poteſtate om/
nes eripuit. An. Magnum myſte
rium declaratur hodie quia crea
tor omniuz i iordane expurgat no
ſtra facinora. Capm. Surge illu/
minare. v. Omnes de ſaba. Sup
bened. An. Precurſor iohānes ex/
ultat cuz iordane baptizato domi/
no facta eſt orbis terraruz exulta
tio facta eſt peccatorum noſtrorū
remiſſio ſanctificans aq̄s ipſi om
nes clamem⁹ miſerere nobis. Col
lec. Deus cui⁹ vnigeni. vts. Suf/
fra. de domina. Germinauit. Nō
plus. etiaz ſi fuerit dominica. Ad pri/
mā hym⁹. vts. in die ſancto. Super
ps. An. Tribus miraculis orna/
tum diem ſanctuz colimus hodie
ſtella magos duxit ad preſepium
hodie vinum ex aqua factū eſt ad
nuptias. hodie a iohanne xp̄s ba/
ptizari voluit. vt ſaluaret nos al/
leluya. Capm ⁊ coll. vts. in laud.
℞. Xp̄e fili. v. Qui ſedes ⁊c. vt ſup.
¶ Ad. iij. hym. vt in die. an. Veterez
hominem. Capm ⁊ colla. ad omes
hos. vts. in laud. ℞. v. vt in die.
¶ Ad. vj. hym. vt in die. An. Te q̄ in
ſpū. ¶ Ad. ix. hym. vt i die. an. Ma
gnū myſterium.

## In ſcđis veſperis an̄.

Tecum principium. cuz ceter. an̄. ⁊
ps. vts nati. Hymnus. Ibāt magi
Capm. Surge illuminare. v. Re/

ges tharſis. Suꝑ mḡt Añ. **Ordi/nes angelorum videntes inuiſibilem venientem in aquis timore ꝑterriti cogitabant quomõ immu/tabilis deus formaꝫ ſerui ſuſcepit ⁊ apparens munduꝫ illuminauit benedictus es deus iſrael.** Colľa. **Deus cuiꝰ vnigenitũ.** vtš. Seiñ. ſuffra. de Domina. **Rubum quem vide.** Et non plus. etiam ſi hodie fu erit dominica. Si vero octa. epħ. fu erit conſumata in ſabbato tunc diceť poſt Colľa **Deus cuius.** ſuffrag. de ſancto Felice ſcꝫ. **Iſte homo.** ꝟ. **Amauit.** Colľa. de ſancto. Deinde de do/minica añ. **Deus charitas eſt.** Re/quire infra. cxviiij. ꝟ. **Veſptina oratio.** Colľa. **Vota queſumus.** vtš. Poſt hec ſuffra. de Domina vt ſuꝑ. ⁊ non plus. ¶Ad compľ. vſqꝫ ad. xl. exceptis excipiendis. Hym. **Te luc̃** vel ſi fuerit ſabba. **Chriſte qui lux.** Capm. **Pacem ⁊ veritatem.** cuꝫ ce/te. vt in pſalterio loco ſuo habetur. ¶Notandum ꝙ ab octa. ephie vſqꝫ ad. lxx. quãdo noct̃. ſeruatur taꝫ do/minicis q̃ꝫ feriat̃ diebus legenť eplẽ pauli. cxxvj. ⁊ cãtabiť hyſtoria **Do/mine ne in ira** vt. ĩ. Cete. vt in pſaľ. ¶Notandum etiam ꝙ ab octa. epy. vſqꝫ ad feſtum paſce nõ dicũtur ſuf/fra. de ſancta Cruce. vtš. dictum eſt.

## Hec ſuffra. que ſequũ

tur dicuntur de Domina noſtra do/minicis et feriatis ac feſtiuis diebus exceptis matuti. et. ij. vš. feſtorũ du/plicium. vſqꝫ ad feſtum purificatio/nis. Ad matutĩ. **Germinauit.** cum ꝟ. et colľ. vtš. cxj. Ad vš **Rubũ quẽ vide.** ꝟ. et colľ. vt ſuꝑ. Deinde dicũ/tur ſuffra. de ſancto Petro. de regibꝰ pro pace et de ſanctis vtš in ſuffragi. cõmunibus que ſolent dici poſt feſtũ trinita. Poſt feſtum vero purificati/onis relictis ſuffra. ſuꝑdictis de Do/mina. dicũtur alia ſuffra. de Domi/na conſueta que ſolent legi poſt trini/ta. cum cete. ſuffrag. conſue. preter de ſancta Cruce que dicũtur vſqꝫ ad di/em cinerum excluſiue. ¶Notãdum etiam ꝙ ab octa. ephie quando noct̃. ſeruatur feriat̃ diebus vſqꝫ ad. lxx. dicũtur Inuiť. ꝑs. añ. ꝟ. laudꝰ. hym. caꝑ. et añ. ſuper benedꝰ. et cete. hoꝛ̃. et ad vš. per om̃ia vt i pſalterio ſigna/tur cum Colľa de dominica. ¶Nota etiam ꝙ predicto tempore vſqꝫ ad di/em cinerum ſeruabitur de Patronis ⁊c̃. vt in loco ſuo notať. ¶Nota etiã ꝙ a predicto tempe vſqꝫ ad diem cine/rum om̃ia feſta ſanctorum ſeruãtur vbicũqꝫ venerint per omnia vt poſt octa. ſacramenti exceptis dominicis lxx. et. xl. ⁊c̃. vt infra in. lxx. dicetur ¶Nota ꝙ feſta. ix. lectio. ſiue fuerint celebria ſiue non cadentia in ſabbato habent. ij. veſpas cum ſuffrag. de do/minica vſqꝫ ad quadrageſimã. Si/militer eadem habent primas veſpe/ras ſi in ſcḋam feriam ceciderint cuꝫ ſuffra. de dominica. etiam vſqꝫ ad q̃/drageſimã. ¶Notandum ꝙ hec añ. ſequentes cantande ſeu legende ſunt ſm ordinem ferialibus noctibus qñ noctur. ſeruatur ad veſpas ſuꝑ mḡt tm̃. ab octa. ephie vſqꝫ ad. lxx. Et re/petuntur totiens quotiens opus fue/rit ⁊ non dicuntur pro ſuffra. niſi tm̃ in ſabbato ſi tũc veſpe de ſanctis can/tãtur. tunc ſuffragabitur vna earuꝫ que in ordine cadit. ¶Añ. prima.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

DEus caritas eſt ꝛ q̇ manet in
caritate in d̄o manet ꝛ d̄s in
eo An̄. Frēs exiſtio em̄ q᷑ nō ſunt
ꝯdigne paſſiones hui⁹ t̄pis ad fu/
turā gl̄iam q̄ reuelabit̄ in nob̄ all'.
An̄. Frēs nolite eē prudētes apd̄
voſmetipſos nulli malum ꝓ malo
reddētes ꝓuidētes bona nō tm̄ co
rā deo ſed etiā corā om̄ib⁹ hoīb9
all'a. An̄. Frēs ꝯfortamini in gr̄a
dei q̄ eſt in xp̄o ieſu dn̄o nr̄o all'a.
An̄. Frēs ꝑfecti eſtote pacē hēte
ꝛ d̄s dilectiōis ꝛ pacis ſit vobiſcū
all'a. An̄. Frēs gl̄ificate ꝛ portate
dn̄m i corꝑe vr̄o. An̄. Frēs ſit vo/
bis cor vnū ꝛ aīa vna. An̄. Conce/
de nob̄ dn̄e qm̄s delictoꝝ veniā et
eos q̄ nos ip̄ugnare moliūtur ex/
pugna. ⸤Sequunt̄ nūc R̄. d' hyſto.

DDomine ne in ira. R̄. primū
Omine ne ī ira tua arguas
me neqꝫ ī furore tuo corripias me
Miſerere mihi dn̄e qm̄ infirmus
ſum. V⁷. Timor ꝛ tremor venerūt
ſup me ꝛ ꝯtexerūt me tenebre ꝛ di
xi. Miſere. ⸤R̄. Deus q̄ ſedes ſup
thronū ꝛ iudicas eq̄tatē eſto refu
giū pauꝑ in tribulatiōe. Qa tu
ſolus laborē ꝛ dolorē ꝯſideras. V.
Tibi em̄ derelict⁹ eſt pauꝑ pupillo
tu eris adiutor. Qa. R̄. A dextris
eſt mihi dn̄s ne cōmouear. Propt̄
h̄ dilatatū eſt cor meū ꝛ exultauit
lingua mea. V⁷. Dn̄s ꝑs heredita
tis mee ꝛ calic⁹ mei tu es q̄ reſtitu/
es hereditatē meā mihi. Propter
Gl̄ia. Propter. ¶ R̄. Notas mi/
hi feciſti dn̄e vias vite adimplebiſ
me leticia cū vultu tuo. Delecta/
tiones in dextera tua vſqꝫ in finē.
V⁷. Conſerua me dn̄e qm̄ in te ſpe
raui dixi dn̄o deus me⁹ es tu. De
lecta. ⸤R̄. Diligam te dn̄e virtus
mea. Dn̄s firmamentū meū ꝛ re
fugium meū. V⁷. Laudās inuoca/
bo dn̄m et ab inimicis meis ſalu⁹
ero. Dn̄s. R̄. Dn̄i eſt terra ꝛ ple/
nitudo ei⁹ Orbis terraꝝ ꝛ vniuer
ſi qui habitāt in eo. V⁷. Ipſe ſuper
maria fundauit eū ꝛ ſuꝑ flumia
preparauit eū Orbis. Gl̄ia. Orb.
¶ R̄. Ad te dn̄e leuaui aīam meā
De⁹ meus in te ꝯfido non erube/
ſcam. V⁷. Neqꝫ irrideant me inimi
ci mei etem̄ vniuerſi q̄ ſuſtinēt te.
non confundentur. De⁹. R̄. Au/
diam domine vocē laudis tue. Vt
enarrem vniuerſa mirabilia tua
V⁷. Dn̄e dilexi decorem dom⁹ tue
ꝛ locū habitationis glorie tue. Vt
R̄. Fiat manus tua vt ſaluū me
faciat q᷑ mādata tua elegi. Concu
piui ſalutare tuū dn̄e. V⁷. Erraui
ſicut ouis q̄ perierat reqre ſeruū
tuū dn̄e q᷑ mandata tua non ſum
oblitus. Concu. Gl̄ia. Cōcu. Dein
de repetunt̄ predicta R̄. toties quoti/
ens opus fuerit.

## Sabbato primo poſt

octa. epyph. ad vſ̄. an̄. Benedictus
cū cete. ps. et an̄. vt in pſal'. ſine hym.
Nota q᷑ ſm̄ eccl'. colon̄. ab octa. ephie
vſqꝫ ad. xl. ad pri. vſ̄. dn̄ice diei tm̄. n̄
d̄r hym. niſi ſit feſtū alicuius ſancti d̄
quo tūc dicetur hym. Capm. Bene
dictus deus. cum V. vt in pſal'. Su
per magt an̄. vna ex an̄. Deus cha
ritas eſt. vtſ̄. quā tāgit ordo. Coll'.
Vota q̄s dn̄e. vtſ̄. in dn̄ica. Deind̄
ſuffra. ꝛc. vtſ̄. ¶ Ad cōpl'. Cōuerte.
nos ꝛc. hȳ. Xp̄e qui lux. cum cete. vt

in pſalterio loco ſuo habetur ⁊c̃.

## Dñica prima pꝰ octa.

epħ. Ad mat. Innita. Adoremꝰ do/
minũ. cũ añ. Seruite dño. ⁊ cete. añ
p̄s. v. et laud. Indutꝰ eſt. vt in pſal.
que dicunt̄ vſq̧ ad. lxx. Lcões ſex d̾
eplis pauli q̃s tãgit ordo vt infra pꝰ
euãg. cxxvj. cũ R. de hyſto. Dñe ne
ĩ ira vts̃. q̃ a principio reincipient̄ ſp
dñic̨ die. vſq̧ ad. lxx. ñ obſtãte ſi ali/
q̃ R. ĩſta hebd̾. relicta fuerĩt de eadẽ.
Si tñ in dñica fuerit aliqd̾ feſtũ ſer/
uatũ tũc ſi aliq̃ R. ĩ anteceděte hebd̾.
fuerint relicta. illa dicent̄ in feria ſe/
quẽti nocturnali. ⁊ tũc ſi opus fuerit
reincipiet̄ hyſtoria. ¶ Nota ſi octa.
epy. venerit in dñica tũc ſeq̃ns omel.
legit̄ in octa. vts̃. dictũ eſt. ⁊ hic legat̄
omel. de dñica. ij. et ſic cõſeq̃nter. Se
Nil. tẽ. (cundũ Johem. ca. ij.
Nuptie facte ſunt ĩ chana ga
lilee: ⁊ erat mat̄ ieſu ibi. Et reliq̃.
Ominꝰ Omel. vene. bede p̄ſ.
Dñr atq̧ ſaluator nõ caſu ſed
certi gr̃a myſterij venit ad nupti/
as: in terra more carnali celebra/
tas. q̇ ad copulãdũ ſibi ſpũali amo
re eccliã de celo deſcẽdit ad terrã.
Cuiꝰ q̇dẽ thalamꝰ incorrupte ge/
nitricis vterꝰ fuit: in q̃ deꝰ hũane
nature ↄiunctꝰ eſt. ⁊ ex q̇ ad ſocian
dũ ſibi eccliã tanq̃ ſponſus ꝓceſ/
Primꝰ nup (ſit. Tu aũt. Le. viij.
tiaꝝ locꝰ iudea extitit: in q̃ filiꝰ dei
hõ fieri. ⁊ eccliã ſui corꝑis partici
patione cõſecrare. ⁊ ſui ſpũs pig/
nore in fide ↄfirmare dignatꝰ eſt.
Sed vocatis ad fidẽ gentibꝰ: vſq̧
ad fines orbis terre earũdẽ nupti
arũ votiua gaudia ꝑuenerũt. Nec
vacat a myſterio. q̧ die tercia po/
ſtea q̃ ſupior euãgelij ſmo deſcri/
pſerat: nuptie facte referunt̄: ſed
tercio tpe ſcl̃i dñm ad optandã ſi/
bi eccliã veniſſe deſignat. Tu ãt.
Diſcũbente aũt ad nuptias dño
vinũ defecit: vt vino meliore ꝑ ip/
ſũ mirabili ordĩe facto. mãifeſta/
ret̄ gl̃ia latentis in hoĩe dei: ⁊ cre/
dentiũ in eũ fides aucta ꝓficeret.
Qd̾ ſi miſteriũ q̃rimꝰ: apparẽte in
carne dño. merata illa legalis ſen
ſus ſuauitas: paulatim cepat ob
carnalẽ phariſeoꝝ interp̃tatõẽ a
priſca ſua v̾tute deficẽ. Tu. Te deũ
d̾ dñicis diebus ⁊ in feſtis. ix. lec. ⁊ in
feſtis officia. vſq̧ ad. lxx. Cap̄. Ro.
Habẽtes donatõnes ſm (xij.
grãã q̃ data eſt vob differẽtes
ſiue ꝓphetiã ſm rõnem fidei. ſiue
miſteriũ in miſtrando. ſiue q̇ doc̨
in doctrina. Deo. v. Dñe refugiũ.
Sup bñ. Añ. Nuptie facte ſunt ĩ
chana galilee ⁊ erat ibi ih̃s cũ ma
ria mr̃e eiꝰ. Oremꝰ. ¶ Coll̃a.
Omnĩps ſempiterne d̾s q̇ cele/
ſtia ſil ⁊ terrena moderaris ſuppli
catiões ꝑpl̃i tui clemẽter exaudi. ⁊
pacẽ tuã nr̃is ↄcede tp̄ibꝰ. P. Se/
inde ſuff. cõſue. Ad pri. ⁊ ad cete. hor̃.
ꝑ oĩa vts̃. pſal. docet. Ad. iij. vj. ⁊ ix.
cap̄. et coll. vts̃. in laud. R. ⁊c̃. etiam
vts̃. ĩ pſal. ¶ In. ij. vs̃. añ. Dixit do
mi. p̄s. Dixit. cũ cet̃. añ ⁊ p̄s hy̆. Lucꝫ
crea. vt in pſal. Cap̄. et coll̃a. vts̃. in
laud. v. Dirigat̄. Sup magt̃. Añ.
Deficiẽte vino iuſſit ieſus imple
re ydrias aq̃ que in vinũ ↄuerſa ẽ
all. Suff. cõſue. vts̃. Cõpl. vt ĩ pſal
dñicis ⁊ ferialibus noctibꝰ habetur.

## Feria. ij. qñ noct̃. ſer/

uatur vſq̧ ad dñicã palmarũ Inui

tato. Venite. Exultem⁹. pſ. Veni.
cũ añ. pſ. v. laud. hy. cap. v. ⁊ añ. ſu
per bñ. ⁊c. ꝑ oĩa vt in pſal. habetur.
Siliter in alijs ferijs faciendũ quã/
tũ ad Inuit. pſ. añ. laud. earundẽ fe
riarũ vt in pſal. Lcões R. ⁊c. vt bre
uiarius in locis ſuis docet.

## Nota ſi pauciores fue

rint dñice ꝗ̃ q̃ttuor aut nulla ab oct.
eph. vſqꝫ ad. lxx. tũc euãge. ſuꝑflua
que occurrũt añ. lxx. anticipãda ſũt
cũ ſuis attinẽtijs in hebd. añ. lxx. in
ferias magis vacãtes ſi fieri põt aut
nõ vacãtes ſm ordinẽ ita qd primũ ĩ
ordie ẽ etiã primo anticipabit. ⁊ ſcdꝫ.
ſcdo ordie ⁊ ſic cõſeq̃nter Et tũc ſi no/
ctur. ſeruat. dr ad mat. Cap. Empti
em̃ eſtis. cũ v. Repleti ſum⁹. Ceter.
vt in pſal. Et ſi de ſanctis canit tunc
in mat. ⁊ in ſeq̃ntib⁹ vſ. dicet ſuff. de
dñica cũ añ. v. ⁊ coll. vt in q̃libet dñi/
ca habet. Deĩn ſuffra. cõſue. Si vo
ſeq̃ntes vſ. ñ diceret de ſctõ ß de feria
tũc añ. ſuꝑ mgt erit de euange. dñica
li in mat. lcõ. cũ coll. dñicali. ⁊ non de
añ. De⁹ caritas ẽ. excepto ſabbõ añ
lxx. ⁊ h ſi de mãcĩ mat. fuerit lcã. ɔcl.
dñicalis tũc nõ dr ad vſ. añ. de euan
ge. ſuꝑ magt. aut ꝑ ſuff. ſi de ſctis ca/
nit ⁊c. Si vero plures fuerint dñice
ꝗ̃ q̃ttuor ab octa. eph. vſqꝫ ad. lxx.
tũc vlt. euange. ſcꝫ. Sile factũ eſt re
gnũ celo. cũ ſuis attinentijs repetit
totiẽs quotiẽs opus fuerit.

## Dñica.ij.poſt oct.epi

pha. Ad pri. vſ. añ. ⁊ pſ. ⁊c. vtſ. di/
ctũ eſt. Suꝑ mgt añ. vtſ. vna d añ
Deus caritas ẽ. Coll. Oĩps ſempi
ter. vtſ. Cõpl. vtſ. in ſab. Ad mat.
Inuit. ⁊c. vt i pſal. ſex lcões de eplis
pauli que vt infra huic dñice. ij. depu
tant. Siliter faciendũ in alijs dñicis
ſeq̃ntib⁹. R. vtſ. de hyſto. Dñe ne ĩ
Ira. ¶ Scdm Matth. ca. viij.
In il. tẽ. Cũ deſcendiſſet ihs de
mõte: ſecute ſunt eũ turbe multe.
Et ecce leproſus veniẽs: rogabat
eũ dicẽs. Dñe: ſi vis potes me mũ
dare. Et rel. Omel. lcõnis eiuſdem.
Deſcendẽte dño de mõte: h eſt
inclinãte ſe ad infirmitatẽ ⁊
impotẽtiã ceteroꝝ: miſert⁹ imꝑfe
ctiõi eoꝝ vel infirmitati. ſecute ſũt
eũ turbe mlte. aliq̃nti ꝓpter carita
tẽ: aliq̃nti ꝓpter doctrinã: aliq̃nti
ꝓpter ammiratõeꝫ ⁊ curatiõeꝫ. Et
ecce hõ leproſus vn⁹ ex illis: qui cu
rã q̃rebant q̇ leuamẽ deſiderabãt
Et ecce leproſus veniẽs adorabat
eũ dicẽs. Dñe: ſi vis potes me mũ
Deorſũ: dño d mõ (dare. Tu. viij
te ad curandũ deſcẽdente: ſicuti d
celo ſicuti d celeſtib⁹ mõtib⁹ ad ſal/
uãdos carnales deſcẽdẽte. Venit
g̊ ad eũ hõ leproſus adorãs eũ. An
teꝗ̃ peteret adorare cepit: anteꝗ̃
rogaret. culturã oñdit. Adorauit
aũt eũ. Pro h ipſo deũ ⁊ dñm ipm
inuocãs: adorabat eũ. Tu. ¶ L. ix.
Sicut ⁊ illi beati magi prius ꝓci
dentes adorauerũt eũ: ⁊ ita demũ
ei mũera obtulerũt. Eodẽ mõ ⁊ nũc
iſte cadẽs adorabat eũ. ⁊ ſic ſuppli
cẽ obtulit poſtulatõeꝫ. Dñe dicẽs.
tu q̇ digne adoraris. q̇ merito cole
ris. te ego vt dñm adoro. iõqꝫ ⁊ do/
minũ dico. Opa prius ꝯteſtans. ⁊
ſic verba loquẽs. P te em̃ oĩa fctã
ſunt. Tu g̊ dñe ſi vis potes me mũ
dare. Voluiſti vt h immũdiſſima
lepra ſuꝑ me veniret ſiue ꝓpẽ pec/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cata mea. vt correptꝰ penituiſſem ſiue ꝓpter tuā prudentiā: vt mirabiliter me mundās magnificeris
Tu aūt. ¶ Cap. Roma. xij.
Fratres Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos nulli malū pro malo reddētes ꝓuidētes bona nō tm̄ corā deo: ſed etiā corā oībus hominibꝰ. Deo. v. Dn̄e refu. Super bn̄. An̄. Cū aūt deſcēdiſſet ihūs de mōte ecce leproſus veniēs adorauit eum dicēs dn̄e ſi vis potes me mūdare ⁊ extendēs manū tetigit eū dicēs volo mūdare. Coll'.
Omnipotens ſempiterne deꝰ infirmitatē nr̄am ꝓpiciꝰ reſpice. atqꝫ ad ꝓtegendū nos dexterā tue maieſtatꝭ extēde. P. Ad hoꝰ. ⁊ ad vſ. vt in pſal'. Cap. ⁊ coll'. vtſ. in lau. Super mgt̄ An̄. Uade oſtēde te ſacerdoti ⁊ offer munꝰ tuū qđ precepit moyſes pro emūdatōne tua all'a.
¶ Nota ſi in aliqua feriarū ꝑ hebđ. nocť. ſeruať tūc dicet hec ſequēs an̄. ſuper bn̄. tm̄ illo die An̄. Dn̄e ſi tu vis potes me mūdare ⁊ ait ihūs volo mūdare. Coll'a. Oīps ſempiť. vtſ. Item ſi adhuc ſcl' infra hāc hebđ. nocťur. ſeruať tūc h̄ ſeqn̄s an̄. đ: ſuꝑ bn̄. An̄. Multi ab oriēte ⁊ occidēte venient ⁊ recūbēt cū abraā yſaac ⁊ iacob in regno celoꝝ all'a. Coll'. Oīps ſempi. vtſ. Suꝑ bn̄. ſi adhuc tertio infra. hebđ. hāc nocť. ſeruať An̄. Mirabanť oēs de hijs q̄ ꝓcedebāt de ore dei. Coll'. vtſ. ¶ Notandū ſi cōtingerit in aliq̄ fer. in q̄ nocť. cū ꝑ ſabꝰ teneť. variari aliq̄ omel'. dn̄ica. tūc cap̄. de illa dn̄ica nō variabiť. Sꝫ cap̄. Empti em̄ eſtis. ⁊. v. Repleti ſumꝰ. vt in pſal'. cū coll'. dn̄icali.

## Dn̄ica.iij.pꝰ octa.epi.

Ad pri. vſ. an̄ ⁊ pſ. ⁊c. vt i pſal'. Super mgt̄ an̄. vtſ. vna ex an̄. Deꝰ caritas. Coll'. Oīps ſempi. vtſ. Compl'. vtſ Ad mať. Inuiť. ⁊c. vt i pſal'. Sex lcōes de ep̄lis pauli. R. vtſ. in dn̄ica. ¶ Scđꝫ Matth. ca. viij.
In il. tē. Aſcendēte ihū in nauiculā: ſecuti ſunt eū diſcipli eiꝰ. Et ecce motꝰ magnꝰ factꝰ eſt in mari: ita vt nauicl'a opireť fluctibꝰ. Ipſo vō dormiebat: ⁊ acceſſerūt ⁊ ſuſcitauerūt eū dicētes. Dn̄e ſalua nos perimus. Et re. Omel'. lcō. eiuſ.
Cum em̄ dn̄s m'lta magna et mirāda on̄diſſet in terra tranſijt ad mare. vt ⁊ ibidē adhuc excellentiora opa demōſtraret: q̄tenꝰ terre mariſqꝫ dn̄m ſe cūctis on̄deret. Ingreſſus ergo in nauiculā fecit turbari mare: cōmouit vētos cōcitauit fluctꝰ. Cur h̄. Iđo vt diſcipulos ſuos mitteret in timorē: ⁊ ſuū auxiliū poſtularēt: ſuāqꝫ potētiā rogantibꝰ manifeſtaret Ipſe vero dormiebat. Tu autem. Lectio. viij
O res mirabilis ⁊ ſtupēda. Is q̄ nūq̄ obdormit. dormit. Is q̄ celū ⁊ terrā gubnat. dormit: Is q̄ nunq̄ dormit neqꝫ dormitat. ipſe dormire đr: Dormiebat quidē corpe: ſed vigilabat deitate. Dormiebat itaqꝫ corpe: vt ap̄los ſuſcitaret. et euigilare faceret mēte. Precipue aūt omēs nos ne vnq̄ aīo dormiamus. neue intellectu aut prudentia: ſed vigilare in oīni tpe. ⁊ iubilare domino ⁊ ſalutem ab eo poſtulare ſtudeamꝰ. Tu autem.
Accedētes diſcipli ſuſci. ¶ Lec. ix.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tabãt eũ dicentes. Dñe: ſalua nos
ꝑimus. Tanto fuerãt metu ꝯterri
ti. ⁊ pene aĩo alienati. vt irruerẽt
in eũ ⁊ nõ modeſte aut leniter ſug
gerent: ſed turbulẽter ſuſcitarẽt
eũ dicentes. Dñe. ſalua nos peri/
mus. O beati. o veraces dei diſci/
puli. dñm ſaluatorẽ vobiſcũ habe
tis: ⁊ ꝑiculum timetis? Vita vobi
ſcum eſt: ⁊ de morte ſolliciti eſtis?
Maris turbine; trementes. crea
torem ei⁹ ꝑñtem ita ſuſcitatis: q̃ſi
non poſſit dormiente corꝑe. fluct⁹
ſedare vel mitigare. Tu. ¶ Capm.
**N**Emini q̃cq̃ꝫ de (Roma. xiij
beatis niſi vt inuicẽ diligat;
q̇ em̃ diligit ꝓximũ. legem imple/
uit. Deo. ꝟ. Dñe reſu. Sup bñ. añ
**A**ſcendente ieſu in nauiculã ecce
motus magn⁹ factus eſt in mari
⁊ ſuſcitauerũt eũ diſcipuli eius di
centes dñe ſalua nos ꝑim⁹. Coll'a
**D**Eus qui nos in tantis peri/
culis conſtitutos ꝓ hũana
ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſte/
re. da nob̃ ſalutem mẽtis ⁊ corꝑis
vt ea q̃ ꝓ pctis noſtris patimur. te
adiuuante vincam⁹. P. ſuffr. vts̃.
Sup mgt Añ. Dñe ſalua nos pe
rimus impa ⁊ fac d̃s tranq̃llitatẽ
porro hoĩes cum vidiſſent q̇d fece
rat ſignũ dicebãt qualis eſt hic q̇a
vẽtis impat ⁊ mari ⁊ obediunt ei
Coll'a. vts̃. infra hebd̃. ſi noct̃. ſeruat̃
tunc tm̃ eodeꝫ die d̃r. Sup bñd̃. Añ.
Surgẽs ieſus imꝑauit ventis ⁊
mari ⁊ facta eſt trãquillitas mag̃
⁊ mirati ſunt vniuerſi. Coll'. vts̃.

## Dñica. iiij. p⁹ oct. epi.

Ad pri. vs̃. vts̃ Sup mgt. añ. de añ.
De⁹ caritas ẽ. vts̃. Col'. De⁹ q̇ nos
in tãtis. vts̃. Ad mat. Inuit. ⁊c̃. in
pſal'. Sex lcõnes de eplis pauli. R̃.
**I**. vts̃. Scd̃m Matth. ca. xiij.
**I**. Nil. t. Di. ie. di. ſ. ꝑabolã hãc
Siĩle factũ eſt regnuꝫ celorũ hoĩ: q̇
ſemiauit bonuꝫ ſemẽ in agro ſuo.
Cũ auteꝫ dormirẽt hoĩes: venit in
imicus ei⁹. ⁊ ſuꝑſemiauit ziꝫania ĩ
medio tritici ⁊ abijt. Et re. Omel'.
**D**Omin⁹ acre (lcõnis eiuſdeꝫ.
d̃ꝑtor nr̃ xp̃s. doctrinã ſuaꝫ
more hũane diſcipline plerũq; ꝓ/
ponit ⁊ informat: vt fideles ſuos
dociles. reddat beniuolos ⁊ atten
tos. Sicut em̃ facultas aliq̃ libera
lib⁹ regulis ſuis vtit̃. quib⁹ multũ
in cõpendiũ redigat: vt rudes ⁊ in
cõpoſiti ſenſus audita facilius ca/
piãt. ⁊ certius teneãt: ſic diuĩa do/
ctrina ꝑ regul' quaſdã aſſumit pa
rabolas: ſentẽtiaꝝ multiplicitate
grauidas ac fecũdas: quib⁹ audi/
tores ſuos ꝑſuadeat dociles: red/
dat capaces. Quatinus ex paucis
multa ex breuib⁹ ꝓlira exercitati.
valeãt inuenire ⁊ cõmentari. Tu.
Cum aũt moralis do ¶ Le. viij.
ctrina maxie verſari ſoleat circa
duo: videlicet q̇d eligendũ. q̇d ca/
uendũ. Cõueniẽter hec duo ſil' pre
ſens ꝑabola exṗmit: vt ꝑ alteꝝ ad
electionẽ: ꝑ alteꝝ ad cautelã inui/
tet. Ecce p̃tarat tibi bonuꝫ ſemẽ id
eſt triticũ. q̊ eligendũ: ſubiunxit et
ziꝫaniũ ſiue loliũ. q̊ reſpuendũ: p̃/
mõſtrat tibi ſatorẽ boni ſeis. q̊ imi
tãdũ: ꝯmẽorat tibi ſatorẽ mali ſeis
⁊ inimicũ hoieꝫ: q̊ vitãdũ. Tu. L. ix
Sed nũc audi exp̃ſſi⁹: attẽde ſpe/
ciali⁹. Dñm nr̃m ieſuꝫ boni ſemis

ſemiatorez intellige: bonũ ſemen
ḡciaz. ⁊ inimicũ hoiem diabolum
zizaniũ pctm̄. agrũ cor hois. Audi
hõ te hr̄e agꝝ. imo teipm̄ eſſe agꝝ
da opam. Stude ꝯducere agricu
lam: qꝛ neceſſe eſt vt colaris: neceſ
ſe eſt vt colonũ expiaris. Ecce duo
ſunt tm̄. ambo ſe offerũt. inuicez
aduerſarij inuicē inimici: nihil cõ
mune hñt. nulla ſocietate iungũ/
tur. Ambo ꝑ agro tuo litigãt: cer/
tatim ſibi vendicare ꝯtendũt. Alt
deus. alter diabolus eſt. Deus ſe
tibi offert cum ſuo ſemine. id ē cuz
ſua gr̄a. diabolus cũ zizania. id eſt
cũ peccato. Tu. ¶ Cap. Colocē. iij.

Fratres Induite vos ſic ele/
cti dei. ſancti ⁊ dilecti viſcera
miſcdie benignitatē. hũilitatē mo
deſtiã. patientiã. ſupportantes in/
uicem ⁊ donantes vobiſmetipis.
Deo ḡ. v. Dñe refu. Sup bñd An.
Dñe nonne bonũ ſemen ſemina
ſti i agro tuo vnde ḡ habet zizania
⁊ ait illis hoc fecit inimicus homo
Familiam tuã qs ¶ Colla.
dñe cõtinua pietate cuſtodi.
vt que in ſola ſpe gr̄e celeſtis inni/
titur tua ſemꝑ ꝓtectione muniat
P dñm. Sup magt An. Colligite
ḡ primũ zizania ⁊ alligate ea faſci
culos ad cõburendũ triticũ aũt cõ
gregate in horreum meũ dic dñs.
¶ Dñica quita poſt octa. eph. ad pri.
vs̄. vt in pſal. Sup mḡt añ. vts̄. de
añ. Deus charitas ē. Coll. Famili
am tuam. vts̄. ¶ Ad mat. Inuita.
rc. vt i pſal. Sex lcões de eplis pau
li R. vts̄. Euãge. Siẽ factũ eſt re/
gnuz celoꝝ. vts̄. in dñica precedenti.
qd repetitur ſi opus fuerit cũ ceteris.

Sequũtur nũc ſcdz or
dinē lcões de eplis pauli legende ab
octa. eph. vſq ad. lxx. tã dñicis q̄ fe
riatis dieb⁹ qñ noct. ſeruat et in feſtis
triũ lectio. non hñtibus ꝓprias lcões
Et primo legatur hec prima epla ab
octa. epiph. vſq ad dñicaz. ij. p⁹ oct.
eph. ¶ Le. prima. Roma. j.

Paulus ſeruus ieſu xp̄i: vo
catus aplus. ſegregat⁹ in
euangeliũ dei qd ante ꝓmiſerat ꝑ
ꝓphas ſuos: in ſcriptur̄ ſcris de fi/
lio ſuo q̇ fact⁹ eſt ei ex ſemie dauid
ſm carnē: q̇ predeſtinat⁹ eſt filius
dei in vtute ſm ſpm̄ ſanctificatio/
nis ex reſurrectiõe mortuoꝝ ieſu
xp̄i dñi nr̄i: ꝑ quē accepim⁹ gr̄am
⁊ aplatuz ad obediendũ fidei in oĩ
bus gentib⁹ ꝓ noie ei⁹: in quibus
eſtis ⁊ vos vocati ihu xp̄i: oibus q̇
ſunt rome dilectis dei vocatis ſan
ct̄. Gr̄a vob ⁊ pax a deo pr̄e nr̄o: ⁊
Primũ quidē (dño ihu xp̄o. Tu.
gr̄as ago deo meo ꝑ ihm̄ xp̄m pro
oibus vob: qꝛ fides vr̄a annũciat
in vniuerſo mũdo. Teſtis em̄ mi/
hi ē de⁹: cui ſuio in ſpũ meo i euã/
gelio filij ei⁹: q ſine intermiſſione
memoriã vr̄i ſemꝑ facio in oratio
nib⁹ meis. obſecrãs ſi q̇ mõ tandez
aliqñ ꝓſperꝝ iter habeã in volũta/
te dei veniēdi ad vos. Tu autē.
Deſidero em̄ videē vos vt aliq̇d i/
ꝑtiar vob gr̄e ſpũalis. ad ꝯfirmã/
dos vos: id eſt ſil ꝯſolari in vob: ꝑ
eã que inuicē eſt fidē vr̄az atq me
am. Nolo aũt ignorare vos fr̄es.
qꝛ ſepe ꝓpoſui venire ad vos ⁊ phi
bit⁹ ſum vſq adhuc: vt aliquē ha/
beam fructũ in vobis: ſicut ⁊ in ce

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teris gentibus grecis ⁊ barbaris
Sapientibꝰ ⁊ inſipiē (Tu āt.
tibꝰ debitor ſum. ita qꝫ in me
pmptū eſt ⁊ vobꝫ q̇ rome eſtis euā
gelizare. Nō em̄ erubeſco euange
liū. Virtꝰ em̄ dei eſt in ſalutē omni
credēti. Judeo primū ⁊ greco. Ju/
ſticia em̄ dei i eo reuelat̄ ex fide in
fidē: ſicut ſcriptū eſt. Juſtꝰ autē ex
Reuelatur (fide viuit. Tu aūt.
em̄ ira dei de celo ſup oēm impie/
tatē ⁊ iniuſticiaꝫ hoim eoꝝ q̇ veri/
tatē dei in iniuſticia detinēt: qꝛ qđ
notū eſt dei. manifeſtū eſt in illis.
Deꝰ em̄ illis reuelauit. Inuiſibi/
lia em̄ ipſiꝰ a creatura mūdi p ea
q̄ facta ſunt intellecta ꝯſpiciūtur
ſempiterna q̇ꝫ eiꝰ virtꝰ ⁊ diuinitas:
ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cū
cognouiſſent deū nō ſicut deū glo
rificauert̄ aut grās egerūt: ſꝫ eua
nuerūt in cogitationibꝰ ſuis. Tu.
Et obſcuratū eſt inſipiens cor eo
rū. Dicentes em̄ ſe ſapientes eſſe.
ſtulti facti ſunt. Et mutauert̄ glo/
riā in corruptibilis dei in ſilitudi/
nē imaginis corruptibilis hois: ⁊
volucrū ⁊ quadrupedū ⁊ ſerpen/
tū. Propter qđ tradidit illos ds in
deſideria cordis eoꝝ in immūdici/
am: vt ꝯtumelijs afficiāt corpora
ſua in ſemetipis. Qui cōmutaue
rūt veritatē dei in mendaciū: ⁊ co
luerūt ⁊ ſeruierūt creature potiꝰ
q̄ creatori. q̇ eſt benedictus in ſcl'a
Proptereа tradi/ (amē. Tu.
dit illos deꝰ in paſſiōes igno
minie. Nā femie eoꝝ immutaue/
rūt naturaleꝫ vſum in eū qui ē cō/
tra naturā. Siliter aūt ⁊ maſculi
relicto naturali vſu femie: exarſe
rūt in deſiderijs ſuis i inuicē: ma/
ſculi in maſclos turpitudinē ope/
rātes: ⁊ mercedē quā optuit erro
ris ſui i ſemetipis recipiētes. Tu.
Et ſicut nō pbauerūt deū hr̄e in
noticia. tradidit illos deꝰ in repro
bū ſenſuꝫ: vt faciāt ea q̄ nō ꝯueni/
unt. repletos om̄i iniq̇tate. mali/
cia. fornicatione. auaricia. nequi/
cia. plenos inuidia. homicidio. cō/
tentiōe. dolo. malignitate: ſuſur/
rones. detractores dō odibiles. cō
tumelioſos. ſupbos. elatos. inuē/
tores maloꝝ. parētibꝰ non obediē
tes: inſipientes. incōpoſitos. ſine
affectiōe. ſine fide. abſqꝫ federe. ſi/
Qui cū iuſticiā (ne miſcdia. Tu.
dei cognouiſſent nō intellexerūt:
qm̄ qui talia agūt. digni ſunt mor
te. Nō ſolū qui ea faciūt: ſed etiā q̇
ꝯſentiūt facientibꝰ. Propter qđ in
excuſabiles es o hō oīs q̇ iudicas?
In q̊ em̄ iudicas alteꝝ: teipm con/
dēnas. Eadē ei agꝭ: q̄ iudicas. Tu.
SCimus qm̄ iudiciū di eſt ſcḋm
veritatē in eos q̇ talia agūt.
Exiſtias autē h̄ o hō q̇ iudicas eos
q̇ talia agūt ⁊ facis ea: qꝛ tu effugi
es iudiciū dei? An diuitias bonita
tis eiꝰ ⁊ patie ⁊ longanimitatꝭ cō/
tēnis. Igras qm̄ benignitas dei
ad pniam te adducit? Tu aūt.
Scḋm aūt duriciā ⁊ impenitens
cor theſaurizas tibi irā in die ire ⁊
reuelatōnis iuſti iudicij dei: q̇ red
det vnicuiqꝫ ſcḋm opa eiꝰ. His q̇deꝫ
q̇ ſcḋm paciam boni opis gl'iaꝫ ⁊ ho
noreꝫ ⁊ incorruptōneꝫ querentibꝰ
vitā eternā: hijs aūt q̇ ex ꝯtentiōe
⁊ qui nō acq̇eſcūt veritati. credūt
aūt iniq̇tati: ira ⁊ indignatio. tri/

bulatio ⁊ anguſtia.in omnez ani/
mã hoīs opantis malū:iudei pri/
mū ⁊ greci. Gloria aūt et honoꝛ ⁊
pax omī opanti bonū: iudeo pmo
⁊ greco. Nō eſt em̄ pſonarum acce
Quicūqꝫ (ptio apud deū.Tu aūt.
em̄ ſine lege peccauerūt. ſine lege
pibunt:⁊ quicūqꝫ in lege peccaue
rūt.p legē iudicabunt.Nō em̄ au/
ditoꝛes legis iuſti ſunt apud deū:
ſed factoꝛes legis iuſtificabuntur
Cū em̄ gentes q̄ legez nō hn̄t natu
raliter ea q̄ legis ſunt faciūt: eiuſ/
mōi legē nō hn̄tes.ipi ſibi ſunt lex
q̄ oſtendūt opꝰ legis ſcriptū in coꝛ
dibꝰ ſuis:teſtimoniū reddēte illis
ɔſcia ipſoꝝ.⁊ inter ſe inuicez cogi/
tationū accuſantium.aut etiā de/
fendentiū in die cū iudicabit deus
occulta hoīm:ſm euangeliū meū
Si aūt tu iu (p ihm xp̄m.Tu.
deꝰ cognoiaris ⁊ requieſcis in
lege:⁊ gl'iaris in deo ⁊ noſti volū/
tatē eiꝰ:⁊ pbas ea q̄ utilioꝛa ſunt:
inſtructꝰ p legez ɔfidis teip̄m du/
cē eſſe cecoꝝ.lumē eoꝝ q̄ in tenebrꝭ
ſunt.eruditoꝛē inſipientiū mgr̄m
īfantiū hn̄tez foꝛmā ſc̄ie ⁊ veritatꝭ
Qui ḡ aliū doces: (in lege.Tu.
teip̄m nō doces.Qui p̄dicas nō fu
randū.furaris. Qui dicis nō me/
chandū.mecharis.Qui abomina
ris ydola.ſacrilegiū facis Qui in le/
ge gl'iaris : p preuaricatiōez legis
deū inhonoꝛas. Nomē em̄ dei per
vos blaſphemat inter gentes.Si
cut ſcriptū eſt.Circūciſio q̄dez pro/
deſt:ſi legez obſ'ues. Tu autem.
Si aūt p̄uaricatoꝛ legis ſis:circū
ciſio tua prepuciū facta eſt. Si igi
tur p̄puciū iuſticias legꝭ cuſtodiat
nōne prepuciū illiꝰ in circūciſionē
reputabitur:Et iudicabit id qd̄ ex
natura eſt p̄puciū legez ɔſumans
te:q̄ p lr̄am ⁊ circūciſionē preuari
Non em̄ q̄ (catoꝛ es legꝭ.Tu.
in manifeſto iudeꝰ eſt neqꝫ q̄
in maīfeſto in carne eſt circūciſio.
ſed q̄ in abſcōdito iudeꝰ eſt.ſpūali/
ter legē cuſtodiēs. ⁊ circūciſio coꝛ/
dis i ſpū nō lr̄a.cuiꝰ laus nō ex ho/
minibꝰ ſed ex dō eſt.Quid ḡ ampli
us iudeo:aut q̄ vtilitas circūciſio/
nis:Multū p oēm modū. Tu aūt
Primū quidē: q: credita ſūt illis
eloq̄a dei. Quid em̄ ſi quidaz illoꝝ
nō crediderūt: Nunq̄d incredulī/
tas illoꝝ:fidez dī euacuauit: Abſit
Eſt aūt dēs verax. oīs aūt hō men/
dax:ſicut ſcriptū eſt. Vt iuſtificerꝭ
in ſmonibꝰ tuis:⁊ vincas cū iudi/
Si aūt iniq̄tas no/ (caris.Tu āt.
ſtra iuſticiā dei cōmendat: q̄d dice
mus:Nunq̄d iniquꝰ ē dēs.q̄ infert
irā: Scd̄ꝫ hoīez dico.Abſit.Alioq̄n
quō iudicabit dēs hūc mundū: Si
em̄ veritas dei in meo mendacio
abūdauit in gl'iaꝫ ipius:q̄d adhuc
⁊ ego tanq̄ peccatoꝛ iudicoꝛ. ⁊ nō
ſicut blaſphemamur: ⁊ ſicut aiūt
q̄daz nos dicere : faciamꝰ mala vt
veniāt bona: Quoꝝ damnatio iu
ſta eſt. Qd̄ igit.precellimꝰ eos: Ne
quaq̄.Tu autem.

## Dñica.ij.pꝰ octa.epi.

et hebd̄.eiuſdē.¶ Lec.pri.Coꝛ.pri.j.

Paulus vocatus ap̄ls ieſu
xp̄i.p volūtatē dei.⁊ ſoſte/
nes frat eccl'e dei q̄ eſt cho/
rīti : ſctificatis in xp̄o ih̄u vocatꝭ
ſctis cum oībus q̄ inuocāt nomen

dn̄i nr̄i ieſu xp̄i in oi loco ip̄oꝝ ⁊ no
ſtro. Gr̄a vob̄ ⁊ pax a deo pr̄e nr̄o:
⁊ dn̄o ih̄u xp̄o. Gr̄as ago deo meo
ſp̄ ꝓ vob̄: in gr̄a dei q̄ data eſt vob̄
in xp̄o ieſu: q᷑ in oībus diuites fa/
cti eſtis in illo in om̄i verbo ⁊ in oī
ſcia: ſicut teſtimoniū xp̄i cōfirma/
tū eſt in vob̄: ita vt nihil in vobis
deſit in vlla gr̄a. expectantib⁹ re/
uelatiōē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: q̇ ⁊ ꝯfir/
mabit vos vſq; in finē ſine crimīe
in die aduent⁹ dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Fi/
delis de⁹ ꝑ quē vocati eſtis: i ſocie/
tatē filij ei⁹ ieſu xp̄i dn̄i nr̄i. Tu āt.
Obſecro aūt vos fr̄es ꝑ nomē do
mini nr̄i ih̄u xp̄i: vt idip̄m dicatis
oēs: ⁊ nō ſint in vob̄ ſciſmata. Si/
tis aūt ꝑfecti in eodē ſenſu: ⁊ in ea
dem ſcia. Significatū eſt em̄ mihi
de vob̄ fr̄es mei: ab his q̇ ſunt clo/
es. q᷑ ꝯtentiōes ſunt int̄ vos. Hoc
aūt dico quod vnuſq̄ſq; vr̄m dicit.
Ego quidē ſum pauli. ego aūt ap
pollo. ego v̄o cephe. Ego aūt xp̄i.
Diuiſus ē xp̄s? Nūq̇d paulus cru
cifixus eſt ꝓ vob̄. aut in noīe pau/
li baptizati eſtis? Gratias ago deo
meo ꝙ neminē vr̄m baptizaui ni
ſi criſpū ⁊ gapū ne q̇s dicat ꝙ i no
mīe meo baptizati eſtis. Baptiza
ui aūt ⁊ ſtephane domū. Ceterū
neſcio ſi quē aliū vr̄m baptizaue/
Non em̄ miſit me xp̄s (rim. Tu.
baptiſare ſed euāgelizare. non in
ſapia v̄bi. vt nō euacuet̄ crux xp̄i.
Verbū em̄ crucis ꝑeuntib⁹ quidē
ſtulticia eſt his aūt q̇ ſalui fiūt id ē
nob̄ virt⁹ dei eſt. Scriptū eſt enī.
Perdā ſapientiā ſapientiū ⁊ pru/
dentiā prudentū reprobabo. Vbi
ſapiēs. vbi ſcriba. vbi inq̇ſitor hu
ius ſcl̄i. Nōne ſtultā fecit de⁹ ſapiē
tiā hui⁹ mundi? Nā q᷑ in dei ſapiē
tia nō cognouit mund⁹ ꝑ ſapiētiā
deū: placuit deo ꝑ ſtulticiā p̄dica/
tiōis ſaluos facere credētes. Qm̄
⁊ iudei ſigna petūt ⁊ greci ſapien
Nos aūt (tiā querūt. Tu aūt.
p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū iude
is quidē ſcādalū. gentib⁹ aūt ſtul
ticiā: ipis aūt vocatis iudeis atq;
grecis. xp̄m dei virtutē ⁊ ſapiētiā
Quia quod ſtultū ē dei. ſapienti⁹ eſt
hoibus: ⁊ qd̄ infirmū eſt dei. forti⁹
Videte em̄ (eſt hoibus. Tu aūt.
vocationē vr̄am fr̄es. q᷑ nō multi
ſapientes ſm̄ carnē. nō multi po/
tētes nō multi nobiles. ſed q̄ ſtulta
ſunt mūdi elegit de⁹ vt ꝯfundat ſa
pientes. ⁊ infirma mūdi elegit de
us vt cōfundat fortia. et ignobilia
mūdi ⁊ ꝯtēptibilia elegit de⁹ ⁊ ea
q̄ nō ſunt vt ea q̄ ſūt deſtrueret vt
nō gl̄ietur ois caro in ꝯſpectu ei⁹.
Ex ip̄o aūt vos eſtis in (Tu aūt.
xp̄o ih̄u q̇ fact⁹ eſt nob̄ ſapia ⁊ iuſti
cia ⁊ ſctificatio ⁊ redēptio: vt quē/
admodū ſcriptū eſt. Qui gl̄iat̄: in
dn̄o gl̄ietur. Et ego cū veniſſē ad
vos fr̄es veni vt nō in ſblimitate
ſmōis aut ſapiētie annūciās vob̄
teſtimonium xp̄i. Tu aūt.
Non em̄ iudicaui me aliquid
ſcire int̄ vos niſi ih̄m xp̄m ⁊ hūc cru
cifixū. Et ego i infirmitate ⁊ timo
re ⁊ tremore multo fui apud vos
ſmo me⁹ ⁊ p̄dicatio mea non in ꝑ
ſuaſibilib⁹ hūane ſapiētie verbis
ſed in oſtenſione ſp̄us ⁊ v̄tutis. vt
fides nr̄a non ſit in ſapiētia hoim
Sapiē (ſed in v̄tute dei. Tu aūt.
tiā aūt loq̇mur inter ꝑfectos. Sa

pientiã vero nõ huiꝰ ſecli. neqꝫ pn
cipuꝫ huiꝰ ſcli q̇ deſtruunt̄.ſed loq̇/
mur dei ſapiam in myſterio q̄ ab/
ſcõdita eſt.quã predeſtinauit deuſ
ante ſcl'a in gl'iaꝫ nr̄am quã nemo
ꝑncipũ huiꝰ ſcli cognouit. Tu aũt.
Si em̄ cognouiſſent nunq̄ dñm
gl'ie crucifixiſſent. Sed ſicut ſcp̄tũ
eſt. Qđ oculus nõ vidit nec auris
audiuit nec i coꝛ hois aſcẽdit q̄ pre
pauit deꝰ his qui diligũt illũ. Nob̄
aũt reuelauit deꝰ ꝑ ſpm̄ſctm̄. Spi
ritus em̄ oĩa ſcrutat̄ etiã ꝓfunda
Quis em̄ ſcit hoim (dei. Tu aũt
q̄ ſũt hois niſi ſpũs hois q̇ in
ipo eſt. Ita ⁊ que dei ſunt nemo co
gnouit niſi ſpũs dei. Nos aũt non
ſpm̄ huiꝰ mũdi accepimꝰ ſed ſpiri
tum q̇ ex deo ē. vt ſciamꝰ que a deo
donata ſũt nob̄: que ⁊ loq̇mur nõ
indoctis hũane ſapie verbis. ſed i
doctrina ſpũs ſpũalibꝰ ſpũalia cõ
Animalis au (parãtes. Tu aũt.
teꝫ hõ non ꝑcipit ea que ſunt ſpiri
tus dei. Stulticia eſt em̄ illi ⁊ non
põt intelligere q̄ꝛ ſpũaliter exami
natur. Spũalis aũt iudicat om̄ia
ipſe vero a nemine iudicat̄. Sicut
ſcriptũ eſt. Quis em̄ cognouit ſen
ſuꝫ dñi aut quis inſtruxit eũ. Nos
aũt ſenſuꝫ xp̄i habemꝰ. Et ego fra
tres nõ potui vob̄ loqui q̄ſi ſpũali
bus.ſed q̄ſi carnalibꝰ tanq̄ꝫ ꝑuulis
in xp̄o.lac vobis potũ dedi nõ eſcã
Nondũ em̄ poteratis. ſed nec nũc
quidẽ poteſtis. Adhuc em̄ eſtis car
Cum em̄ int̄ vos (nales. Tu aũt.
fuerit zelus ⁊ ↄtentio nõne carna
les eſtis. ⁊ ſ'm hoiem ambulatis?
Cũ em̄ q̇s dicat. Ego quidem ſum
pauli. aliꝰ aũt ego appollo. Nõne

hoies eſtis? Quid igit̄ eſt appollo.
q̇d vo paulus? Miniſtri eiꝰ cui cre
didiſtꝭ. Et vnicuiqꝫ ſicut dñs dedit
Ego plantaui appollo rigauit ſed
d's incrementũ dedit. Itaqꝫ neqꝫ q̇
plãtat eſt aliq̇d neqꝫ qui rigat. ſed
q̇ incrementũ dat d's. Qui plãtat
aũt ⁊ q̇ rigat vnũ ſunt. Vnuſq̇ſqꝫ
aũt ꝓpriã mercedẽ accipiet ſ'm ſuũ
laboꝛẽ. Dei em̄ ſumꝰ adiutores. dei
agricultura eſtis. dei edificatio eſtꝭ.
Scd'm grãm dei q̄ data (Tu.
eſt mihi vt ſapiẽs architectꝰ
fundamentũ poſui. aliꝰ aũt ſupe/
dificat. Vnuſq̇ſqꝫ aũt videat. quõ
ſupedificet. Fundamentũ em̄ ali/
ud nẽo põt ponẽ p̄ter id q̇d poſitũ
Si q̇s (eſt q̇d eſt xp̄s ih's. Tu aũt.
aũt ſupedificat ſup̄ fundamentũ
h̄. auꝝ ⁊ argentũ. lapides p̄cioſos
ligna. fenuꝫ. ſtipulã: vniuſcuiuſ/
qꝫ opꝰ manifeſtũ erit. Dies ei dñi
declarabit: q̄ꝛ in igne reuelabit̄: ⁊
vniuſcuiuſqꝫ opꝰ quale ſit. ignis
ꝓbabit. Si cuiꝰ opus mãſerit: q̇d
ſupedificauit mercedem accipiet.
Si cuiꝰ opus arſerit. detrimentuꝫ
patiet̄: ipſe aũt ſaluꝰ erit. ſic tm̄ q̄ſi
Neſcitis q̄ꝛ tem (ꝑ ignẽ. Tu aũt.
plũ dei eſtis: ⁊ ſpũs dei habitat in
vob̄? Si q̇s aũt templũ dei viola/
uerit. diſꝑdet illum deꝰ. Templuꝫ
em̄ dei ſctm̄ eſt: q̇d eſtꝭ vos. Nemo
ſe ſeducat. Si q̇s videt̄ int̄ vos ſa/
piens eſſe in h̄ ſcl'o: ſtultꝰ fiat vt ſit
ſapiens. Sapientia em̄ huiꝰ mũ/
di ſtulticia eſt apud deũ. Scriptuꝫ
eſt em̄. Compꝛhendã ſapientes in
aſtucia eoꝝ. Et iteꝝ Dñs nouit co
gitatiões ſapientũ quoniã vane
ſunt. Tu autem domine.

Sic nos exiſtimet hõ vt mini/
ſtros xp̄i: ⁊ diſpẽſatores mi/
niſteriorꝫ dei. Hic iã querit̃ int̃ di/
ſpenſatores: vt fidelis q̇s inuenia
tur. Mihi aūt ꝓ mimo ē: vt a voƀ
iudicer: aut ab hũano die. Sed ne
qꝫ meipm̄ iudico Nihil em̄ mihi cõ
ſcius ſuꝫ: ſed nõ in h̄ iuſtificat᷒ ſuꝫ.
Qui autẽ iudicat me. dn̄s eſt. Tu.
Itaqꝫ nolite an̄ temp᷒ iudicare q̇/
aduſqꝫ veniat dn̄s. q̇ et illũinabit
abſcondita tenebrarꝫ. ⁊ manifeſta
bit cõſilia cordium. ⁊ tũc laus erit
vnicuiqꝫ a deo. Hec aūt frẽs tranſ
figuraui i me ⁊ appollo ꝓpter vos:
vt in voƀ diſcat᷒. ne ſuꝑ q̄ꝫ ſcripturꝫ
eſt vn᷒ aduerſus alterꝫ infletur ꝓ
Quis em̄ te diſcernit? (alio. Tu.
Qd aūt habes: qḋ nõ accepiſti? Si
aūt accepiſti: q̇d gl̄iaris q̄ſi nõ ac/
ceperis? Iã ſaturati eſtis: iã diui/
tes facti eſtis. Sine noƀ regnatis
Et vtinã regnetis: vt ⁊ nos vobi/
ſcũ regnemus. Tu autem.

## Dn̄ica.iij.p᷒ oct. epy.

et ꝑ hebd̄.eiuſdẽ. ¶ Le.pri. Cor.ij.ij.

Paul᷒ apl̄s xp̄i iħu ꝑ volũ/
tatẽ dei ⁊ tymothe᷒ frater
ecclie dei que ē corinthi cũ
oībus ſctis q̇ ſunt i vniuerſa acha
ia. Gr̄a voƀ ⁊ pax a deo pr̄e nr̄o ⁊
dn̄o iħu xp̄o. Bn̄dict᷒ d̄s pr̄ dn̄i no
ſtri ieſu xp̄i pr̄ miſericordiarꝫ ⁊ de᷒
toti᷒ conſolatiõis q̇ cõſolat̃ nos in
om̄i tribulatiõe nr̄a vt poſſim᷒ et
ip̄i ꝯſolari eos q̇ in om̄i p̄ſſura ſūt
ꝑ exhortationẽ q̄ exhortamur ⁊ ip
ſi a deo. Qm̄ ſicut abũdant paſſio
nes xp̄i in noƀ ita ⁊ ꝑ xp̄m abũdat
Siue aūt tri (ꝯſolatio nr̄a. Tu.
bulamur ꝓ vr̄a exhortatione ⁊ ſa
lute. ſiue exhortamur ꝓ vr̄a exhor
tatione q̄ opatur tolerantiã earũ
dẽ paſſionũ q̄s ⁊ nos patimur. vt
ſpes nr̄a firma ſit ꝓ voƀ. Scietes
qm̄ ſicut ſocij paſſionũ eſtis ſic eri
tis ⁊ ꝯſolatiõis. Nõ em̄ volumus
ignorare vos frẽs de tribulatõne
nr̄a que facta eſt in aſia: qm̄ ſupra
modũ grauati ſum᷒ ſuꝑ virtutẽ:
ita vt tederet nos viuere. Tu aūt.
Sed etiã ipſi in nobiſmetipſis re
ſpõſum mortis habuim᷒. vt nõ ſi/
m᷒ fidentes in noƀ. ſed in deo qui
ſuſcitat mortuos. q̇ de tantis peri
culis nos eripuit ⁊ eruit. in quem
ſꝑamus. qm̄ ⁊ adhuc eripiet adiu
uantib᷒ ⁊ voƀ in orõne ꝓ nobis vt
ex mltarꝫ ꝑſonis facierꝫ ei᷒. q̄ in no
bis eſt donatiõis ꝑ mltos grẽ agã
tur ꝓ noƀ. Nã gl̄ia nr̄a h̄ eſt teſtio
niũ ꝯſcie nr̄e ꝗ in ſimplicitate cor
dis ⁊ in ſinceritate dei ⁊ nõ in ſapi
entia carnali. ſed in gr̄a dei ꝯuer/
ſati ſum᷒ in h̄ mũdo abũdanti᷒ au
tẽ ad vos. Non em̄ alia ſcribimus
voƀ q̄ꝫ que legiſtis ⁊ cognouiſtis.
Spero ⁊ ꝗ vſqꝫ in finẽ (Tu āt
cognoſcetis. ſicut ⁊ cognoui
ſtis nos ex ꝑte. qꝛ gl̄ia vr̄a ſum᷒ ſi/
cut ⁊ vos nr̄a i die dn̄i nr̄i ieſu xp̄i.
Et hac ꝯfidẽtia volui pri᷒ venire
ad vos. vt ſcd̄ãꝫ grãꝫ hr̄et᷒ ⁊ ꝑ vos
trãſire in macedonia ⁊ iterꝫ a ma
cedonia venire ad vos. ⁊ a voƀ de/
Cum ergo h̄ (duci in iudeã. Tu.
voluiſſeꝫ nunq̇d leuitate vſus ſuꝫ
Aut q̄ cogito ſ̄m carnẽ cogito vt ſit
apud me eſt ⁊ nõ. Fidelis aūt deus
qꝛ ſ̄mo nr̄ qui fuit apd̄ vos. non ē
in illo eſt ⁊ non ē. ſed eſt in illo eſt.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dei em̄ filiꝰ ieſus xp̄s qui in vobiſ
ꝑ nos p̄dicatꝰ eſt ꝑ me ⁊ ſiluanū ⁊
timotheū. nō fuit in illo eſt ⁊ nō. ſꝫ
Quotq̄t aūt ꝓ (eſt in illo fuit. Tu.
miſſiones dei ſunt in illo ē. Jdeo ⁊
ꝑ ip̄m amē deo ad gl'am v̄ram. Q̄
aūt ꝯfirmat nos vobiſcū xp̄o et q̄
vnxit nos deꝰ ⁊ qui ſiguit nos ⁊ de
dit pignꝰ ſpūs i cordibꝰ nr̄is. Ego
aūt teſtē deū inuoco i aīaꝫ meā q̄
ꝑcēs vob̄ nō veī vltra corīthū. Nō
q̄a dn̄amur fidei v̄re. ſꝫ adiutores
ſumꝰ gaudij v̄ri. Nā fide ſtatꝭ. Tu.
STatui autē hoc ip̄m apꝺ me
ne iteꝝ in triſticia venireꝫ ad
vos ⁊ q̄s eſt q̄ me letificet. niſi q̄ cō
triſtatᷣ ex me. Et h̄ ipſū ſcp̄ſi vobiſ
vt nō cū venero triſticiā ſup̄ triſti
am habeaꝫ de quibꝰ optuerat me
gaudere ꝯfidēs in oībus vobis. q̄r
meū gaudiū oīm v̄rm eſt. Tu aūt
Nam ex m̄lta tribulatione ⁊ an/
guſtia cordis ſcp̄ſi vob̄ ꝑ m̄ltas la/
chrimas nō vt ꝯtriſtemi ſꝫ vt ſcia/
tis quā caritatē habeā abūdantiꝰ
in vobis. Si q̄s aūt ꝯtriſtauit me.
nō me ꝯtriſtauit. ſed ex ꝑte vt non
onerē oēs vos. Sufficit illi q̄ eiuſ/
mōi ē obiurgatio h̄ q̄ fit a pluribꝰ
ita vt ecōtrario magꝭ donetis ⁊ cō
ſolemini ne forte abūdātori triſticia
abſorbeatᷣ qui eiuſmōi eſt. Propᷣ
q̄d obſecro vos vt ꝯfirmetꝭ in illū
Jdo em̄ ⁊ ſcp̄ſi vob̄ (caritatē. Tu.
vt cogn̄ſcaꝫ exꝑimentū v̄rm an i oī/
bus obediētes ſitis. Cui aūt ⁊ ali/
q̄d donaſtis ⁊ ego. Nā ⁊ ego q̄d do
naui. ſi q̄d donaui ꝓpter vos in pſo
na xp̄i. vt nō circūueniamur a ſa/
thana. Nō em̄ ignoramus cogita
tiones eius. Tu autem.

CUm veniſſeꝫ aūt troadē ꝓpᷣ
euāgeliuꝫ xp̄i ⁊ oſtiū mihi a/
ꝑtuꝫ eēt in dn̄o non habui requieꝫ
ſp̄ūi meo eo ꝙ nō inuenerim tytū
frēm meū. ſꝫ valefaciēs eis ꝓfectꝰ
Deo aūt (ſum i macedoniā. Tu.
grās q̄ ſꝑ triūphat nos in xp̄o ihū
⁊ odorē noticie ſue manifeſtat per
nos in oī loco. q̄r xp̄i bonꝰ odor ſu/
mꝰ deo in his q̄ ſalui fiūt ⁊ in his q̄
pereūt. Alijs quidē odor mortis in
mortē. alijs āt odor vite i vitā. Tu.
Et ad h̄ quis tā ydoneꝰ. Nō em̄ ſu
mꝰ ſicut plurimi adulterātes ver
bū dei ſꝫ ex ſinceritate. ſicut ex deo
corā deo in xp̄o loq̄mur. Incipimꝰ
iteꝝ noſmetip̄os cōmendare. Aut
nunq̄d egemꝰ ſicut quidē cōmen/
datitijs ep̄l'is ad vos aut ex vob̄.
Ep̄l'a nr̄a vos eſtꝭ. ſcp̄ta in cordibꝰ
nr̄is. q̄ ſcitᷣ ⁊ legitᷣ ab oībus hoībꝰ
manifeſtari. qm̄ ep̄l'a eſtis xp̄i mi/
FJduciā (niſtrata a nob̄. Tu.
aūt talē hēmꝰ ꝑ xp̄m ad deuꝫ
nō ꝙ ſufficiētes ſimꝰ cogitare ali/
q̄d a nob̄ q̄ſi ex nob̄ ſꝫ ſufficiētia no
ſtra ex deo ē q̄ ⁊ ydoneos nos fecit
miſtros noui teſtām̄ti nō l'ra ſꝫ ſpi
ritu. L'ra em̄ occidit. ſpūs aūt viui
Q̄d ſi miſtratio mortꝭ (ficat. Tu.
l'ris deformata in lapidibꝰ fuit in
gl'ia. ita vt nō poſſent intendē filij
iſrl' in faciē moyſi ꝓpᷣ gl'iaꝫ vultus
eiꝰ q̄ euacuatᷣ quō nō magꝭ mini/
ſtratio ſpūs erit in gl'ia. Nā ſi mi/
niſtratio dānatiōis gl'ia eſt multo
magꝭ abūdat miniſteriū iuſticie i
gl'ia. Nā nec gl'ificatū q̄d claruit in
h̄ ꝓpter gl'iaꝫ. Si em̄ q̄d euacuatᷣ ꝑ
gl'iaꝫ ē. m̄lto magꝭ q̄d manet in gl'a
Hn̄tes ḡ talē ſpem m̄lta (eſt. Tu.

fidncia vtimur. Et non ſicut moy
ſes ponebat velamẽ ſup faciẽ ſuã
vt nõ intẽderẽt filij iſrl' in faciẽ ei⁹
qd̕ euacuat᷑. ſ; obtuſi ſunt ſenſus
eoꝝ. Vſq; in hodiernũ diẽ in id ip/
ſu; velamẽ in lcõne veter⁹ teſtam̃/
ti manet non reuelatũ: qm̃ in xp̃o
euacuat᷑. Sꝫ vſq; in hodiernũ die;
cũ legit᷑ moyſes velamẽ poſitũ eſt
ſup coꝛ eoꝝ. Tu autem.

Dñica.iiij.poſt octa.ep hic ꝛ per heb
do.eiuſdem. ¶ Lectio pri. Gal'.pri.

P Aulus apl'us nõ ab hoib⁹
neq; p hoie; ſ; p ieſu; xp̃m
ꝛ deũ prẽm q̇ ſuſcitauit eũ
a moꝛtuis ꝛ q̇ mecũ ſunt oẽs frẽs
eccl'ijs galatie. Gr̃a vobis ꝛ pax a
do prẽ nr̃o ꝛ dño ih̃u xp̃o. q̇ dedit ſe
metip̃; p pctis nr̃is. vt eripet nos
de p̃nti ſclo nequã. ſm volũtatẽ di
ꝛ p̃ris nr̃i cui eſt gl'ia in ſcl'a ſcloꝝ;
Miroꝛ q᷑ ſic tã cito trãſ (Amẽ. Tu.
ferimi ab eo q̇ vos vocauit in gra
tiã xp̃i in aliud euãgeliũ qd̕ nõ eſt
aliud niſi ſũt aliq̇ q̇ vos ↄturbant
ꝛ volũt ↄuertere euãgeliũ xp̃i. Sꝫ
lic; nos aũt angel⁹ de celo euãgeli
ſet vob̃ p̃ter q̃ꝫ qd̕ euãgelizauim⁹
Sicut p̄ (vob̃ anathema ſit. Tu.
dixim⁹ ꝛ nũc iteꝝ dico. ſi q̇s vobis
euãgelizauerit p̃ter id qd̕ accepiſt⁹
anathema ſit. Nõ em̃ hoib⁹ ſua/
do. an deo? An q̃ro hoib⁹ placete?
Si adhuc hoib⁹ placerẽ. xp̃i ſuus

N Otũ em̃ vob̃ fa (nõ cẽm. Tu.
cio frẽs euãgeliũ qd̕ euãgeli
zatũ eſt a me: qꝛ nõ eſt ſm hoie; ne
q; em̃ ego ab hoie accepi illd̕. neq;
didici. ſ; p reuelationẽ ih̃u xp̃i. Au
diſtis em̃ ↄuerſatõe; meã aliqñ in
iudaiſmo qm̃ ſup̃ modu; pſeq̃bar
eccl'ia; dei ꝛ expugnabã illã ꝛ pfi/
ciebã; i iudaiſmo ſup̃ mltos coeta
neos meos in gñe meo. abũdãti⁹
emlator exiſtẽs patnaꝝ meaꝝ tra
Cũ aũt placuit ei q̇ (ditionũ. Tu.
me ſegregauit d̕ vtero mr̃is mee
ꝛ vocauit p gr̃a; ſua; vt reuelaret
filiũ ſuũ i me. vt euãgelizarẽ illũ
i gentib⁹. ↄtinuo nõ acq̇eui carni
ꝛ ſangui. Neq; veni hieroſolymã
ad añceſſoꝛes meos apl'os. ſ; abij i
arabiã ꝛ iteꝝ reuerſus ſu; dama/
Deinde p⁹ annos tres (ſcũ. Tu.
vẽi hieroſolymã vidẽ petrũ ꝛ mã
ſi apd̕ eũ dieb⁹ quindecim. Alium
aũt apl'oꝝ vidi neminem niſi iaco
bũ frẽm dñi. Que nũt ſcribo vob̃.
ecce corã deo qꝛ nõ mẽtioꝛ. Deinde
veni in ptes ſyrie ꝛ cilicie. Erã au
tẽ ignot⁹ facie eccl'ijs iudee: q̄ erãt
in xp̃o. Tãtu; aũt auditũ habebãt
qm̃ q̇ pſeq̃bat᷑ nos aliqñ. nũc euã/
gelizat fidẽ quã aliqñ expugñbat. ꝛ
in me clarificabãt deũ. Tu. Deind̕
legat᷑ ſequẽs epl'a ĩfra eãdẽ hebd̕. iiij.

P Aul⁹ apl's Le. pri. Tymo. j. pri.
ih̃u xp̃i ſm iperiũ dei ſalua/
toris nr̃i ꝛ xp̃i ih̃u ſpei nr̃e: thimo
theo dilecto filio in fide. Gr̃a ꝛ mi
ſericoꝛdia ꝛ pax a do prẽ ꝛ xp̃o ih̃u
dño nr̃o. Sicut rogaui te vt rema
neres epheſi cũ irẽ in macedonia;
vt denũciares q̇buſda; ne alit᷑ do/
cerẽt. neq; intẽderẽt fabul' ꝛ gene/
alogijs inĩminatis q̄ queſtiões p̃/
ſtãt mag⁹ q̃ꝫ edificatiõe; di q̄ ẽ in fi/
Finis aũt p̃cepti eſt cari (de. Tu.
tas: d̕ coꝛde puro ꝛ ↄſcĩa bona ꝛ fi
de nõ ficta. A quib⁹ quidã aberrã/
tes ↄuerſi ſũt in vaniloq̇u; : volen
tes eẽ legiſdoctoꝛes nõ intelligen/
tes neq; q̄ loquũtur. neq; de quib⁹
Scim⁹ aũt qꝛ bõa (affirmãt. Tu.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt lex ſi q̇s ea legittime vtat̓ ſcien
tes h̄ q꞉ lex iuſto n̄ ē poſita. ſ; iniuſt̓
⁊ n̄ ſb̄dit̓. impijs ⁊ pctōꝛibꝰ ſcelerat̓
⁊ ꝯtaminat̓ p̄ricidis ⁊ m̄ricidis. ho
micidis ⁊ foꝛnicarijs maſcloꝝ ꝯcu
bitoꝛibꝰ plagiarijs mēdacibꝰ ⁊ ꝑ/
iur̓. ⁊ ſi qd aliud ſane doctine aduer
ſat̓ q̄ ē ſcd̓m euāgeliu; glie bti dei qd
Gratias (creditū ē mihi. Tu.
ago ei q̇ me ꝯfortauit i xp̄o ie
ſu dn̄o nr̄o q꞉ fidele; me exiſtiauit
ponēs i miſterio Q̄ priꝰ blaſpheꝰ
fui ⁊ ꝑſecutoꝛ ꝯtūelioſus ſ; miam
dī ꝯſecutꝰ ſū q꞉ ignoꝛās feci i incredu
Superabūdauit āt grā (litate. T.
dn̄i nr̄i cū fide ⁊ dilectiōe q̄ ē in xp̄o
ihū Fidel̓ ſmo ⁊ oī acceptōe dignꝰ
q꞉ xp̄s ihs vēit i hūc mūdm pctōres
ſaluos face q̄ꝝ p̄mꝰ ego ſum. Tu.
Sz idō miam ꝯſecutꝰ ſū vt i me p̄mo
oſtēderet xp̄s ihs oēm patiā; ad in/
foꝛmatiōē; eoꝝ q̇ credituri ſūt illi i
vitā etnā. Regi āt ſcloꝝ imoꝛtali i/
uiſibili ſoli dō honoꝛ ⁊ glīa i ſcl'a ſe
Hoc p̄ceptū (culoꝝ amē. Tu.
commēdo tibi fili timothee ſcd'm
p̄cedētes i te ꝓphetias vt milites i
illis bonā militiā. hn̄s fidē ⁊ bonā
ꝯſciā; Quā q̇dā repellētes circa fi
dē naufragauerūt. ex q̇bꝰ eſt hyme/
neꝰ ⁊ alexāder q̄s tradidi ſathane
vt diſcāt nō blaſphemare. Tu au.
Obſecro igit̓ p̄mū oīm fieri obſe/
cratiōes. oꝛōes. poſtulatiōes. grā/
rū actiōes. ꝓ oībꝰ hoībꝰ ꝓ regibꝰ ⁊
ꝓ oībꝰ q̇ in ſblimitate ſūt ꝯſtituti.
vt q̇etā ⁊ trāqllā vitā agamꝰ in oī
pietate ⁊ caſtitate. h̄ em̄ bonū eſt ⁊
acceptū corā ſaluatoꝛe nr̄o dō qui
oēs hoīes vult ſaluos fieri ⁊ ad ag
Unus (nitiōē; vitat̓ venire. Tu.
ei dūs vnꝰ ⁊ mediatoꝛ dī ⁊ hoim hō

xp̄s ieſus q̇ dedit redēptiōē; ſemet
ipm̄ ꝓ oībꝰ. Cuiꝰ teſtioniū tp̄ibus
ſuis ꝯfirmatū eſt. i q̇ poſitꝰ ſū ego
p̄dicatoꝛ ⁊ apl's Veritatē dico non
mētioꝛ doctoꝛ gentiū in fide ⁊ veri
Volo ḡ viros oꝛare (tate. Tu.
in oī loco leuātes puras ma
nꝰ ſine ira ⁊ diſceptatōe. Similiter ⁊
mlīeres in hitu oꝛnato cū verecū/
dia ⁊ ſobrietate oꝛnātes ſe. ⁊ nō in
toꝛt̓ crinibꝰ aut auro aut marga/
rit̓ vl' veſte p̄cioſa ſ; qd decet mlīe/
res ꝓmittētes pietatē ꝑ opa bōa.
Mulier in ſilētio diſcat cū oī (Tu.
ſbiectōe. Docē aūt mlīeri nō ꝑmit
to neq; dn̄ari in viꝝ ſ; eē in ſilētio.
Adā em̄ p̄mꝰ foꝛmatꝰ eſt. deīn eua.
⁊ adā nō ē ſeductꝰ. mlīer aūt ſedu/
cta i p̄uaricatōe fuit. Saluabit̓ āt
ꝑ filioꝝ gn̄atiōē; ſi ꝑmāſerit i fide
⁊ dilectōe ⁊ ſctificatōe cū ſobrieta/
Fidel̓ ſmo. Si q̇s ep̄atū (te. Tu.
deſiderat bonū opꝰ deſiderat. Op
tet ei ep̄m irrep̄hēſibilē eē vnꝰ vx
oꝛis viꝝ. ſobriū. prudētē;. oꝛnatū.
pudicū. hoſpitalē. doctoꝛē. n̄ vino
lētū. n̄ ꝑcuſſoꝛē ſ; modeſtū. n̄ litigi
oſu;. n̄ cupidū. ſ; ſue domui bn̄ pre
poſitū. filios hn̄te; ſbditos cū oī ca
Si q̇s aūt ſue do (ſtitate. Tu.
mui p̄eſſe neſcit. quō eccl'ie dī
diligētia; hēbit. Nō neophitū ne i
ſupbiā elatꝰ. i iudiciū icidat diabo
li. Optet āt illū ⁊ teſtioniū hr̄e bo/
nū ab his q̇ foris ſūt. vt n̄ in obpro
briū incidat ⁊ i laqueū diaboli Tu
Dyacōes ſilr pudicos n̄ bilingues
n̄ mlt'o vino deditos. n̄ t̄pe lucꝝ ſec
tātes hn̄tes miſteriū fidi i ꝯſcia pu
ra Et hi āt ꝓbēt p̄mū. ⁊ ſic miſtrēt
nullū crimē hn̄tes. Mulieres ſilr
pudicas. n̄ detrahētes. ſobrias. fi/

deles. Dyacones in oibꝰ ſint uniꝰ
uxoris viri q̇ filijs ſuis bn̄ p̄ſint et
ſuis domibꝰ. Qui eī bn̄ miſtrauerit
gdū ſibi bonū acq̇ret. ac mltā fidu
Hec (ciā ī fide q̄ eſt ī xp̄o ihu. Tu.
tibi ſcribo. ſperās me vēire ad te ci
to. Si aūt tardauero. vt ſcias quō
oporteat te ī domo dī ꝯuerſari. q̄ eſt
ecclīa dī viui. colūna ⁊ firmamētū
vitatꝭ. Ineptas aūt ⁊ aniles fabu
las deuita. Exerce āt teipm ad pie
tatē. Nā corꝑalꝭ exercitatio ad mo/
dicū vtilis ē. Pietas āt ad oīa vtilꝭ
ē ꝓmiſſiōeꝫ hn̄s vite q̄ nūc ē ⁊ futē.

## Dn̄ica.v.pꝰ oct.epi. ⁊

ꝑ hebd̄.eiuſdē legunt̄ lcōes ſi opꝰ fue/
rit de eplīs ſeq̄ntibꝰ exceptꝭ ſex pri. le
ctōibꝰ q̄ legunt̄ in feſto tymoth̄.aplī.
⁊ h̄ ſi fuerit dn̄ica. vl tribꝰ pri. ſi fuerit
feria. Lc.pri. Tymo.ij.pri.

P Paulus apl̄s ihu xp̄i ꝑ vo/
luntatē dei ſc̄m ꝓmiſſionē
vite q̄ eſt in xp̄o ieſu timotheo cha
riſſimo filio gr̄a. mīa. ⁊ pax a deo
pr̄e ⁊ xp̄o ihu dn̄o nr̄o. Gras ago
dō meo cui ſuio ⁊ ꝓgenitoribꝰ in
ꝯſcīa pura ꝙ ſine intermiſſiōe ha
beā tui mēoriā in orōnibꝰ meis no
cte ⁊ die deſiderans te videre. Tu.
Mēor lachrimaꝝ tuaꝝ. vt gaudio
īplear recordatōeꝫ accipiens eiꝰ fidi
q̄ eſt ī te n̄ ficta. q̄ ⁊ hītauit p̄mū in
auia tua loyde et mr̄e tua eunice
certꝰ ſū aūt ꝙ ⁊ ī te. ꝓpter quā cau
ſaꝫ rogo te vt reſuſcites gr̄aꝫ dī q̄ ī
te ē ꝑ īpoſitōeꝫ manuū meaꝝ. Tu.
Nō eīm dedit nob̄ ds̄ ſpm̄ timoris
ſed vtutꝭ ⁊ dilectiōis ⁊ ſobrietatis.
Noli itaq꞉ erubeſcē teſtioniū dn̄i
nr̄i ihu xp̄i. neq꞉ me vinctū eiꝰ ſed
collabora euāgelio ſc̄m vtutē dei q̄
nos liberauit ⁊ vocauit vocatiōe
ſua ſctā nō ſc̄m oꝑa nr̄a. ſꝫ ſc̄m ſuū

Tu ergo fili (ꝓpoſitū ⁊ gr̄aꝫ. Tu.
T kme cōfortare in gr̄a q̄ eſt in
xp̄o ihu. ⁊ q̄ audiſti a me ꝑ multos
teſtes h̄ cōmēda fidelibꝰ hoibus q̄
ydonei erūt ⁊ alios docē. Labora ſi
cut bonꝰ miles xp̄i ieſu. Nēo mili/
tās dō īplicat ſe negocijs ſclaribꝰ.
vt ei placeat cui ſe ꝓbauit. Tu āt.
Nā ⁊ q̄ certat ī agone nō corona/
bit̄ niſi legittime certauerit. Labo
rantē agricolā oportet p̄mū de fru/
ctibꝰ accipe. Intellige q̄ dico. dabit
eīm tibi dn̄s in oibꝰ intellectū. Me
mor eſto dn̄m ihm xp̄m ſurrexiſſe
a mortuis ex ſemīe dauid ſc̄m euā
geliū meū. in q̄ laboro vſq꞉ ad vin
cula. q̄ſi male oꝑās. ſed vbū dei nō
Fidelis ſmo nā (ē alligatū. Tu.
ſi cōmortui ſumꝰ ⁊ ꝯuiuemꝰ. Su/
ſtinemꝰ ⁊ cōregnabimꝰ. Si nega/
uerimꝰ ⁊ ille negabit noſ. Si n̄ cre
dimꝰ ille fidelꝭ ꝑmanet. ſeipꝫ nega
re n̄ pōt. Hec cōmone teſtificās co

N Oli vbis ꝯtendē (rā dō. Tu.
nihil vtile ē niſi ad ſubuerſio/
nē audiētiū. Sollicite āt cura teip
ſum ꝓbabilē exhibē dō opariū in/
cōfuſibilē. recte tractātē vbū vita
tis. ꝓphana āt ⁊ vaniloq̇a deuita.
Mltū eī ꝓficiūt ad īpietatē ⁊ ſmo
eoꝝ vt cācer ſpit. Ex q̇bꝰ eſt hyme
neꝰ ⁊ philetꝰ q̇ a vitate exciderūt di/
cētes reſurrectōeꝫ eē iā factā ⁊ ſub
uerterūt q̇rūdā fidē. Sꝫ firmū fūda
mētū dei ſtat hn̄s ſigclm in h̄. Tu.
Cognouit dn̄s q̇ ſūt eiꝰ ⁊ deſcedāt ab
iniq̇tate oēs q̄ inuocāt nom̄ dn̄i. Iu
uenilia aūt deſideria fuge. ſectare
vō iuſticiā. fidē. caritatē ⁊ pacē. cū
his q̇ inuocāt nom̄ dn̄i dē corde pu/
ro. Stultas āt ⁊ ſine diſciplīa q̄ſtio
nes deuita. ſciens q꞉ generāt lites

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Seruū aūt dñi nō optet litigare.
ſ; māſuetū eſſe ad oēs. docibilē pa
tientē cū modeſtia corripientē eoſ
q̄ reſiſtūt veritati. neqn̄ d̄s det il/
lis penitentiā ad cognoſcendā ve/
ritatē. ⁊ reſipiſcāt a diaboli laque
is a q̄ captiui tenent̄ ſm ei⁹ volun
Hoc aūt ſcito q̄ in no (tatē. Tu.
uiſſimis dieb⁹ inſtabūt tp̄a p̄icu/
loſa ⁊ erūt hoīes ſeip̄os amantes
cupidi. elati. ſup̄bi. flagicioſi. blaſ/
phemi. parētib⁹ nō obediētes. in/
grati. ſceleſti ſine affectiōe ſine pa
ce. crimīatores. incōtinentes. imi/
tes. ſine benignitate. proterui. tu
midi voluptatū amatores magiſ
q̄; dei. hn̄tes ſpēm q̄dez pietat̄. vir
tutē aūt ei⁹ abnegātes. Et hos de
uita. Ex his em̄ ſūt q̄ penetrāt do/
mos. ⁊ captiuas ducūt muliercu/
las oneratas pctīs. q̄ ſeducuntur
varijs deſiderijs. ſp̄ diſcētes ⁊ nū/
q̄; ad ſciaz v̄itatis p̄ueniētes. Tu.
Quemadmoduz aūt iānes et
māb̄res reſtiterūt moyſi. ita
⁊ hij reſiſtūt veritati: hoīes corru
pti mēte. reprobi circa fidem. ſ; vl
tra nō p̄ficiēt. Inſipiētia em̄ eorū
manifeſta erit oībus. ſicut ⁊ illorū
Tu aūt aſſecut⁹ es meā (fuit. Tu.
doctrinā. inſtitutōez. p̄poſitū. fidez.
lōganimitatē. dilectionē. patien/
tiā p̄ſecutōes paſſiones q̄lia mihi
facta ſūt antiochie. yconio ⁊ liſtr̄.
q̄les p̄ſecutiōes ſuſtinui. ⁊ ex oīb⁹
eripuit me dñs Et oēs q̄ pie volūt
viuere in xp̄o ieſu p̄ſecutōez patiē
Mali aūt hoīes ⁊ ſedu/ (tur. Tu.
ctores p̄ficiēt in pei⁹. errātes ⁊ in
errorē mittētes. Tu v̄o p̄mane in
his q̄ didiciſti. ⁊ credita ſunt tibi ſci
ens: a q̄ didicer̄ Et q̄r ab īfantia ſa
cras lr̄as noſti. que te pn̄t inſtrue
re ad ſalutē p̄ fidez q̄ eſt in xp̄o ih̄u.
Oīs ei ſcp̄tura diuit⁹ īſpirata vtil'
eſt ad docendū. ad arguendum ad
corripiendū. ad erudiendū in diſci
plina. in iuſticia. vt p̄fect⁹ ſit hō dī
ad oīe op⁹ bonū inſtruct⁹. Tu āt
Teſtificor corā dō ⁊ ieſu xp̄o q̄
iudicatur⁹ ē viuos ⁊ mortuoſ
⁊ p̄ aduentū ip̄i⁹ ⁊ regnū ei⁹ p̄dica
v̄bū iſta optune ip̄tune argue. ob
ſecra. icrepa. in oī pacīa ⁊ doctrīa.
Erit em̄ tp̄s cū ſanā doctrīaz nō ſu
ſtiebūt ſ; ad ſua d̄ſideria coacerua
būt ſibi mgr̄os prurietes aurib⁹.
⁊ a v̄itate q̄dez auditū auertēt ad
fabulas aūt cōuertentur. Tu au.
Tu vero vigilia. in oībus labora
op⁹ fac euāgeliſte miſteriū tuū; ī/
ple: ſobri⁹ eſto. Ego em̄ iā delibor.
⁊ tp̄s reſolutōis mee inſtat. bonū
certamē certaui. curſu; ꝯſumma
ui. fidez ſuaui. In reliq̄ repoſita ē
michi corona iuſticie: qua; reddet
mihi dñs in illa die iuſt⁹ iudex. Nō
ſolū aūt mihi: ſ; ⁊ his q̄ diligūt ad/
Alexander erari⁹ (uentū ei⁹. Tu.
mlta mala mihi oñdit: reddet illi
dñs ſm op̄a eius: quē ⁊ tu deuita.
Valde em̄ reſtitit v̄bis nr̄is in p̄ri
ma mea defenſiōe nemo mihi af/
fuit. ſ; oīs me dereliquerūt: nō il
lis imputet̄. Dñs aūt mihi aſtitit
⁊ ꝯfortauit me vt p̄ me predicatio
impleat̄: ⁊ audiāt oēs gentes. ⁊ li/
berat⁹ ſu; de ore leonis. Tu autez.
Legat̄ immediate ſequēs ep̄la infra
ebdō. v. ſi op⁹ fuerit Le. p̄a. Tytū. j.
Paulus ſu⁹ dei. ap̄ls aūt ieſu
xp̄i ſm fidē electoꝝ dī ⁊ agni
tiōez v̄itatis que ſm pietatē eſt. in
ſpez vite etne quā p̄miſit q̄ nō mē

titur de⁹ añ tpa ſclaria. Maniſe/
ſtauit aũt tpib⁹ ſuis verbũ ſuũ in
p̄dicatiõe. que credita eſt mihi ſ̄m
p̄ceptũ ſaluatoris nr̄i dĩ. tyto dile
cto filio ſ̄m cõmunẽ fidẽ grã ⁊ par
a deo p̄re ⁊ xp̄o ihu ſaluatore nr̄o.
Sũt eñ m̄lti ⁊ inobediẽtes (Tu.
vaniloq̇ ⁊ ſeductores marie qui d̄
circũciſione ſunt q̄s optet redar/
gui q̇ vniuerſas domos ſ̄buertũt.
docẽtes q̄ nõ optet turpis lucri g̃/
Dixit q̇dã ex ill' ꝓp̄h⁹ eoꝝ (tia. Tu.
ꝓpha. Cretẽſes ſp̄ mẽdaces. male
beſtie. vẽtris pigri. Teſtimoniũ h̄
veꝝ eſt. Quã ob cauſaʒ increpa il/
los dure vt ſani ſint in fide. non in
tẽdẽtes iudaicis fabulis ⁊ mãdat͛
hoĩm auerſantiũ ſea v̇itate. Tu.

Omnia mũda mundis coinq̄
natis aũt ⁊ infidelib⁹ nihil ẽ
mundũ. ſʒ inq̇nate ſunt eoꝝ ⁊ mẽs
⁊ ꝯſcia. Confitent' ſe noſſe deuʒ. fa/
ctis aũt negãt euʒ ſint abominati
⁊ incredibiles. ⁊ ad om̄e op⁹ bonũ
Tu aũt loq̇re que (reprobi. Tu.
decent ſanam doctrinam. Senes
vt ſobrij ſint. pudici. prudẽtes. ſa/
ni in fide. in dilectiõe in patientia.
Anus ſilr̄ in habitu ſctõ. nõ cri/
minatrices nõ m̄lto vino ſuiẽtes
bñ docẽtes vt prudentiã doceant.
Iuuenes ſimilr̄ hortare vt ſobrij
In oĩbus teip̄m p̄be ex (ſint. Tu.
emplũ bonoꝝ operũ in doctrina. ĩ
integritate in g̃uitate. Verbũ ſa/
nũ irrep̄henſibile vt is q̇ ex aduer
ſo eſt vereat' nihil hñs malũ dice/
re de nob. Seruos dñis ſuis ſub/
ditos eſſe. in oĩbus placẽtes. nõ cõ
tradicentes. nõ fraudãtes ſʒ in oĩ/
bus fidẽ bonã oñdentes. vt doctri
nã ſaluatoris nr̄i dei ornent in oĩ/

Apparuit eñ grã (bus. Tu.
dĩ ⁊ ſaluatoris nr̄i oĩbus ho/
minib⁹ erudiẽs nos. vt abnegan/
tes impietatẽ ⁊ ſeclaria deſideria
ſobrie ⁊ iuſte ⁊ pie viuam⁹ in h̄ ſe/
culo. expectãtes btãʒ ſpem ⁊ aduẽ
tũ glie magni dei ⁊ ſaluatoris nr̄i
ieſu xp̄i. q̇ dedit ſemetip̄m ꝓ nobiſ
vt nos redimeret ab om̄i iniq̇tate
⁊ mũdaret ſibi ꝓp̄lm acceptabileʒ
ſectatorẽ bonoꝝ opeꝝ. h̄ loq̇re ⁊ ex
hortare ⁊ argue cũ om̄i imp̄io Ne
Ammone (mo te ꝯtemnat. Tu.
illos principib⁹ ⁊ poteſtatib⁹ ſub/
ditos eẽ. dicto obedire ad om̄e op⁹
bonũ patos eſſe. neminẽ blaſphe/
mare. nõ litigioſos eẽ ſʒ modeſtoſ.
oẽm oñdentes manſuetudinẽ ad
oẽs hoĩes. Eram⁹ eñ aliq̄n ⁊ nos
inſipientes. increduli. errãtes ſer
uiẽtes deſiderijs ⁊ voluptatibus
varijs. in malicia ⁊ inuidia agen/
tes: odibiles. odiẽtes inuiceʒ. Tu.
Cũ autez benignitas ⁊ hũanitas
appuit ſaluatoris nr̄i dei: non ex
opibus iuſticie q̄ fecim⁹ nos. ſʒ ſ̄m
miſc̄diaʒ ſuã ſaluos nos fecit. ꝑ la/
uacrũ regeneratiõis ⁊ renouatio
nis ſp̄ũſancti. quẽ effudit in nos
abũde ꝑ ihm xp̄m ſaluatorẽ nr̄m:
vt iuſtificati grã ip̄ius hẽdes ſim⁹
ſ̄m ſpeʒ vite eterne. Tu aũt.

Fidelis ſ̄mo ẽ Et d̄ his volo te
ꝯfirmare. vt curẽt bonis opib⁹ p̄/
eẽ q̇ credũt d̄o. Hec ſũt bõa ⁊ vtilia
hoĩb⁹. Stultas aũt q̄ſtiones ⁊ ge/
nealogias ⁊ ꝯtẽtiões ⁊ pugnas le
gis deuita. Sũt eĩ inutiles ⁊ vane.
Hereticũ hoĩeʒ p⁹ vnã ⁊ ſcdaʒ (Tu.
correptõeʒ deuita. ſciẽs q: ſubuiſuſ

eſt q̄ eiuſmōi eſt. ꝛ delinq̄t cū ſit ꝓ/
prio iudicio ↄdēpnat᷑. Cū miſero
ad te arteman aut tychicū. feſtina
ad me venire nycopolim. ibi eniꝫ
ſtatui hyemare. zenam legiſpitū
et appollo ſollicite p̄mitte: vt nihil
Diſcāt aūt ꝛ nr̄i (illis deſit. Tu.
bonis opib᷑ p̄eſſe ad vſus neceſſa
rios: vt nō ſint infructuoſi. Salu
tāt te q̄ mecū ſūt oēs. Saluta eos
q̄ nos amāt in fide. Gr̄a dei cū oi/
bus vob. Amē. Tu āt. ¶ Nota ſab/
bato añ. lxx. ſuabit̄ de dn̄a ꝑ oīa vt
ſup̄ notat̄ in cōmemoratōe eiuſdē ni
ſi feſtū. ix. lect. aut offi. īpediat. Sil'i
ter faciendūꝫ ſabbō ante. l. ¶ Nota ſi
ſi purifica. fuerit ꝓxio ſabbō añ. lxx
tūc nō ſeruat̄ cōmeōra. de dn̄a in illa
hebd. añ. lxx. ꝛc. Tñ fit cōmeōra. de
dn̄a in hebd. añ. l. etiā ſi purifica. fue
rit in ſabbato aut in dominica.

## Dn̄ica in. lxx. ad pri.

vſ. Añ. Bn̄dict᷑. cū cete. añ. et p̄s. ſi/
ne hy̆. Cap̄. Bn̄dict᷑ ds. cū v. vt in
pſal. Sup mḡt Añ. Hymnū can/
tate nob allła de cāticis ſyō allła q̄/
mō cātabim᷑ cāticū dn̄i in t̄ra alie
na allła ſeptuagita annis ſup flu/
mina babilonis ſedim᷑ ꝛ fleuim᷑
dū recordaremur ſyō allła ibi ſuſ/
pendim᷑ organa nr̄a allła. Colla.
Familiā tuā. vtſ. de dn̄ica ꝓxia pre
terita. Deiñ ſuff. cōſue. Bn̄dica᷑. d:
cū allła ter ꝛc. Ad cōpl. hy̆. Xp̄e q̄ lux
vt i pſal. Nota ꝙ allła d: adhuc. p᷑.
De᷑ i adiuto. ꝛ vbicūqꝫ ſolet dici vſ/
qꝫ p᷑ mediū noct. hui᷑ dn̄ice ad mat̄
incluſiue. Et deinceps nō. ¶ Nota ſi
feſtū. ix. le. nō celebre i foro inciderit i
dn̄icā. lxx. lx. aut. l. h̄ anticipabit̄ in
vj. feriā vł trāſfert̄ in. ij. aut. iij. feriaꝫ
ſeq̄n. Nota etiā ſi feſtū duple. aut ſe/
mid. aut ſimpł. ix. lec. fuerit in ſabbō
añ. lxx. aut. lx. ā. l. h̄ hꝫ. ij. vſ cū ſuff.
de dn̄ica ꝛ conſue. Si feſtū dupł. ā ſe
mid. ā ſimpł. ix. le. inciderit in. ij. fer̄.
p᷑. lxx. ā. lx. ā. l. h̄ hꝫ pri. vſ. cū ſuff.
de dn̄ica ꝛc. Si feſtū offi. venerit in
dn̄icaꝫ. lxx. lx. ā. l. illud nō ſuabit̄ ni/
ſi tm̄ dicat̄ d co ſuff. ad pri. ꝛ ad. ij. ve
ſꝑas ꝛ ad mat̄. vł trāſfert̄ ſi fieri pōt
in feriā. ij. nō obſtāte feſto. collecte vł
anticipabit̄ in vj. feriā precedentē niſi
ibi fuerit feſtū. ix. le. feſto coll. nō ob/
ſtāte. Si vo octa. btē agnetis incide
rit in dn̄icam. lxx. illa anticipabit̄ in
iij. fer̄. precedenteꝫ cū trib᷑ lcōnib᷑ vt
octa. docet ꝛ fiet memoria cū coll. tm̄
ad mat̄. de ſctis Emerētiana ꝛc.
¶ Nō ſi mat̄. hui᷑ dn̄ice media nocte
dicunt̄. tūc dicet̄ p᷑ De᷑ in adiu. All.
vt moris ē vtſ dcm̄ ē. Si vo circa di
em dicunt̄. tūc nō d: allła ꝫ loco ei᷑ di
cat̄ Laus tibi dn̄e rex et̄ne gl̄ie.

## Dn̄ica in. lxx. ad ma/

Preoccupem᷑ fa (tuti. Inuit.
ciē dn̄i. Et in pſalmis iubile/
m᷑ ei. pſ. Vēite. ¶ In pri. noct. ſup
p̄s. Btūs vir q̄ nō. cū cete. pſ. put in
pſal. ſignat̄. Añ. Bti q̄ in. Añ. Qui
ſaluos. Añ Inetnū. ¶ Le. pri. Geñ. j
In p̄ncipio creauit ds celū
ꝛ t̄raꝫ. Terra aūt erat ina
nis ꝛ vacua ꝛ tn̄bre erant
ſup faciē abyſſi ꝛ ſpūs dn̄i ferebat̄
ſup aq̄s. Dixitqꝫ ds. Fiat lux. Et fa
cta ē lux. Et vidit ds lucē ꝙ eēt bo/
na. ꝛ diuiſit lucē a tn̄bris. appella/
uitqꝫ lucē diē ꝛ tn̄bras noctē. Fcm̄
qꝫ ē veſꝑe ꝛ mane dies vn᷑. Tu āt.

℞. In principio creauit ds celū ⁊
terrā ⁊ ſpūs dn̄i ferebat̉ ſup aq̄s.
Et vidit deus cuncta que fecerat
⁊ erant valde bona. ꝟ. Igit̉ ꝑfecti
ſunt celi ⁊ terra ⁊ oīs ornatꝰ eorū.
Dixit quoqꝫ deꝰ . (Et. ¶ Le. ij.
Fiat firmamentū in medio
aquarū ⁊ diuidat aq̄s ab aq̄s. Et
fecit deꝰ firmamentū. diuiſitqꝫ a-
quas q̄ erant ſub firmamento ab
his q̄ erāt ſup firmamentū. Et fa-
ctū eſt ita. Vocauitqꝫ ds firmamē-
tū celū. Et factū eſt veſpe ⁊ mane
dies ſcd's. Tu. ℞. In p̄ncipio fecit
ds celū ⁊ terrā ⁊ creauit i ea hoiez.
Ad imaginē ⁊ ſiſitudinē ſuam. ꝟ.
Formauit igit̉ dn̄s hoiem de limo
terre ⁊ inſpirauit in faciez eiꝰ ſpi-
raculum vite. Ad. ¶ Le. iij.
Dixit v̄o deus. Congregētur
aque que ſub celo ſūt in locū vnū
⁊ appareat arida. Et factū eſt ita.
Et vocauit deꝰ aridā terrā. Cōgre-
gationeſqꝫ aquaꝝ appellauit ma-
ria. Et vidit deꝰ ꝙ eſſet bonū ⁊ ait
Germinet terra herbā virentē ⁊
facientē ſemen ⁊ lignū pomiferū
faciens fructū iuxta genꝰ ſuū cuiꝰ
ſemē in ſemetipſo ſit ſup terrā. Et
vidit deꝰ ꝙ eſſet bonū. Et factū eſt
veſpe ⁊ mane dies tercius. Tu āt.
℞. Formauit igit̉ deꝰ hoiem de li-
mo terre ⁊ inſpirauit in faciē eiuſ
ſpiraculū vite. Et factꝰ eſt hō in a-
nimā viuentē. ꝟ. In p̄ncipio fecit
deꝰ celū ⁊ terrā ⁊ plaſmauit in ea
hoiem. Et. Glia. Et fa. ¶ In. ij. no-
ctur. Sup. ps. Conſer. xx. vt i pſal.
An̄. Tribue nob. An̄. Inclina. An̄.
Virtus noſtra. ¶ Le. iiij.
Dixit aūt deꝰ. Fiant lumiaria
in firmamento celi. ⁊ diuidant di-
em ⁊ noctē ⁊ ſint i ſigna ⁊ tp̄a ⁊ di-
es ⁊ annos vt luceant in firmamē-
to celi ⁊ illuminent terrā. Et factū
ē ita. Fecitqꝫ deꝰ duo lumiaria ma-
gna. luminare maiꝰ vt p̄eſſet diei
⁊ luminare minꝰ vt p̄eſſet nocti. ⁊
ſtellas. Et poſuit eas in firmamē-
to celi. vt lucerent ſup terrā vt pre-
eēnt diei ac nocti. ⁊ diuiderēt lucē
ac tenebras. Et vidit deꝰ ꝙ eēt bo-
nū. ⁊ factū eſt veſpe ⁊ mane dies
quartꝰ. Tu aūt. ℞. Tulit ergo do-
minꝰ hoiez ⁊ poſuit eū in ꝑadiſuz
voluptatis. Vt operaret̉ ⁊ cuſtodi-
ret illū. ꝟ. Plātauerat āt dn̄s de-
us ꝑadiſuz voluptatis a p̄ncipio
in q̊ poſuit hominē quē formaue-
rat. Vt. ¶ Le. v.
Dixit etiā deꝰ
Producant aq̄ reptile aīe vi-
uentꝰ. ⁊ volatile ſup t̄rā ſub firma-
mēto celi. Creauitqꝫ ds cete grādia
⁊ oēm aīaꝫ viuentē atqꝫ motabilē
quā ꝓduxerāt aq̄ i ſpēs ſuas. ⁊ oē
volatile ſecūduꝫ genꝰ ſuū. Et vidit
ds ꝙ eſſ; bonū bn̄dixitqꝫ eis dicēs
Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ reple-
te aquas maris aues quoqꝫ mul-
tiplicent̉ ſup terrā. Et factū eſt ve-
ſpere ⁊ mane dies q̇ntus. Tu aūt.
℞. Dixit dn̄s deꝰ non eſt bonū eē
hoiem ſolū. Faciamꝰ ei adiutoriū
ſiſe ſibi. ꝟ. Ade v̄o non inueniēba-
tur adiutor ſiſis ei dixit v̄o deꝰ. Fa-
ciā. ¶ Le. vj.
Dixit quoqꝫ deus
Producat terra aīam viuentē
in genere ſuo: iumēta. reptilia et
beſtias t̄re ſ̄m ſpēs ſuas. Factūqꝫ ē
ita. Et fecit deꝰ beſtias t̄re ſ̄m ſpe-
cies ſuas. iumenta ⁊ om̄e reptile
terre in genere ſuo. Et vidit deꝰ ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſſet bonū ⁊ ait. Faciamꝰ hoīez ad imaginē ⁊ ſiſitudinē nr̄am vt pre ſit piſcibus maris ⁊ volatilibꝰ celi ⁊ beſtijs vniuerſeq; creature om/ niq; reptili qd̓ mouet̓ in terra. Tu aūt. ℟. Immiſit dn̄s ſoporem in adā ⁊ tulit vnā de coſtis eiꝰ ⁊ edifi cauit coſtā quaz tulerat de adā in mulierē ⁊ adduxit eā ad adā vt vi deret qd̓ vocaret eam. Et vocauit nomē eius virago q: de viro ſum pta eſt. ℣. Hoc nūc os ex oſſibꝰ me is ⁊ caro d̓ carne mea. Et. Gl̓a Et.

¶ In .iij. noct̓. Sup p̄s. Celi enar. ⁊c̄. vt in pſal̓. An̄. Legis tue do. An̄. Exaudi nos. An̄. Preueni. Scd̓m

Il. tpe. Di. (Matth. ca. xx. Nil. tpe. Di. ie. di. ſ. ꝑabolaz hanc. Siſe eſt regnū celoꝝ homini prīfamilias q̇ exijt primo mane cōducere ope/ rarios in vineā ſuā. Et rel̓. Omel̓.

Regnū (beati Grego. pa. de ea. celoꝝ prīfamilias ſiſe dicit̓ q̇ ad excolendā vineā ſuaz oꝑarios ꝯducit. Quis vero prīfamilias ſiſi tudinē rectius tenet q̄ꝫ cōditor no/ ſter. q̇ hꝫ vineaz vniuerſam ſcꝫ ec/ cleſiaz. que ab abel iuſto vſq; ad vl timū electū qui in fine mūdi naſci turus eſt. quot ſanctos ꝓtulit q̄ſi tot palmites miſit. Hic itaq; prīfa/ milias ad excolendā vineā ſuam mane hora tertia. ſexta. nona ⁊ vn decima. oꝑarios ꝯducit. q: a mun di huiꝰ initio vſq; ad finē ad erudi endā plebē fideliū p̄dicatores con gregare nō deſiſtit. Tu. ℟. Cum deambularet dn̄s in ꝑadiſo ad au rā pꝰ meridiē clamauit ⁊ dixit adā vbi es audiui dn̄e vocē tuā. Et ab ſcondi me. ℣. Dn̄e audiui auditū tuū ⁊ timui cōſideraui oꝑa tua et expaui. Et.

Mane (¶ Le. viij. etem mdi fuit ab adā vſq; ad noe. Hora vero tertia a noe vſq; ad abraā. Sexta v̓o ab abraā vſq; ad moyſen. Nona aūt a moyſe vſ q; ad aduentū dn̄i. Vndecima v̓o ab aduentu dn̄i vſq; ad finē mūdi. in q̄ p̄dicatores ſcti apl̄i miſſi ſūt: q̇ mercedē plenā ⁊ tarde veniētes accepert. Ad erudiendā ḡ dn̄s ple/ bē ſuā q̄i excolendā vineā ſuā nul lo tpe deſtitit oꝑarios mittere: q̇a ⁊ p̄us ꝑ prēs. ⁊ poſtmodū ꝑ legis doctores ⁊ ꝓphas: ad extremū; v̓o ꝑ apl̄os. dn̄ plebis ſue mores exco luit. q̄ſi ꝑ oꝑarios in vinee cultu/ ra laborauit. Tu āt. ℟. In ſudore vultuſ tui veſceris pane tuo dixit dn̄s ad adā cū oꝑatꝰ fueris terrā. Nō dabit fructꝰ ſuos ſed ſpinas ⁊ tribulos germinabit tibi. ℣. Pro eo qd̓ obediſti voci vxoris tue pluſ q̄ꝫ mee maledicta terra in oꝑe tuo

Operator ḡ ma (Nō. ¶ Le. ix. ne hora tcia. ſexta ⁊ nona an tiquꝰ ille ⁊ hebraicꝰ ꝓpl̓s deſignat̓. q̇ in electis ſuis ab ip̄o mūdi exor/ dio dū recta fide deū ſtuduit cole/ re q̄ſi nō deſtitit ī vinee cultura la borare. Ad vndecimā v̓o gentiles vocant̓: quibꝰ ⁊ dicit̓. Quid hic ſtatꝭ tota die ocioſi? Qui eni̅ trāſacto tā lō go mundi tpe ꝓ vita ſua laborare neglexerāt: q̄ſi tota die occioſi ſta/ bāt. Sed pēſate frēs: qd̓ inq̄ſiti rn̄ deāt. Dicūt ei: q: nēo nos ꝯduxit. Nullus q̇ppe ad eos prīarcha: nul lus ꝓpha venerat. Et qd̓ eſt dicere ad laborem nemo nos ꝯduxit: niſi q: vite nob̄ vias nl̓s p̄dicauit. Tu.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

℞. Ubi eſt abel frat̄ tu⁹ dixit dn̄s
ad caym neſcio dn̄e nunq̄d cuſtos
fr̄is mei ſu; ego ⁊ dixit ad eū q̄d fe/
ciſti Ecce vox ſanguis fr̄is tui abel
clamat ad me de terra. ℣. Male/
dicta t̄ra in ope tuo q̄ apuit os ſu/
um ⁊ ſuſcepit ſanguinē fratr̄ tui
de manu tua. Ecce. Gl̄ia. Deinde
repetit̄ immediate ℞. Ubi. Te deū.
nō d̄r. Sciēdū tn̄ ꝙ ſi media nocte di
cunt̄ mat̄. tunc d̄r. Te deū. Et p⁹ De
us i adiuto. d̄r alla. Et d[...] cunt̄ laud
Induit⁹ eſt. ps̄. Dn̄s regna. cū cete.
an̄. ⁊ ps̄. vt in pſal̄. ⁊ tūc d̄r etiā ſuper
bn̄. an̄. Hymnū canta. vts̄. ſine vl/
timo alla. cū Cap̄. et coll̄a vt infra.
Si v° mat̄. cantant̄ circa diē tūc nō
d̄r. Te deū. ſ; nonū ℞. repetit̄ imme/
diate p⁹ Gl̄ia loco Te deū. ¶ Nota
ꝙ Te deū. non d̄r ab hac die vſq; ad
diē paſce excluſiue exceptis tm̄ feſtis
dupl̄. et ſemid̄. in quib⁹ d̄r Te deū. et
Gl̄ia in excelſ. ſ; loco Te deū. repeti
tur. ix. ℞. vts̄. īmediate dc̄m eſt. In
feſtis v° officia. et collecta. ⁊ feriali/
bus dieb⁹ qn̄ noct̄. fiūt̄ nō repetitur
iij. ℞. ſ; poſt Gl̄ia. dc̄ā repetitiōe ter
cij ℞. dicet̄. v. an̄ lau. Deīn laud. ⁊c.
¶ Nota etiā ꝙ ab hac die vſq; ad pa
ſca nō d̄r poſt De⁹ in adiuto. alla. ſ;
loco ei⁹ dicet̄ Laus tibi dn̄e ⁊c. vts̄.
Si v° habuerit aliq̄ an̄. all̄a loco illi
us dicet̄ In eternū. ¶ Ante laud. ℣.
Exaltar̄ do. vt i pſal̄. Ad laud. ſi cir

Miſerere mei (ca diē cantat̄. An̄
Mi Deus ⁊ a delicto meo mūda me
quia tibi ſoli peccaui. ps̄. Miſerē
mei de⁹ ſcd̄m. iſte ps̄ d̄r dn̄icis diebus
vſq; ad paſce loco ps̄. Dn̄s reḡ. An̄
Confitebor tibi dn̄e qm̄ exaudiſti
me. ps̄. Confitemi. ℞. xxxiiij. i ps̄.
q̄ d̄r etiā dn̄icis dieb⁹ vts̄. loco ps̄. Iu
bilate An̄. De⁹ d̄s me⁹ ad te d̄ luce
vigilo q: fact⁹ es adiutor me⁹. (ps̄.
Deus de⁹ meus. An̄. Bn̄dict⁹ es
in firmamēto celi ⁊ laudabilis in
ſcl̄a deus nr̄. ps̄. Bn̄dicite. An̄. lau
date. ps̄. laudate vt. j. q̄ in eccl̄a nr̄a
Colon̄. canit̄ h cū additionib⁹ infra
poſitis. ⁊ ſub ſpāli melodia tm̄ in hac
dn̄ica ⁊ ſeq̄nte. al̄s nō. Si v° feſtū ce
lebre in foro alicui⁹ ſcti ſeruat̄ in iſtis
dn̄icis tūc canit̄ idē ps̄. more cōſueto.
et nō vt infra notat̄. ¶ Et nota ſi ma
tuti. cātant̄ media nocte tūc hac die
tm̄ dicet̄ loco laudate deū. All̄a. ſel̄.
Et loco laudate dn̄m. laudate de
um. d̄r All̄a bis. Et loco laudēt ill.
⁊c. All̄a ter. ⁊ ſic cōſeq̄nter. Seq̄t̄ ps̄

Laudate dn̄m de celis. lauda/
te eū in excelſ: laudate deū.
Laudate eū om̄s angeli ei⁹. lau/
date eū oēs virtutes ei⁹: laudate
dn̄. laudate deū. Laudate eū ſol
⁊ lūa. laudate eū oēs ſtelle ⁊ lumē
laudent illū celi terra mare ⁊ oīs
creatura ei⁹. Laudate eū celi ce/
lor. et aque q̄ ſup celos ſūt laudēt
nomē dn̄i: laudate deū. Quia ip
ſe dixit ⁊ facta ſunt. ip̄e mādauit ⁊
creata ſunt: laudate dn̄m. lauda/
te deū. Statuit ea in ſcl̄m ⁊ in ſe/
culū ſeculi. p̄ceptū poſuit ⁊ nō pre
teribit: laudent il. ce. ter. ma. ⁊ oīſ
crea. ei⁹. Laudate dn̄m de terra.
dracones ⁊ oēs abyſſi: laudate de
um. Ignis grādo nix glacies ſpi/
ritus p̄cellar. que faciūt verbum
ei⁹: laudate dn̄m. laudate deum.
Montes ⁊ oēs colles. ligna frucți
fera ⁊ oēs cedri: laudent il. ce. ter.
ma. ⁊ om̄is creatu. eius. Beſtie ⁊

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vniuerſa pecora: ſerpẽtes ⁊ volu/
cres pẽnate. laudate deũ. Reges
t̃re ⁊ oẽs ppli. p̃ncipes ⁊ oẽs iudices
terre. laudate dñm. laudate deũ.
Iuuenes ⁊ v̓gines ſenes cũ iuni/
orib⁹ laudent nomẽ dñi: q: exalta
tũ eſt nomẽ ei⁹ ſolius laudẽt il. ce.
ter. ma. ⁊ oĩs crea. ei⁹. Cõfeſſio ei⁹
ſup celũ ⁊ terrã. ⁊ exaltauit cornu
ppli ſui: laudate deũ. Hymn⁹ oĩ/
bus ſctĩs ei⁹. filijs iſrl̃ pplo appropi
quãti ſibi: laudate dñm. laudate
deũ. Cantate dño canticu; nouũ.
laus ei⁹ in eccl̃ia ſctõꝝ. laudent il.
ce. ter. ma. ⁊ oĩs cre. ei⁹. Letetur
iſrl̃ in eo q̇ fecit eũ. ⁊ filie ſyon exul
tent in rege ſuo: laudate deum.
Laudent nomen ei⁹ in choro. in
tȳpano ⁊ pſalterio pſallãt ei: lau
date dñm. laudate deũ. Quia bñ/
placitũ eſt dño in pplo ſuo. ⁊ exalta
bit mãſuetos in ſalute; laudẽt il.
ce. ter. ma. ⁊ oĩs crea. ei⁹. Exulta/
bũt ſancti in gl̃ia. letabunt in cubi
lib⁹ ſuis: laudate deũ. Exultatio
nes dei in gutture coꝝ. ⁊ gladij an
cipites ĩ manib⁹ coꝝ: laudate do/
minũ. laudate deũ. Ad facienda;
vindictã in nationib⁹. increpatio
nes in pplis: laudent il. ce. t̃. ma. ⁊
oĩs crea. ei⁹. Ad alligãdos reges
eoꝝ in cõpedib⁹. ⁊ nobiles eorũ in
manic; ferreis: laudate deu;. Ut
faciãt in eis iudiciũ ↄſcriptũ. gl̃ia
h̃ eſt oĩbus ſanctis ei⁹: laudate do
minũ. laudate deũ. Laudate do/
minũ in ſctĩs ei⁹. laudate eũ in fir
mamẽto virtutis ei⁹: laudent il.
ce. t̃. ma. ⁊ oĩs crea. ei⁹. Laudate
eũ in virtutib⁹ eius. laudate eum
ſ̃m multitudinẽ magnitudis ei⁹:
laudate deũ. Laudate eũ in ſo/
no tube. laudate eũ in pſalterio ⁊
cythara: laudate dñ;. laudate de/
um. Laudate eũ in tȳpano ⁊ cho
ro. laudate eũ in cordis ⁊ organo:
laudent il. ce. t̃. ma. ⁊ oĩs crea. ei⁹.
Laudate eũ in cymbalis bñ ſo/
nantib⁹. laudate eu; in cymbalis
iubilationis. oĩs ſpũs laudet dñ;:
laudate deũ. Gloria prĩ ⁊ filio. et
ſpũiſctõ: laudate dñm. laudate de
um. Sicut erat in p̃ncipio ⁊ nũc
⁊ ſemp. ⁊ in ſcl̃a ſcl̃oꝝ amẽ: laudẽt
illũ celi terra mare ⁊ oĩs creatura
ei⁹. Seũ Añ. laudate deũ. Capm̃.
Nesciitis q̄ hij Corinth. p̃ri. ix.
qui in ſtadio currũt: oẽs qui
de; currũt. ſed vn⁹ accipit brauiũ.
ſic currite vt cõprehendatis. Deo.
ꝟ. Dñe refugi. Si media nocte di/
cũtur mat. tũc d̾: Sup bñ. añ. Hym
nũ canta. vrs̃. ⁊ tũc vltimum all̃a.
iſtius añ. nõ d̾. Si vo circa diẽ mat.
dicũtur tũc d̾: ſup bñd̾. Añ. Simile eſt
regnu; celoꝝ homĩ prĩfamilias q̇
exijt primo mane ↄducere opari/
os in vineã ſuã dicit dñs. ¶ Collec.
Preces ppl̃i tui q̄ms dñe clem̃
ter exaudi. vt q̇ iuſte p pctĩs
nr̃is affligimur p cui nois gloria
misericorditer liberemur. P. Se/
inde ſuff̃r. conſue. ſed loco Tria ſunt
munera. d̾: Añ. Videntes ⁊c̃. Ad
primã. Deus in adiuto. ⁊c̃. ſine all̃.
Hẏ. Jam lucis. ps̃. Deus d̾s me⁹
reſpice. cum cete. Sed nota q̄ dñic;
diebus qñ noct̃. ſeruat̃ a. lxx. vſq; ad
dñicã palmarũ incluſiue dicet̃ ad pri
ma; ps̃. Dñs regna. deco. loco ps̃.
Confitemini. Ceter̃. vt in pſal̃. Ad
iij. vj. ⁊. ix. tã dñicis q̄ȝ feriatis dieb⁹

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſeruabitur per oĩa vt in pſal. Sed
ad .iv. tm̃ dñicis diebus qñ noct. ha
tur vſq ad .xl. dicet. ℞. Spes mea.
⁊c. vt in pſal. Capm. ⁊ Coll. ad hos
hac die vt i mat. ¶ In .ij. vs. añ. Se
de a dextris meis. ps. Dixit dñs.
cũ ceter. añ. ⁊ ps. vt in pſal. que vide/
licz añe dicunt dñicis dieb⁹ vſq ad fe
ſtũ paſce excluſiue. exceptis qñ vs. d
ſanctis cantat. Hy⁹. Lucis creator
Cap. ⁊ coll. vts. in laud. ℣. Diriga/
tur dñe orõ. Sup magt añ. Siſe ẽ
regnũ celorꝝ. vts. Suffr. cõſue. Ad
compl. vt in pſal. excepto q p⁹ Deꝰ
in adiuto. ⁊ ad vltimũ ps. nõ dicit
alla. ſed loco ipſi⁹ dicet Laus tibi do
mine rex eterne glie. Ita ſeruabit
vſq ad vigiliã paſce ſiue de ſanctis ſi
ue de tpe canit. ¶ Nota oĩa feſta of
ficiata ⁊ collectaruz ſeruant ab hinc
vſq ad diẽ cinerũ excluſiue exceptis
dñicis dieb⁹. Seruabit etiã de pro/
nis in ferijs ſuis eodẽ tpe vſq ad diẽ
pdictũ. Seqntes añe cantãde ſunt p
hebd. Sup bñ. ⁊ mgt qñ de tpe canit
Si vo de ſctis canit tũc ſuffragatur
poſt coll. feſti vna d eis q ſequit in or
dine tã ad pri. ⁊ .ij. vs. qz ad mat. pce
dente. ℣. Dirigat. ad vs. ⁊ ℣. Reple
ti ſumꝰ. ad mat. cũ coll. ſp de p xiori
dñica pcedẽte. Deiñ ſuff. cõſue. ¶ Fe
ria .ij. Sup bñ. aut p ſuff. Añ. Ite ⁊
vos i vineã meã et qd iuſtũ fuerit
dabo vob. Sup magt. Añ. Circa
vndecimã horã vo exijt prfamili/
as foras ⁊ inuenit alios ocioſos ſtã
tes ⁊ illis dixit ite et vos in vineaz
meam. ¶ Feria .iij. Sup bñd. Añ.
Quid hic ſtatis tota die ocioſi rñ/
derũt ⁊ dixerũt nemo nos ↄduxit.
Sup magt Añ. Dixit prfamilias
oparijs ſuis qd hic ſtatis tota die
ocioſi at illi rñdentes dixerunt q̇a
nemo nos ↄduxit ite in vineã me/
am ⁊ qd iuſtũ fuerit dabo vobis.
¶ Feria .iiij. Sup bñd. Añ. Uoca
oparios ⁊ redde illis mercedẽ ſuã
dicit dñs. Sup magt. Añ. Hij no/
uiſſimi vna hora fecerũt et pares
illos nobis feciſti q portauimꝰ pon/
dus diei ⁊ eſtꝰ. ¶ Feria .v. Sup bñ.
Añ. Dixit prfamilias amice non
facio tibi iniuriã nõne ex denario
ↄueniſti mecũ tolle qd tuũ eſt ⁊ va
de. Sup mgt Añ. Non licet mihi
facere qd volo an oculus tuus ne
quã eſt q: ego bonꝰ ſum dicit dñs.
¶ Feria .vj. Sup bñd. Añ. Amice
non facio tibi iniuriã nonne ex de
nario cõueniſti mecũ tolle qd tuũ
eſt ⁊ vade. Sup mgt añ. Sic erũt
nouiſſimi primi ⁊ pmi nouiſſimi.
mlti eñ ſunt vocati pauci vo electi
¶ Sabbo ſup bñ. Añ. Erũt primi
nouiſſimi ⁊ nouiſſimi pmi. multi
ſũt ei vocati pauci vo electi dic dñs

## Feria ſcda poſt .lxx.

⁊ ceterꝭ ferijs p hebd. qñ de feria canit
Ad mat. Inuit. añ. ps. ℣. lau. hym.
Capm. ℣. ⁊ ad hos ſiliter ad vs. om
nia vt in pſal. ℞. ſumunt de hyſto.
In pncipio. ſm ordinẽ vts. Lcões
vt infra. Si vo in dñica fuerit feſtũ
alicu⁹ ſcti celebre in foro tũc ille lcões
i dñica dicunt hic p trib⁹ lcõib⁹ ⁊ ſeqn
tes lcões dicunt feria .iij. cũ eiuſdez
ferie lcõnib⁹. etiã p trib⁹ ⁊ ſic cõſeqnt.
Et creauit deꝰ ho ¶ Le. pri.
minẽ ad imaginẽ ⁊ ſilitu
dinẽ ſuam. ad imaginem
dei creauit illum maſculuz ⁊ femi

r

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nā creauit eos. Bñdixitqꝫ illis deꝰ
⁊ ait. Creſcite ⁊ multiplicamini et
replete terrā ⁊ ſubijcite eā ⁊ dña/
mini piſcibꝰ maris ⁊ volatilibus
celi ⁊ vniuerſis animātibus que
mouent̓ ſup terrā. Tu. ¶Lc. ij.
Dixitqꝫ deꝰ. ecce dedi vob oēꝫ her
bā afferentē ſemē ſup terrā ⁊ vni
uerſa ligna q̄ hñt in ſemetipis ſe/
mentē generis ſui vt ſint vobiſ in
eſcā ⁊ cunctis animantibus terre
omīqꝫ volucri celi ⁊ vniuerſis que
mouent̓ in terra. ⁊ in quibꝰ eſt aīa
viuens vt habeant ad veſcenduꝫ.
Et factū eſt ita. Viditqꝫ deꝰ cuncta
que fecerat ⁊ erāt valde bona. Et
factū eſt veſpe ⁊ mane dies ſextꝰ.
Igitur pfecti ſunt( Tu. ¶Lc. iij.
celi ⁊ terra ⁊ oīs ornatꝰ eoꝝ. Com/
pleuitqꝫ deꝰ die ſeptimo opus ſuū
qḋ fecerat ⁊ requieuit in die ſepti/
mo ab vniuerſo ope qḋ patrarat.
Et bñdixit diei ſeptimo ⁊ ſanctifi/
cauit illuꝫ. qꝛ in ipo ceſſauerat ab
vniuerſo ope qḋ creauit deꝰ vt fa/
ceret. Tu aūt. ¶Lect. prima.
Iſte ſunt generatiōes celi et
terre qn̄ create ſunt in die quo fe/
cit deꝰ celū ⁊ terrā ⁊ omē virgultū
agri. anteq̄̄ oriret̓ in terra oēmqꝫ
herbā regionis priuſq̄ꝫ germina/
ret. Non em̄ pluerat dñs deꝰ ſup
terrā ⁊ hō non erat qui opararetur
terraꝫ. ſed fons aſcendebat e ter/
ra irrigās vniuerſaꝫ ſupficiē ter/
Formauit igit̓ (re. Tu. ¶Lect. ij.
dñs deꝰ hoīem de limo terre. ⁊ in/
ſpirauit in faciē eiꝰ ſpiraculuꝫ vi/
te. ⁊ factꝰ eſt homo in aīam viuen
tē. Plantauerat aūt dñs deꝰ para
diſum voluptatis a principio in q̄
poſuit hominē queꝫ formauerat.
Produxitqꝫ dominꝰ de humo om/
ne lignū pulcruꝫ viſu ⁊ ad veſcen/
dum ſuaue. lignū etiaꝫ vite in me
dio padiſi lignūqꝫ ſcie boni ⁊ mali
Et fluuius egrediebat̓ de loco vo/
luptatis ad irrigandū padiſum q̄
inde diuidit̓ in q̄ttuor capita. Tu.
Tulit ergo dñs deus ho ¶Lc. iij.
minē ⁊ poſuit euꝫ in padiſum vo/
luptatis vt oparetur ⁊ cuſtodiret
illum. Precepitqꝫ ei dicens Ex om
ni ligno padiſi comede. d̓ ligno au
tē ſcientie ne comedes. In quocū/
qꝫ em̄ die cōederis ex eo. morte mo
rieris. Tu aūt. ¶Lect. prima.
Dixit quoqꝫ dñs deꝰ. Non eſt
bonū hominē eſſe ſolum faciamꝰ
ei adiutoriū ſile ſibi. Formatis igi
tur dñs deꝰ de humo cunctis ani/
mātibꝰ terre ⁊ vniuerſis volatili
bus celi adduxit ea ad adā. vt vide
ret quid vocaret ea. Omne em̄ qḋ
vocauit adā anime viuentis ipm
eſt nomen eius. Appellauitqꝫ adaꝫ
nominibus ſuis cuncta animan/
tia ⁊ vniuerſa volatilia celi. ⁊ om
nes beſtias terre. Ade vero nō in/
ueniebatur adiutor ſimilis eius.
Immiſit ergo domi (Tu. ¶Lc. ij.
nus ſaporem in adam. Cūqꝫ autē
obdormiſſet tulit vnā de coſtis eiꝰ
et repleuit carnem p ea. Et edifi/
cauit dominus deus coſtam quaꝫ
tulerat de adam in mulierꝫ ⁊ ad/
duxit eam ad adam. Tu. ¶Lec. iij.
Dixitqꝫ adam. hoc nūc os de oſſi/
bus meis ⁊ caro d̓ carne mea Hec
vocabitur virago. quoniā de viro
ſumpta eſt. Quāobrē relinquet
homo patrem ſuū ⁊ matrē ſuam

⁊ adherebit vxoꝛi ſue ⁊ erunt duo
in carne vna. Erat aũt vterqꝫ nu/
dus. adã ſcꝫ ⁊ vxoꝛ eiꝰ ⁊ non erube
ſcentes. Tu aũt. ¶Le. pri.
SEd et ſerpens erat callidioꝛ
cunctis animantibꝰ terre que fe/
cerat dñs deꝰ. Qui dixit ad mulie/
rẽ. Cur precepit vobis deus vt nõ
comederetis de om̃i ligno ꝑadiſi?
Cui reſpondit. De fructu lignoꝛũ
que ſunt ĩ ꝑadiſo veſcimur. de fru
ctu vo ligni qđ eſt in medio para/
diſi precepit nobꝭ deus ne comede/
remus. ⁊ ne tãgeremꝰ illud ne foꝛ
Dixit aũt (te moꝛiamur T. Le. ij.
ſerpẽs ad mulierẽ. Nequaqꝫ moꝛ/
te moꝛiemini. Scit em̃ deꝰ qđ in q̃/
cunqꝫ die comederetis ex eo aperi
entur oculi veſtri ⁊ eritis ſicut dij
ſcientes bonũ ⁊ malum. Vidit igi
tur mulier ꝙ lignũ eſſet bonũ ad
veſcendũ ⁊ pulcrũ oculis aſpectu
qꝫ delectabile ⁊ tulit de fructu illiꝰ
⁊ comedit deditqꝫ viro ſuo. qui co/
medit ⁊ aperti ſunt oculi amboꝝ.
Cunqꝫ cognouiſſent (Tu. Le. iij.
ſe eſſe nudos ꝯſuerunt folia ficus
⁊ fecerunt ſibi perizomata. Et cuꝫ
audiſſent vocem dñi dei deambu
lantis in ꝑadiſo ad aurã poſt me/
ridiem abſcondit ſe adã ⁊ vxoꝛ eiꝰ
a facie dñi dei in medio ligni para
Vocauitqꝫ (diſi. Tu. ¶Le. pri.
dñs deꝰ adaꝫ ⁊ dixit. Vbi es?
Qui ait. Vocẽ tuaꝫ dñe audiui in
paradiſo ⁊ timui. eo ꝙ nudus eſ/
ſem ⁊ abſcondi me. Cui dixit dñs.
Quis indicauit tibi ꝙ nudus eẽs
niſi ꝙ ex ligno de quo preceperã ti
bi ne comederes comediſti? Dixit
qꝫ adã. Mulier quã dediſti michi.
ſociaꝫ dedit mihi de ligno ⁊ come/
di. Et dixit dñs deꝰ ad mulierem.
Quare hoc feciſti? Que reſpõdit
ſerpens decepit me ⁊ comedi. Tu.
Et ait dñs deus ad ſerpen Le. ij.
tem. Quia feciſti hoc maledictus
eris inter oĩa animãtia ⁊ beſtias
terre. Sup pectus tuũ gradieris
⁊ terrã comedes cũctis diebꝰ vite
tue. Inimicicias ponaꝫ inter te et
mulierẽ. ⁊ ſemen tuuꝫ ⁊ ſemẽ illiꝰ
Ipſa conteret caput tuũ ⁊ tu inſi/
diaberis calcaneo eiꝰ. Mulieri q̊ꝫ
dixit. Multiplicabo erũnas tuas
⁊ conceptus tuos. In doloꝛe pari/
es filios. ⁊ ſub viri ꝑtãte eris ⁊ ip/
ſe dñabitur tui. Tu aũt. Lectio. iij.
Ade vero dixit. Quia audiſti vo/
cẽ vxoꝛis tue ⁊ comediſti de ligno
ex quo ꝑceperã tibi ne comederes
maledicta terra in oꝑe tuo. In la/
boribꝰ comedes ex ea cũctis diebꝰ
vite tue. Spinas ⁊ tribulos ger/
minabit tibi: ⁊ cõedes herbas ter
re. In ſudoꝛe vultꝰ tui veſceris pa
ne tuo donec reuertaris in terraꝫ
de qua ſumptus es. Quia puluiſ
es ⁊ in puluerẽ reuerteris. Et vo/
cauit adã nom̃ vxoꝛis ſue eua: eo
ꝙ mr̃ eſſet oĩm viuentiũ. Tu aũt.

## Dñica. lx. ad pꝛimas

vs̃. añ. Bñdictus. cũ cete. añ. ⁊ ps̃. ſi
ne hymno. Cap̃. Bñdictꝰ deus. v̊.
Veſptina. Super magt̃. Añ. Mul
ti em̃ ſunt vocati pauci vero electi
dicit dñs. Coll'a. Preces ꝑli. vts̃.
cũ ſuffra. cõſue. Compl'. etiã vts̃ Ad
mat. Inuit. añ. ps̃. v̊. ⁊ R. vts̃ i. lxx
Sed. ix. R. erit. Ecce adã. vt infra.
¶Lectio pꝛima. Geñ. iij.

FEcit quoqꝫ dñs de⁹ ade ⁊ vxo
ri eius tunicas pellicias ⁊ in
duit eas ⁊ ait. Ecce adã fact⁹ eſt q̃ſi
vn⁹ ex nob̃ ſciẽs bonũ ⁊ malũ Nũc
ḡ videte ne forte mittat manũ ſu/
am ⁊ ſumat etiã de ligno vite ⁊ co
medat ⁊ viuat ineternuꝫ. Emiſit
eũ dñs deus de ꝑadiſo voluptatiſ
vt operaret̃ terraꝫ de q̃ ſumpt⁹ eſt
Eiecitqꝫ adã. ⁊ collocauit (T. L. ij
ante ꝑadiſum voluptatis cheru/
bin. ⁊ flameũ gladiũ. atqꝫ verſati/
lem. ad cuſtodiendã viã ligni vite
Cognouit vero adaꝫ euã vxorẽ ſu
am. que ꝯcepit ⁊ peperit cayn di/
cens. Poſſedi hoiem per deũ. Rur
ſumqꝫ pepeit fratreꝫ ei⁹ abel. Tu.
Fuit autem abel paſtor ¶ Lec. iij.
ouiũ: ⁊ cayn agricola. Factum eſt
aũt per multos dies vt offerret ca
yn de fructib⁹ terre munera dño.
abel quoqꝫ obtulit de primogenit⁹
gregis ſui. ⁊ adipib⁹ eoꝝ. Et reſpe
xit dñs ad abel ⁊ ad munera eius:
ad cayn vero et ad munera illius
non reſpexit. Tu autẽ. ¶ Lect. iiij.
IRatuſqꝫ eſt cayn vehemẽter
⁊ ꝯcidit vultus eius. Dixitqꝫ
dñs ad eũ Quare iratus es: ⁊ cur
concidit facies tua? Nõne ſi bene
egeris recipies? Si autem male
ſtatim in foribus peccatuꝫ aderit.
Sed ſub te erit appetitus tuus et
tu dominaberis illius. Dixitqꝫ ca
yn ad abel fratrem ſuũ. Egredia/
mur foras Cũqꝫ eſſent in agro. cõ/
ſurrexit cayn aduerſus fratrẽ ſu/
um abel ⁊ interfecit eũ. Tu. Le. v.
Et ait dñs ad cayn. Vbi eſt abel fra
ter tuus. Qui reſpondit. Neſcio?
Nũquid cuſtos fratr⁹ mei ſũ ego?
Dixitqꝫ ad eum. Quid feciſti? Vox
ſanguis fratris tui clamat ad me
de terra. Nũc ergo maledict⁹ eris
ſuper terrã que aperuit os ſuũ et
ſuſcepit ſanguinem fratris tui de
manu tua. Cum operatus fuer⁹
eam non dabit tibi fructus ſuos.
vagus ⁊ ꝓfugus eris ſuper terrã
Dixitqꝫ cayn ad do (Tu. ¶ Le. vj.
minuꝫ. Maior ẽ iniquitas mea q̃
vt veniã merear. Ecce eijc⁹ me ho
die a facie terre: ⁊ a facie tua abſcõ
dar. ⁊ ero vagus ⁊ ꝓfugus in ter/
ra. Oĩs igitur q̃ inuenerit me oc/
cidet me. Dixitqꝫ ei dominus. Ne/
quaq̃ fiat ita: ſed oĩs qui occide/
rit cayn ſeptupluꝫ punietur. Po/
ſuitqꝫ dominus ſignuꝫ in cayn. vt
non interficeret euꝫ omnis qui in
ueniſſet eum. Tu. Scd̃m Lucam.
IN illo tpe. Dixit ihs ¶ Le. vij.
turbis ſimilitudinem hanc.
Exijt qui ſeminat ſeminare ſemẽ
ſuum. ⁊ dum ſemiat aliud cecidit
ſecus viam ⁊ conculcatuꝫ eſt. ⁊ vo
lucres celi comederũt illud. Et re/
liqua. Omel. beati Grego. pa. de ea.
LEctio ſancti euangelij quaꝫ
modo fratres audiſtis expo/
ſitione non indiget. ſed ammoni/
tione. Quam enim per ſeipaꝫ ve/
ritas exponit. hanc diſcutere hũa
na fragilitas non preſumit. Sed
eſt qđ ſollicite in hac ipſa expoſitio
ne dominica penſare debem⁹. q̃a
ſi nos vobis ſemen verbum. agꝝ
mundum. volucres demonia. ſpi
nas diuitias ſignificare dicerem⁹
ad credendũ nobis mens forſitan
veſtra dubitaret. Tu aũt. Le. viij.
Unde idẽ dñs ꝑ ſemetipm̃ digna

tus eſt exponere quod dicebat: vt
ſciatis rerum ſignificatiões que/
rere in hijs etia; que per ſemetip/
ſum noluit explanare. Exponen/
do ergo qđ dixit. Figurate ſe loqui
innotuit: quatin⁹ certos vos red/
deret: cu; vobis noſtra fragilitas
verboꝝ illius figuras aperiret.
Quis michi vnq̄ crederet ſi ſpinas
diuitias interpretari voluiſſem:
maxime cum ille pungant. iſte ve
ro delectāt. Et tamē ſpine ſunt. q̄
cogitationū ſuarū punctione mē
tes lacerant: ⁊ cum vſq; ad pecca/
tum pertrahūt. quaſi inflicto vul
nere cruentāt. Tu aūt. ¶ Lecti. ix.
Quas quide; diuitias hoc in alio
loco euangeliſta teſtāte nequaq̄
dn̄s diuitias. ſed fallaces diuitias
appellat. Fallaces em̄ ſunt que no
biſcum diu pmanere nō poſſunt.
Fallaces ſunt q̄ mētis nr̄e inopiā
non expellūt. Sole aūt diuitie ve/
re ſunt. que nos diuites virtutib⁹
faciūt. Si ergo frēs kmī diuites eſ
ſe cupitis: veras diuitias amate.
Si culmē veri honoris queritis:
ad celeſte regnū tendite. Si glām
dignitatu; diligitis: in illa ſupna
āgeloꝝ curia aſcribi feſtiate. Ver
ba dei que in aure percipitis: mē
te retinete. Tu aūt. ℟. Ecce ada;
quaſi vnus ex nobis factus eſt ſci
ens bonum ⁊ malum. Videte ne
forte ſumat de ligno vite ⁊ viuat ī
eternum. ℣. Cherubin collocauit
deus ⁊ flammeū gladiū atq; ver/
ſatile; ad cuſtodiendā viā ligni vi
te ⁊ dixit. Videte. Glīa. ℟. Ecce.
Añ laud. ℣. Exaltare dn̄e. Ad lau.
Añ. Miſerere mei. cū cete. añ. ⁊ ps.

vt in p̄cedēte dn̄ica. Cap. Cor. ij. xj.
LJbenter ſufferetis inſipien/
tes: cum ſitis ipſi ſapientes.
ſuſtinetis enim ſi q̇s vos in ſerui/
tute; redigit ſi q̇s deuorat: ſi q̇s ac
cipit. ſi quis extollitur. ſi q̇s in faci
em vos cedit. Deo. ℣. Dn̄e refug.
Sup bn̄. Añ. Cū turba plurima
conueniret ad ieſum ⁊ de ciuitati/
bus pperarent ad eū dixit per ſili/
tudinem exijt qui ſeminat ſemiā/
DEus qui (re ſemē ſuū. Coll'.
ꝯſpicis q: ex nulla nr̄a actio/
ne ꝯfidimus: ꝯcede ppicius vt con
tra aduerſa oīa doctoris gentiū
ꝓtectione muniamur. P. Suffr.
conſue. Ad pri. et ad cete. hoꝰ vt in p̄
cedenti dn̄ica notatū eſt cū cap. et col/
lecta de dn̄ica pn̄ti. Ad. ix. ℟. Spes
mea ⁊c̄. vts̄. In. ij. vs̄. añ. Sede a
dextris. p̄s. Dixit. cū cete. añ. et. p̄s.
Hym. lucis. Cap Cor. ij. xij.
LJbēter gloriabor in infirmi/
tatib⁹ meis vt inhabitet ī me vir/
tus xp̄i. Deo. ℣. Dirigatur. Sup
magt̄ Añ. Semen cecidit in terrā
bonam ⁊ attulit fructum in patiē
tia. Coll'a. Deus qui conſpicis. vt
ſupra. cū ſuffra. conſue. ¶ Sequētes
añ. cantantur per hebđ. ſuper magt̄.
et beneđ. aut ſuffragant̄ ſi de ſanctis
canitur repetendo eas quotiens op⁹
fuerit. cum. ℣. vts̄. et coll'. de dn̄ica. ſ.
Deus qui ꝯſpicis. vts̄. ¶ Feria. ij.
Sup bn̄. aut p ſuffra. Añ. j. Semē
cecidit in terra; bonā ⁊ attulit fru
ctum aliud centeſimū ⁊ aliud ſexa
geſimū. Super mḡt Añ. Ieſus h̄
dicens clamabat qui habet aures
audiēdi audiat. ¶ Feria. iij. ſup bn̄.
Añ. Semen cecidit in terram bo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nam ⁊ oꝛtum fecit fructum centu
plum. Sup magt. Añ. Uobis da
tū eſt noſſe myſteriū regni dei ce/
teris autem in ꝑabolis dixit iħus
diſcipulis ſuis. ¶ Feria. iiij. ſup bñ.
Añ. Qui verbū dei retinent coꝛde
ꝑfecto ⁊ optimo fructū afferūt in
patientia. Sup magt. Añ. Si vē
frēs diuites eſſe cupitis veras di/
uitias amate. ¶ Feria. v. ſuper bñ.
Añ Si culmē veri honoꝛis q̄ritis
ad illā celeſtē patriam q̄ꝫtotius ꝓ
perate. Sup mḡt Añ. Si gloriā
dignitatū queritis ī illa celeſti cu/
ria aſcribi feſtinate. ⌊ Feria. vj ſup
bened. añ. Semē ce. in ter. bo. vts̄.
feria. ij. Sup magt. añ. Jħs hec di/
cens. vts̄. Sabba. ſuper bñ. añ. Se
men ce. in ter. bo. ⁊ oꝛtū. ⁊c̄ vts̄. fe/
¶ Feria. ij. poſt. lx. ⁊ ceteris (ria. iij
ferijs ꝑ hebd. qñ d̄ feria canit̄ Ad ma
tuti. Inuit. ⁊c̄. vt in pſal. R̸. de hy/
ſto. In ꝑncipio ⁊c̄. ꝑter R̸. Ubi eſt
abel. loco cuiꝰ dicet̄ R̸ Ecce adā vnꝰ
Egreſſus cayn (vts̄. ¶ Le. pri.
a facie dñi habitauit pꝛofu/
gus in t̄ra ad oꝛiētalē plagā eden
Cognouit aūt cayn vxoꝛē ſuam q̄
concepit ⁊ peperit enoch ⁊ edifica
uit ciuitatē vocauitqꝫ nomē ex eiꝰ
nomīe filij ſui enoch. Tu. ⌊ Lec. ij.
Poꝛro enoch genuit yrath: ⁊ y/
rath genuit mauiahel: mauiahel
genuit matuſael: ⁊ matuſael ge/
nuit lamech. Qui accepit vxoꝛes
duas Nomē vni ada. ⁊ nomē alte
Genuitqꝫ (ri ſella. Tu. ⌊ Lect. iij.
ada iahel qui fuit pater habitan/
tiū in tētoꝛijs atqꝫ paſtoꝝ: ⁊ nomē
fratris eiꝰ tubal. Jpe fuit pater ca
nentiū in cythara ⁊ oꝛgano. Sel/
la quoqꝫ genuit tubalcayn qui fu
it malleatoꝛ ⁊ faber in cūcto opere
eris ⁊ ferri. Soroꝛ vō tubalcayn
Dixit (noemma. Tu. Le. pri.
qꝫ lamech vxoꝛibꝰ ſuis ade ⁊
ſelle. Audite vocē meam vxoꝛes la
mech: auſcultate ſermonē meū.
Qm̄ occidi virū in vulnꝰ meū: et
adoleſcentulū in liuoꝛē meū Sep
tuplū vltio dabitur de cayn de la/
mech vō ſeptuagies ſepties. Tu.
Cognouit quoqꝫ adhuc ¶ Lect. ij.
adā vxoꝛem ſuā ⁊ ꝑpit filiū voca
uitqꝫ nomen eiꝰ ſeth dicens. Poſu
it mihi deꝰ ſemē aliud ꝓ abel quē
occidit cayn. Sed ⁊ ſeth natꝰ eſt fi
lius quē vocauit enos. Iſte cepit ī
uocare nomē dñi. Tu aūt. Lect. iij.
Hic eſt liber generatōnis adā in
die qua creauit deꝰ hoīē. ad ſilitu
dinē dei fecit illū maſculū ⁊ femi/
nā creauit eos. Et bñdixit illꝭ ⁊ vo/
cauit nomē eoꝝ adam in die q̄ cre
ati ſunt. Tu aūt. ¶ Le. prima.
Uixit aūt adā centūtriginta
annis. ⁊ genuit filiū ad imaginē
⁊ ſilitudinē ſuā vocauitqꝫ nomen
eiꝰ ſeth. Et facti ſunt dies adā poſt
qꝫ genuit ſeth octingenti anni. ge
nuitqꝫ filios ⁊ filias. Et factum eſt
oē tempꝰ qd̄ vixit adā anni non/
gentitriginta ⁊ moꝛtuus eſt. Tu.
Uixit quoqꝫ ſeth centūq̄n ⌊ Le. ij.
qꝫ annis ⁊ genuit enos. Uixit quo
qꝫ ſeth poſtq̄ genuit enos octingē
ti ſeptē annis genuitqꝫ filios ⁊ fili
as. Et facti ſunt oēs dies ſeth nō/
gentoꝝ duodecim annoꝝ ⁊ moꝛtu
Uixit vō enos (us eſt. Tu. Le. iij.
nonaginta annis ⁊ genuit caynā
Poſt cuiꝰ oꝛtū vixit octingentiſq̄n

decim annis et genuit filios ⁊ fili/
as. Facti quoqꝫ ſunt omnes dies
enos nongentiquinqꝫ anni ⁊ mor
tuus eſt. Tu autem. Lect. prima.
Vixit quoqꝫ capnã ſeptuagin
ta ãnis. ⁊ genuit malalehel.
⁊ vixit capnã poſtq̃ genuit mala/
lehel octingentis quadragita an
nis. genuitqꝫ filios ⁊ filias. Et fa/
cti ſunt omnes dies capnã nongẽ
tidecem anni ⁊ mortuꝰ eſt. Tu au.
Vixit autem malalehel Lect. ij.
ſexagintaquinqꝫ annis. ⁊ genuit
pareth. Et vixit malalehel poſtq̃
genuit pareth octingentis trigin
ta annis: et genuit filios et filias.
Et facti ſunt omnes dies malale/
hel octingenti nonaginta quinqꝫ
anni. ⁊ mortuus eſt. Tu autem.
Vixitqꝫ pareth centũ Lectio. iij.
ſexaginta duobus annis. ⁊ genui
it enoch. Et vixit pareth poſtq̃ ge
nuit enoch octingẽtis annis. ⁊ ge
nuit filios ⁊ filias. Et facti ſũt om
nis dies pareth nongenti ſexagi/
ta duo anni. ⁊ mortuꝰ eſt. Tu aũt.
Porro enoch vi Lecti. prima
xit ſexaginta quinqꝫ annis ⁊
genuit mathuſalem. Et ambula/
uit enoch cum deo. Et vixit enoch
poſtq̃ genuit mathuſalem trecẽ/
tis annis. ⁊ genuit filios et filias.
Et facti ſunt om̃es dies enoch tre/
centi ſexaginta anni: ambulauit/
qꝫ cum deo. ⁊ nõ apparuit: quia tu
lit eum deus. Tu autem. Lect. ij.
Vixit quoqꝫ mathuſalem centum
octoginta ſeptem annis. ⁊ genuit
lamech. Et vixit mathuſalez poſt
q̃ genuit lamech ſeptingẽtis octo
ginta duobus annis: ⁊ genuit fili
os ⁊ filias. Et facti ſunt omnes di
es mathuſalem nongenti ſexagi/
ta nouem anni. ⁊ mortuus eſt. Tu
Vixit aũt lamech (autez. Le. iij.
centum octoginta duobus annis
⁊ genuit filiũ: vocauitqꝫ nomẽ eiꝰ
noe dicens. Iſte conſolabitur nos
ab operibus ⁊ laboribus manuũ
noſtrarum in terra: cui maledixit
dominus. Vixitqꝫ lamech poſtq̃
genuit noe. quingentis nonagin
ta quinqꝫ annis: ⁊ genuit filios et
filias. Et facti ſunt omnes dies la
mech ſeptingenti ſeptuaginta ſe/
ptem anni. ⁊ mortuus eſt. Tu ãt.
¶ Nota ſabbato ante quinquageſi.
ſeruabitur vltima cõmemoratio de
domina niſi feſtum. ix. lectio. aut of/
ficij ant vigil. impediat. per om̃ia vt
ſupra notabilia docẽt in cõmemora.

## Dominica ĩ quinquageſima

Ad primas veſpas añ. Be/
nedictus. cum ceteris añ. et ps̃. ſine
hym. Capm. Benedictus. v̇. Veſp
tina. Super magt Añ. Quod aũt
in bonam terram cecidit hi ſunt q̇
in corde bono et optimo audiẽtes
verbum retinent et fructum affe
runt in patientia. Coll'a. Deus q̇
conſpicis. vt ſupra Suffra. conſue.
Compl'. vt in pſalterio. ¶ Ad matu.
Quoniam deus (Inuitato.
magnus dominꝰ. Et rex ma
gnus ſuper omnes deos. ps̃. Ve/
nite. ¶ In primo noct. Añ. Beati q̇
in lege. ps̃. Beatus vir. cum ceteris
ps̃. añ. et. v̇. vt ſupra in dominica ſe
ptuageſima vel pſal'. habet. Le. pri.

NOe cũ qͥnge͂ ⌊Geñ. v. ⁊ vj.
toꝝ eſſet annoruꝫ genuit
ſem ⁊ cham ⁊ iaphet. Cũqꝫ
cepiſſet hoĩes m̃ltiplicari ſup ter/
rã ⁊ filias ꝓcreaſſent. ⁊ vidẽtes fi
lij di filias hoĩm ꝙ eẽnt pulcre ac
ceperũt ſibi vires ex oĩbus q̃s ele/
gerãt. Tu. ⌊℞. Quadragita dies
⁊ noctes apti ſũt cẽli. ⁊ ex oĩ carne
hñtes ſpiritũ vite. Jngreſſi ſũt in
archã ⁊ clauſit a forꝭ oſtiũ dñs ℣.
Noe v̄o et vxor eiꝰ filij eiꝰ ⁊ vxores
filioꝝ eius. Jngreſſi. ¶Lectio. ij.

DJxitqꝫ deus. Non permane/
bit ſpiritus meus ĩ homine
ineternum. quia caro eſt. Erũtqꝫ
dies illiꝰ centũ vigiti annoꝝ Gigã
tes aũt erãt ſup t̃raꝫ in diebꝰ illis.
Poſtq̃ꝫ aũt ingreſſi ſũt filij dĩ ad fi
lias hoĩm. illeqꝫ genuerẽt iſti ſunt
potẽtes a ſclo viri famoſi. Tu. ℞.
Edificauit noe altare dño offerẽſ
ſup illõ holocauſtũ odoratuſqꝫ eſt
dñs odorẽ ſuauitatis ⁊ bñdixit eis
Creſcite ⁊ multiplicamini ⁊ reple
te terram. ℣. Ecce ego ſtatuã pa/
ctum meum vobiſcuꝫ ⁊ cum ſemi
ne veſtro poſt vos. Creſci. ⌊Le. iij.

VJdens autem deus ꝙ mul
ta malicia hominuꝫ eſſet in
terra. ⁊ cuncta cogitatio cordis in
tenta eſſet ad maluꝫ omni tempo/
re. penituit eum ꝙ hominem fe/
ciſſet in terra. Et precauens in fu/
turum. ⁊ tactus dolore intrinſecꝰ
delebo inquit homineꝫ quem cre/
aui a facie terre. ab homĩe vſqꝫ ad
animantia. a reptili vſqꝫ ad volu
cres celi. Penitet enim me feciſſe
hominem. Noe vero inuenit gra
tiam coram domino. Tu auteꝫ ℞.

Per meipſum iuraui dicit domi
nus non adijciam vltra aquas di
luuij ſuper terraꝫ pacti mei recor/
dabor. Vt non perdam aquis di/
luuij omnem carnem. ℣. Ponaꝫ
arcum meũ in nubibus celi ⁊ erit
ſignũ federis inter me ⁊ inter ter
raꝫ. Vt Gloria. Vt. ¶Jn. ij. noct.
Añ. Tribue no. ⁊c̃. vt in pſalterio.

HE ſunt genera/ ¶Lectio. iiij.
tiões noe. Noe vir iuſtus at
qꝫ perfectus fuit in generatõnibꝰ
ſuis: cum deo ambulauit. ⁊ genu/
it tres filios. Sem. Chã. ⁊ Japhet
Corrupta eſt autem terra coram
domino. ⁊ repleta eſt iniquitate.
Cuꝫ vidiſſet deus terraꝫ eſſe cor
ruptam. omnis quippe caro corru
perat viam ſuam ſuper terram
dixit dominus ad noe. Finis vni-
uerſe carnis venit coram me. Re/
pleta ẽ terra iniquitate a facie eo/
rum. ⁊ ego diſperdam eos in ter/
ra. Tu autem. ℞. Ponam arcuꝫ
meum in nubibus celi dixit domi
nus ad noe. Et recordabor federis
mei quod pepegi tecum. ℣. Cũqꝫ
obduxero nubibus celum appare
bit arcus meus in nubibus. Et.

DJxit dominus ad ¶Lectio. v.
noe. Fac tibi archaꝫ de lignis
leuigatis. manſiunclas in archa
facies. ⁊ bitumine linies intrinſe
cus ⁊ extrinſecus: ⁊ ſic facies eam
Trecentorum cubitorum erit lon
gitudo arche: quinquaginta cubi
torum latitudo: ⁊ triginta cubito
rum altitudo illius Feneſtram in
archa facies. ⁊ in cubito conſũma
bis ſummitatem eius Oſtiuꝫ aũt
arche pones in latere deorſum Ce

nacula ⁊ triſtega facies i ea. Ecce
ego adducam aquas diluuij ſup
terram vt interficiam omnē car/
nem in qua ſpiritꝰ vite eſt ſubter
celum ⁊ vniuerſa que in terra ſūt
conſumentur. Tu autē. ℟. Lo/
cutuſ eſt dominus ad abraā dicēs
egredere de terra ⁊ de cognatōne
tua ⁊ veni in terram quā mōſtra/
uero tibi. Et faciam te creſcere in
gentem magnam. ℣ Benedicēs
benedicam tibi ⁊ multiplicabo te.
Dixit dominꝰ (Et. ¶ Lectio. vj.
ad noe. Ponāqꝫ fedus meū
tecum/ ⁊ ingredieris archam tu ⁊
filij tui vxor tua. ⁊ vxores filiorū
tuorum tecū. ⁊ ex cunctis animā
tibus vniuerſe carnis bina indu/
ces in archam: vt viuāt tecū ma/
ſculini ſexus ⁊ feminini. De volu
cribus iuxta genus ſuum. ⁊ de iu/
mentis in genere ſuo. et ex omni
reptili terre ſm genus ſuū. bina
de omnibus ingredientur tecum
vt poſſint viuere. Tolles igitur te
cum ex omnibus eſcis que mandi
poſſunt. ⁊ comportabis apud te: et
erunt tam tibi qꝫ illis in eſcam Fe
cit igitur noe omnia que precepe
perat illi deus. Tu aūt. ℟. Tem/
ptauit deus abraam ⁊ dixit ad eū
tolle filium tuum quē diligis yſa/
ac ⁊ offeres illū ibi in holocauſtū
Super vnum montium quē dixe
ro tibi. ℣. Immola deo ſacrificiū
laudis ⁊ redde altiſſimo vota tua
Sr. Gla. Sr. ¶ In. iij. noct. aū leg
tue. vrs. i pſal. ¶ Scdꝫ Lucā. xviij.
In il. tē. Aſſumpſit ihs duode
cim diſcipſos ſuos ⁊ ait ill. Ec
ce aſcēdimꝰ hieroſolimā ⁊ ꝯſuma
buntͬ oīa q̄ ſcṗta ſunt ꝑ ꝓphas de fi
lio hoīs. Et reli. Omel. bti. Grego.
Redēptor nr̄ ꝑuidēs ex paſſio
ne ſua diſcipulorꝫ aīos ꝑtur
bādos eis lōge aū ⁊ eiuſdē paſſio/
nis penā ⁊ reſurrectiōis ſue gliaꝫ
ꝑdicit. vt cum morientē cernerēt.
etiam reſurrecturū nō dubitarēt
Sed quia carnales adhuc diſcipu
li nullo mō valebant caꝑe verba
miſterij veniͭ ad miraculū. Ante
eorꝫ oculos cecꝰ lumē recepit: vt q̇
celeſtis miſterij verba nō caꝑent.
eos ad fidē celeſtia facta ſolidarēt
Tu aūt ℟. Angelus dn̄i vocauit
abraā dicens ne extēdas manū tu
am ſuꝑ puerū Eo ꝙ timeas dn̄m
℣. Et bn̄dicentͬ in te oēs tribꝰ ter/
Sed mira (re. Eo. ¶ Lect. viij
cl'a dn̄i ⁊ ſaluatoris nr̄i ſic ac
cipiēda ſunt frēs mei. vt ⁊ in veri/
tate credantͬ facta: ⁊ tn̄ ꝑ ſignifica
tionē nobis aliq̇d innuāt. Opera
quippe eiꝰ ⁊ ꝑ potentiā aliud oſten
dūt: ⁊ ꝑ miſteriū aliud loquūtur.
Ecce em̄ quis iuxta hyſtoriaꝫ cecꝰ
iſte fuerit ignoramꝰ: ſed tn̄ queꝫ ꝑ
miſteriū ſignificet nouimꝰ. Tu āt
℟. Deꝰ dn̄i mei abraā dirige viaſ
meas. Vt cū ſalute reuertar in do
mū dn̄i mei. ℣ Angelus dn̄i bonꝰ
q̇ cū abraā fuit ipſe ſit ⁊ mecū. Vt.
Cecū qppe eſt genꝰ hu/ L. ix.
manū qd̕ in parente primo a
paradiſi gaudijs expulſuꝫ. clarita
tē ſuꝑne lucis ignorans damnati
onis ſue tenebras patitur: ſed tn̄
per redemptoris ſui p̄ſentiaꝫ illu/
minatur. vt interne lucis gaudia
iam ꝑ deſideriū videat: atqꝫ i via
vite. boni operis greſſus ponat.

Quiſquis ergo cecitatis ſue tene/
bꝛas agnoſcit. quiſquis hoc qđ ſi/
bi deeſt lumen eternitatis intelli/
gat: clamet medullis coꝛdis: cla/
met vocibus mentis dicens. Jeſu
fili dauid. miſerere mei. Tu autē.
℞. Cecus ſedebat ſecus viā trāſe
unte dn̄o ⁊ clamabat ad euꝫ ait il/
li dominꝰ. Quid vis vt faciaꝫ tibi.
rabboni vt videaꝫ lumē. ℣. Stās
aūt ieſus iuſſit illum adduci ad ſe
⁊ cuꝫ appꝛopinquaſſet interroga/
uit illum dicens. Quid. Glā. Cecꝰ
Jſtud predictum ℞. non dicitur per
hebđ. ſed tm̄ hac die. ¶ Ante laud. ℣.
Exaltare domine. Ad laudes. An̄.
S Ecūm multitudineꝫ miſerati
onū tuarum dn̄e dele iniqui
tatem meaꝫ. (ps̄. Miſere mei. An̄.
Deus meus es tu ⁊ confitebor ti/
bi deus meꝰ es tu ⁊ exaltabo te. ps̄
Cōfitem. xxxiiij. An̄ Ad te de luce
vigilo deus vt videā v̇tutem tuaꝫ
ps̄. Deus ds̄ meꝰ vj. An̄. Hymnū
dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecu
la benedicite. ps̄. Bened. An̄. Om
nes angeli eius laudate dominuꝫ
de celis. ps̄. Laudate dn̄m de celis.
vt in pſal. vij. ¶ Capꝫ Coꝛ. pꝛi. xiij.
V Idemus nunc per ſpeculū ⁊
in enigmate tunc autē facie
ad faciem. nunc auteꝫ manent fi/
des ſpes ⁊ caritas tria hec. maioꝛ
autem hoꝛum eſt caritas. Deo g̃.
℣. Domine refug. Super benedic.
An̄. Ecce aſcendimꝰ hieroſolymā
⁊ conſumabuntur oīa que ſcri/
pta ſunt per ꝓphetas đ filio homi/
P Reces noſtras ¶ Colla. (nis
queſumꝰ domine clementer
exaudi. atqꝫ a peccatoꝝ vinclis ab
ſolutos ab om̄i noſ aduerſitate cu
ſtodi. Per. Suffra. conſue. Prima
et cetere hoꝛe vt in pꝛecedente domini
ca. Ad. iij. vj. et. ix. Cap̄. ⁊ colla de do
minica p̄ſenti. Ad. ix. ℞. Spes mea
vtſ. ¶ In. ij. vſ. an̄. Sede a dextrꝭ
meis. ps̄. Dixit ⁊c. Hẏ. Lucis. Cap̄
Videmus nunc. vtſ. ℣. Dirigat.
Super magt. An̄. Iter faciente ie/
ſu dum ambularet hiericho cecuſ
clamabat ad eum vt lumē recipe
re mereretur. Colla. Preces nr̄as ⁊
vt ſupꝛa cum ſuffra. conſuetis.

Feria ſcd'a et cete. ferijs quādo de fe
ria canitur. Ad matutī. Inuit. lau.
hym. cap̄. ℣. pꝛeces. pꝛima. ⁊ cete. hor.
ſimiliter vſ. et compl. per om̄ia vt in
pſal. vſqꝫ ad dn̄icam Inuocauit pre
ter in die cinerum dicit ad mat. et ad
vſ. Cap̄. vt ibidem notatur. Feria
D Ixitqꝫ do (ſcd'a. Lectio pꝛima.
minus ad noe Ingredere tu
⁊ oīs domꝰ tua in archaꝫ. Te enim
vidi iuſtū coꝛā me in generatione
hac. Ex om̄ibꝰ animantibꝰ mūdiſ
tolles ſeptena. ⁊ ſeptena: maſclm
⁊ feiaꝫ. De animātibus imundis
duo ⁊ duo maſclm ⁊ feiam. Sed ⁊
đ volatilibꝰ celi ſeptena ⁊ ſeptena
maſclm ⁊ feiam: vt ſaluetur ſemē
ſup faciē vniuerſe t̄re. Tu. Lec. ij.
Adhuc em̄ ⁊ poſt dies ſepteꝫ ego
pluā ſup terraꝫ quadraginta diebꝰ
⁊ q̄draginta noctibꝰ. ⁊ delebo om
nē ſubſtantiaꝫ quā feci de ſupficie
t̄re. Fecit ergo noe omnia que mā
dauerat ei dn̄s. Erat qꝫ ſexcentoꝝ
annoꝝ: qn̄ diluuij aque inūdaue/

runt ſuper terrã. Tu aũt. Lec.iij.
Et ingreſſus eſt noe ⁊ filij ei⁹. vx/
or ei⁹ ⁊ vxores filiorꝫ ei⁹ cũ eo in ar
chã ꝓpter aq̃s diluuij De animãti
bus quoqꝫ mũdis ⁊ imundis. ⁊ de
volucrib⁹. ⁊ ex omĩ qḋ mouet̃ ſup
terrã. duo et duo ingreſſa ſunt ad
noe in archã maſclus ⁊ feia: ſicut
preceꝑat dñs noe. Cũqꝫ trãſiſſent
ſeptẽ dies: aque diluuij inũdaue/
rũt ſup terrã. Tu. Sup bñd. aut.ꝑ
ſuffra. Añ. Trãſeunte dño clama
bat cecus ad eũ miſerẽ mei fili da/
uid. Coll. Preces nr̃as. Sup mgt.
aut.ꝑ ſuffra.añ. Miſerẽ mei fili da/
uid q̇d vis vt faciã tibi dñe vt vide
Feria.iij. Le.pri. (am. Coll. vtſ̃.
Anno ſexcenteſimo vite noe
a mẽſe ſcd̃o. ſeptimodecio die
menſis rupti ſunt oẽs fontes ab/
yſſi magne. ⁊ catharacte celi apte
ſunt. ⁊ facta eſt pluuia ſup terraꝫ
quadraginta dieb⁹ ⁊ quadragita
In articulo (noctibus. Tu. Le.ij.
diei illius ingreſſus eſt noe ⁊ ſem.
cham ⁊ iaphet filij ei⁹. vxor illius ⁊
vxores filiorꝫ ei⁹ cũ eis in archam.
ipſi ⁊ omne aĩal ſm genus ſuum
vniuerſaqꝫ iumẽta in genere ſuo
⁊ omẽ qḋ mouet̃ ſup terram in ge
nere ſuo. cunctũqꝫ volatile ſm ge
Uniuerſe (nus ſuũ. Tu. Le.iij.
aues oẽſqꝫ volucres ingreſſe ſunt
ad noe in archaꝫ: bina ⁊ bina ex oĩ
carne in q̃ erat ſpũs vite. Et q̃ in/
greſſa ſũt maſclus ⁊ feia ex oĩ car/
ne introierũt ſicut p̃ceꝑat ei de⁹: ⁊
incluſit eũ dñs deforis. Tu autem
Sup bñ. aut.ꝑ ſuffr. Añ. Qui preī/
bant increpabãt eũ vt taceret ipſe
vo m̃ltomagis clamabat miſerẽ
mei fili dauid Coll. Preces no. vtſ̃
Sup mgt aut.ꝑ ſuffr Añ. Omnis
plebs vt vidit dedit laudẽ do. Coll
vtſ̃. Suffr. cõſue. ſcꝫ de dña. et d̃ ſan
cto petro ⁊c. dicunt̃ adhuc hac die ad
mat. et ad vſ̃. vt moris eſt.
Feria.iiij. q̃ eſt dies cinerũ. et in tri/
bus dieb⁹ ſeq̃ntib⁹ Ad mat. Inuita.
añ. noct. v. laud. hy. Requi. in pſal.
ſm ferias ſuas. Tria R. vtſ̃. d̃ hyſt.
Quadraginta. ¶ Nota q̧ ab hac
die vſqꝫ ad octa. paſce feſta triuꝫ lcõ.
ſiue officia. ſiue nõ officia. non fiant̃
¶ Nota ſi feſtum. ix. lectio. inciderit
in hunc diem cinerum hoc ibidem ſer
uabitur. et pro tunc legẽtur due oml.
prima de feſto. ꝑ. vij. lec. ſcd̃a de die ci
nerũ ꝑ viij. et. ix. lec. ¶ In die cinerũ
I Ad mat. Scd̃m math. vj. cap.
N il. tẽ. di. ie. d. ſuis. Cum ieiu
nat; nolite fieri ſicut hypocrite tri
ſtes. Exterminant eñ facies ſuas
vt videant̃ hoĩb⁹ ieiunãtes. Et re.
Anifeſtũ Omel. bti Auguſti.
m eſt his p̃ceptis oẽm nr̃am in
tẽtioneꝫ i interiora gaudia dirigi.
ne foris q̃rentes mercedẽ. huic ſe/
culo ꝯformemur: ⁊ amittam⁹ pro
miſſionẽ tãto ſolidioris atqꝫ firmi
oris quanto interioris beatitudi/
nis. qua nos elegit deus ꝯformes
fieri imaginis filij eius. Tu autẽ.
In hoc autem capitulo ¶ Lect. ij.
maxime animaduertenduꝫ eſt nõ
in ſolo rerum corporearum nito/
re atqꝫ pompa. ſed etiã in ipſis ſor
dibus luctuoſis eſſe poſſe iactãtiã.
⁊ eo periculoſiorem. quo ſub no/
mine ſeruitutis dei decipit. Tu ãt
Qui ergo imoderato cul/ Le.iij.
tu corporis atqꝫ veſtitus atqꝫ cete/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

carũ rerum nitoꝛe ꝑfulget. facile
ꝯuincitur rebus iſtis. pomparuꝫ
ſeculi eſſe ſectatoꝛ: nec queq̃ꝫ fallit
doloſa imagine ſanctitat᷒. Tu aũt.
C Onuertimi ¶ Cap. Johel. ij
ad me in toto corde vr̃o in ie/
iunio ⁊ fletu et planctu ⁊ ſcindite
coꝛda veſtra ⁊ non veſtimenta ve
ſtra ait dominus oῖs. Deo g̃. vꝭ.
Reple. Sup bñ. Añ. Conuertimi
ni ad me in toto coꝛde vr̃o in ieiu/
nio ⁊ fletu ⁊ planctu dicit dñs. De
inde kyriel. ⁊ Preces maio. ꝛc. vt in
pſal. cum Coll. dñica. ſcꝫ. Preces no
ſtras. vts̃. Deiñ pces p vi. et de. ꝛc.
Poſt hoc ſuffra. Cũ ieiunatis no/
lite fieri ſicut hypocrite triſtes. ſi/
C Once (ne. v. Oremꝰ. dr. Coll.
de nob dñe pſidia militie xpi
ane ſanctis inchoare ieiunijs. vt
ꝯtra ſpũales nequitias pugnatu
ri continẽtie muniamur auxilijs
P. ⁊ non plus. Suffrag. cõſue. ſcꝫ de
dña de ſancto petro de regibꝰ p pace
⁊ de ſanctis deinceps nõ dicunt̃ vſq̃ꝫ
ad octa. penth ¶ Notandũ ꝙ prima
⁊ cetere hore vſq̃ꝫ ad dñicaꝫ Inuoca.
cum hym. añ. cap. R. ⁊. v. dicunt̃ ſi/
cut hactenꝰ feriat᷒ diebus dicte ſunt.
Similiter ad mat. ⁊ vs̃ excepto hoc
die cinerum in quo dicunt̃ ad mat. ⁊
vs̃. cap. diei annotata. Ad hos̃. cap.
vt in pſal. cum coll. dñicali vts̃. Itẽ
notandũ ꝙ per totã. xl. ad mat. ⁊ ad
vs̃. dicunt̃ ſuffra. ſingulis ferijs aſſi
gnata. ſine v. Et coll'a dñicalis dicet̃
primo loco ſuper mg̃t et bened. Et ſe/
cundo loco dicetur ad ſuffra. Collec.
diei annotata. pmiſſo ſemp Oremꝰ.
¶ Nota etiã quãdo de ſctis canit̃ per
xl. tunc poſt coll. de ſancto in pri. ⁊ ij.

vs̃. ⁊ in mat. dicetur añ. de feria ſup
bened. et magt. ſignata cum v. et col
lec. de dñica. et deinde ſuffra. de feria
ſine v. ¶ Ad vs̃. añ. et ps̃. feri. cũ hy.
vt in pſal. Similiter in duobus die
bus ſequentibus. Nota ꝙ vs̃. dicun
tur adhuc poſt prandium vt moris ẽ
vſq̃ꝫ ad feriam ſcdaꝫ poſt Inuocauit
excluſiue. Ad vs̃. hac nocte. Capm
C Onuertimini ad (Johel. ij.
dominũ deum veſtrũ. q̃a be
nignus ⁊ miſericoꝛs eſt. patiens ⁊
multum miſericoꝛs et preſtabilis
ſuper malicia. Deo gr̃as. v. Diri/
gatur. Super magt Añ. Theſau
rizate vobis thezauros in celo vbi
nec erugo nec tinea demolit̃. Ky/
riel. et Preces maioꝛes. vt in pſal. cũ
Coll. dominicali vig. Preces nr̃as
vt ſupra. Deinde ſuffra. Vbi ẽ the
ſaurus tuus ibi eſt ⁊ coꝛ tuum. ſi/
P ne. v. Oremus. ¶ Coll'a.
Reſta domĩe fidelibus tuis.
⁊ vt ieiunioꝛuꝫ veneranda ſolen/
nia. ⁊ congrua pietate ſuſcipiant
et ſecura deuotione pcurrant. P.
Deinde pro defunctis 2 nõ plus. Ad
compl. vt in pſal. vſq̃ꝫ ad dñicaꝫ In/
uocauit excluſiue. ¶ Nota ꝙ per to/
tã. xl. in eccleſia maioꝛi Colõ. ⁊ i ali/
is eccleſijs collegiatis feriatis diebꝰ
leguntur Omel. de euange. diei pro le
ctionibus. ſed qui in priuato legũt ho
ras ſuas non ita tenentur ſeruare ni
ſi quis voluerit ⁊ habuerit eas. Re
Feria. v. ad mat. (eas ĩfra ¶ L. pri.
F Actũq̃ꝫ eſt diluuiũ quadragi
ta diebus ⁊ quadraginta no
ctibꝰ ſup terrã et mltiplicate ſunt
aque. ⁊ eleuauerũt archã in ſubli/
me a terra. Vehementer eñi inũ/

dauerunt. et omnia repleuerunt
in ſupficie terre Porro archa fere
batur ſuper aquas. Et aque pua
luerũt nimis ſuper terrã: operti/
qꝫ ſunt oẽs montes excelſi ſub uni
uerſo celo. Tu. ℟. de hyſto. Qua/
draginta. que ordo tãgit. Terciũ ℟
Quindecim (erit vt infra. ¶ Le. ij.
cubitis altior fuit aqua ſup mon/
tes quos operuerat. Cõſumptaqꝫ
eſt omis caro que mouebat̃ ſuper
terrã. volucrũ. animãtiũ. beſtiaꝝ
oĩmqꝫ reptiliũ que reptaut ſuper
terrã. Vniuerſi hoĩes ⁊ cũcta in q̃
bus ſpiraculũ vite eſt i terra mor/
Et deleuit (tua ſunt. Tu. Le. iij.
de⁹ oẽm ſubſtantiaꝫ que erat ſup
terrã. ab hoĩe vſqꝫ ad pecus. tã re/
ptile q̃ʒ volucres celi: ⁊ deleta ſunt
de terra. Remãſit aũt ſolus noe ⁊
qui cũ eo erãt in archa. Obtinue/
rũtqꝫ aque terrã centũ q̃nquagin
ta diebus. Tu aũt. ℟. Dñe puer
me⁹ iacet paliticus in domo ⁊ ma
le torquet̃. amen dico tibi. Ego ve
niã ⁊ curabo eũ. ℣. Dñe non ſuꝫ
dignus vt intres ſub tectũ meũ ſꝫ
tm̃ dic verbo ⁊ ſanabit̃ puer me⁹
Ego. Glia. Ego. Hac die tm̃ dr̃ pre
dictũ ℟. niſi fuerit feſtuꝫ. ix. lcõ. tũc
relinquit̃. nec in craſtino dicet̃. Laud
vt in pſal. Cap. Empti eñ eſtis. ℣.
Repleti. Sup bñ. Añ. Dñe puer
meus iacet paraliticus in domo ⁊
male torquet̃ amẽ dico tibi ego ve
niã ⁊ curabo eũ. Preces cõſue. Col
lecta de dñica. vig Preces nr̃as vt̃s
Seiñ ſuffra. Dñe non ſuꝫ digni⁹ vt
infra. Sine. ℣. Orem⁹. Coll.
DEus q̃ culpa offenderis ⁊ pe
nitentiã placaris pces pplĩ tui ſup
plicantis ꝓpicius reſpice. ⁊ flagel/
la iracũdie tue que ꝓ pctĩs mere/
mur auerte. P. ¶ Ad pri. ⁊ ad alias
hoſ vt in pſal. Silr̃ ad vs. ad q̃s
dr̃ Cap. Dñs dirigat. cũ ℣. Diriga
tur dñe. etiã vt in pſal. Sup magt.
Añ. Dñe nõ ſuꝫ dignus vt intres
ſub tectũ meuꝫ ſed tm̃ dic verbo et
ſanabitur puer me⁹. Seiñ preces
maiores vt̃s. Colla dñical. Preces
no. vt̃s. Suffra. Dñe puer meus
vt̃s. ſine ℣. Oremus. ¶ Coll.
PArce dñe parce ppl'o tuo vt di
gnis flagellationib⁹ caſtigat⁹. in
tua miſeratione reſpiret. Per do.
¶ Feria ſexta. ¶ Lectio prima.
REcordat⁹ aũt dñs noe cũctoꝝ
qꝫ animantiũ. ⁊ oĩm iumẽto
rũ que erãt cũ eo in archa adduxit
ſpm̃ ſup terrã ⁊ iminute ſunt aq̃.
⁊ clauſi ſunt fontes abyſſi ⁊ catha
racte celi. ⁊ ꝓhibite ſunt pluuie de
celo Reuerſeqꝫ ſunt aque de terra
eũtes ⁊ redeũtes ⁊ ceperũt minui
poſt cẽtũ quĩq̃ginta dies. Tu aũt.
Tria. ℟. de hyſto. Quadragita. vt
ſup. que ordo tãgit. ¶ Le. ij.
Requieuitqꝫ archa menſe ſepti/
mo viceſimoſeptimo die mẽſis ſu
per montes armenie. At vero aq̃
ibãt ⁊ decreſcebãt vſqꝫ ad decimũ
mẽſem. Decimo eñ menſe prima
die menſis apparuerũt cacumina
Cũqꝫ trãſiſ/ (montiũ. Tu. Le. iij.
ſent q̃draginta dies aperiẽs noe
feneſtrã arche quã fecerat. dimi/
ſit coruũ: qui egrediebat̃ ⁊ non re/
uertebat̃ donec ſiccarent̃ aque ſu/
per terrã. Emiſit quoqꝫ columbã
poſt euꝫ: vt videret ſi iã ceſſaſſent
aque ſup faciẽ terre. Que cũ non

inueniſſet vbi requieſceret pes eius
reuerſa eſt ad eū in archā Aque eñ
erāt ſup vniuerſā terrā. Extēdit/
qꝫ manū ſuā ⁊ apprehēſā intulit
in archam. Tu autem.
Ad laud. ⁊ ad hoꝛ vtꝰ. in precedente
feria dictum eſt. Super bn̄. Añ. Cū
facis elemoſynā neſciat ſiniſtra
tua quid faciat dextera tua. Collā
dn̄icalis. Preces nr̄as. vtꝰ. Suffr.
Tu aūt cū oraueris intra cubicu
lum ⁊ clauſo oſtio ora patrē tuū.
I Sine v. Oremus ¶ Collā.
nchoata ieiunia qs̄ domi
ne benigno fauore proſequere. vt
obſeruantiā quā corpaliter exhibe/
mus mentibꝰ etiā ſinceris exhibe
re valeamꝰ. P. L Super magt Añ.
Neſciat ſiniſtra tua qd̄ faciat dex
tera tua. Coll. dn̄icalis. Preces no
ſtras vtꝰ. Suffrag. Cū facis. vtꝰ.
Tuere (ſine v. Oremꝰ Collā.
dn̄e pplm̄ tuū ⁊ ab oībus pec
catis clementer emūda. q2 ei nul/
la nocebit aduerſitas ſi nulla do/
minetur iniquitas. P. L Sabbato
Expectatis aūt vltra ¶ Le. pᵃ.
ſeptem diebꝰ alijs. rurſuꝫ di
miſit noe columbā ex archa. At il/
la venit ad eū ad veſperā. portās
ramū oliue virentibꝰ folijs in ore
ſuo. Intellexit ergo noe q̄ ceſſaſ/
ſent aque ſup terrā. Expectauitqꝫ
nihilominꝰ ſeptē alios dies. ⁊ emi
ſit columbā: que nō eſt reuerſa vl
tra ad eū Tu aūt. Duo R. d hyſto.
Igitur ſexcē (Quadra. vtꝰ. ¶ Le. ij.
teſimo pmo ānouite noe pmo mē
ſe pma die menſ iminute ſunt aq̄
ſuper terrā. Et aperiēs noe tectū
arche aſpexit viditqꝫ q̄ exſiccata

eſſet ſuperficies terre. Mēſe ſcd̄o
ſeptimo. ⁊ viceſimo die mēſis are
facta eſt terra. Tu autē. ¶ Le. iij.
Locutꝰ eſt aūt dn̄s ad noe dicens
Egredere de archa tu ⁊ vxoꝛ tua:
⁊ filij tui. ⁊ vxores filioꝝ tuoꝝ te/
cum: cuncta animantia que ſunt
apud te: ex omī carne tā in volati/
libus q̄ꝫ in beſtijs ⁊ vniuerſ repti
libus que reptant ſuper terram
educ tecum: ⁊ egredimini ſup ter
ram. Creſcite ⁊ multiplicamini ſu/
per eā. Tu aūt. R. terciū. Veni ho
die ad fontem aque ⁊ oraui domi/
nū dicens. Dn̄e deus abraā tu fe
ciſti pſperum deſideriū meū. v.
Igitur puella cui dixero da mihi
aquā de ydria tua vt bibā. at illa
dixerit bibe dn̄e ⁊ camelis tuis po
tum tribuam. ipſa eſt quā prepa/
rauit dn̄s filio dn̄i mei. Dn̄e. Glo
ria. Dn̄e. Sup bn̄. Añ. Me etem d
die in diē q̄runt. ⁊ ſcire vias meas
volūt. Coll. dn̄ical ſꝫ Preces nr̄as
vtꝰ. Suffra. Quare ieiunauimꝰ
⁊ non aſpexiſti. humiliauimꝰ ani
mas noſtras ⁊ neſciſti. ſine v. Ore
Obſeruationis (mus. ¶ Collā.
huius annua celebritate le/
tātes. queſumꝰ dn̄e vt paſcalibus
inherentes actiōibus plenꝰ eius
affectibus gaudeamus. Per do.
¶ Notandū q̄ ab hac dn̄ica ſequēti
ſꝫ Inuocauit. vſqꝫ ad octa. penth.
nullū feſtū alicuꝰ ſancti ſeruat dn̄i/
cis diebus. ſiue fuerit celebre ſiue non
ſꝫ anticipat aut poſtponit ſm exigen
tiā tempis tm̄ in choro celebrandū et
nō in foro. excepto ſolo feſto annun/
ciationis marie. Quod celebrat vbi
cunqꝫ anticipatur.

Nota etiā ꝙ predicto tp̄e feſt.ix.lect.
non h̄nt.ij.vſ̄.ſi in ſabba.ſeruant̄.ni
ſi fuerint dupl'.aut ſemid̄. ꝟ dicꝫ pri
mis vſ̄.de dn̄ica dicet̄ ſuffra.de feria
Deīn ſuffra.de feſto.ix.lec. Nota eti
am ꝙ p̄dicto tp̄e feſta.ix.lec.nō h̄nt
pri.vſ̄.ſi in ſcd̄a feria ſeruant̄. ꝟ tm̄
ſuffra.vtſ̄.niſi fuerit dupl'.aut ſemi/
dupl'.illa h̄nt pri.vſ̄.cū ſuff.de dn̄ica
ꝛc̄. Si tm̄ feſtū dupl'.aut ſemid̄.ceci/
derit in ſabba.an̄ paſſionē dn̄i.aut
palma.illud nō hꝫ.ij.vſ̄. ꝟ tm̄ ſuffr̄.
qd̄ dicet̄ poſt ſuffr̄.ferie excepto feſto
Annūciationis.

## Dn̄ica prima in.xl.q̄

dr̄ dn̄ica Inuocauit. Ad pri.vſ̄.an̄.
Bn̄dictꝰ cū cete.an̄.ꝛ pſ̄. ¶ Hymnꝰ

Ex more docti myſtico ſue/
mus hoc ieiuniū deno die
rū circl'o ducto quater no/
tiſſimo. Lex ꝛ ꝓphe primitus hoc
ꝯtulerūt poſtmodū xp̄s ſacrauit
oīm rex atqꝫ factoꝛ tempoꝝ. Uta/
mur ꝰ ꝑcius verbis cib is ꝛ poti/
bus ſomno iocis ꝛ arcius ꝑſtemꝰ
i cuſtodia. Uitemus aūt peſſima
que ſubruūt mētes vagas nullū/
qꝫ demus callido hoſti locū tyran
nidis. Dicamꝰ oēs cernui clame/
mus atqꝫ ſinguli ploremꝰ an̄ iudicē
flectamꝰ irā vindicē Noſtris ma
lis offendimꝰ tuā dſ̄ clementiā ef
funde nob̄ deſup remiſſoꝛ indul/
gentiā. Memēto ꝙ ſumꝰ tui licet
caduci plaſmatꝭ ne des honoꝛē no
mis tui ꝑcamur alteri Laxa ma
luꝫ qd̄ geſſimꝰ auge bonū qd̄ poſci
mus placē quo tandem tibi poſſi/
mus hı̄ ꝛ ꝑpetim. Pr̄a beata tri/
nitas ꝯcede ſimplex vnitas vt fru
ctuoſa ſint tuis ieiunioꝝ munera
Amen. Iſte p̄dictꝰ hymnus cū v̄.ſe/
q̄nti dicetur ſingl'is diebꝰ ad vſ̄.niſi
qn̄ de ſanctis canit̄ vſqꝫ ad dn̄icā.iij.

Hortamur ¶ Cap. Coꝛ.ij.vj.
Uos ne in vacuū grāꝫ dei re/
cipiatis ait eīm tp̄e accepto exaudi
ui te.ꝛ in die ſalutꝭ adiuui te. Deo
v̄. Angelis ſuis mādauit de te. Ut
cuſtodiāt in te oībꝰ vijs tuis. Sup
magt̄ An̄. Ecce nūc tp̄s acceptabi
le ecce nunc dies ſalutis in his er/
go diebꝰ exhibeamꝰ nos ſicut dei
miniſtros in multa patiētia in vi
gilijs in ieiunijs ꝛ in caritate non
ficta. Coll'.dn̄icalis. Preces nr̄as.
vtſ̄. Suff. Tūc inuocab ꝛ dn̄s ex
audiet clamabis ꝛ dicet ecce aſſuꝫ.

Da nobis qm̄s (Oremꝰ. Coll'.
Oo p̄s deus eterne ꝓmiſſionis
gaudia querere.ꝛ q̄ſita citius in/
uenire. P. Preces nō dicunt̄ ad pri.ꝛ
ad.ij.vſ̄.neqꝫ ad mat.neqꝫ ad hoꝝ.
dn̄icꝭ diebꝰ ꝛ in feſtꝭ ſctoꝝ ꝑter ad cō
pl'.ꝛ ad primas dicunt̄ p̄ces cōſue.ſi
ne pſ̄. Miſerē. ¶ Ad cōpl'. Couerte
nos cū ſuis pſ̄.ꝛc̄. ¶ Hym.

Audi benigne ꝯditoꝛ nr̄as
preces cū fletibꝰ in hoc ſa/
cro ieiunio fuſas quadragenario
Scruta*toꝛ alme coꝛdiuꝫ infirma
tu ſcis viriū ad te reuerſis exhibe
remiſſiōis grāꝫ. Multū q̄dē pec/
cauimꝰ penaſqꝫ cōpauimꝰ ſꝫ cun/
cta q̄ ſolus potes ꝯfer medelā lan
guidis. Sic coꝛpꝰ extra ꝯteri dōa
ꝑ abſtinētiā ieiunet vt mēs ſobria
a labe pꝛſus criminuꝫ. Pr̄a btā
trini.vtſ̄. Capꝫ. Pacē ꝛ vita.cū v̄.
Cuſtodi nos dn̄e vt in pſalte. Sup
Nunc dimittis. An̄. Media vita in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

morte ſumus quē querimus ad/
iutorē niſi te dñe qui ꝓ peccatꝭ no/
ſtris iuſte iraſceris. ſancte deꝰ. ſan
cte fortꝭ. ſancte ⁊ miſericors ſalua
tor amare morti ne tradas nos.
Kyrieleꝰ. cū preci. ⁊ collᷓ. Illumia q̄s.
vt in pſalᷓ. ſine Confiteor. et ps̄. Mi
ſerere. Hoc cōplᷓ. pſcriptū dicet̄ ſab/
ba. noctibꝰ poſt pri. vs̄. dñice dici vſ/
qꝫ ad dñicam in paſſione dñi. ¶ Ad
mat. Inuit. In manu tua domie.
Oēs fines terre. ps. Venite. ¶ In
pri. noct. añ. Sti qui in le. cū ceteris
añ. et ps. vt in pſalᷓ. v. Scuto circū/
(dabit ⁊c. ⌊ Lec. pri.

Hec ſunt generationes thare. Thare
genuit abraā nachor ⁊ aram. Por
ro arā genuit loth. Mortuuſqꝫ eſt
aram ante thare prēm ſuū in ter
ra natiuitatis ſue in hur caldeoꝝ.
Duxerūt aūt abraā ⁊ nachor vxo/
res. Nomē vxoris abraam . ſarap
Et nomē vxoris nachor. melcha fi/
lia aram pris melche ⁊ pris ieſche
Tu. ℞. Ecce nūc tempꝰ acceptabi
le ecce nunc dies ſalutis cōmende
mus noſmetipſos in mlta patien/
tia in ieiunijs multis. Per arma
iuſticie virtutis dei. vꝰ. In omni/
bus exhibeamꝰ noſmetipſos ſicut
dei miniſtros vt nō vituperetur mi
(ſteriū nr̄m. P. ⌊ Le. ij.

Erat aūt ſarap ſterilis. nec habe/
bat filios. Tulit itaqꝫ thare abraȝ
filiū ſuū. ⁊ loth filiū aram filium
filij ſui. ⁊ ſarap nurum ſuā. vxorē
abraȝ filij ſui: ⁊ eduxit eos de hur
chaldeoꝝ vt irent in terrā chana/
an. Veneruntqꝫ vſqꝫ aran ⁊ habita
uerūt ibi. Et facti ſunt dies thare
ducentoꝝ quinqꝫ annoꝝ. ⁊ mortu
us eſt in aran. Tu. ⌊ ℞. Paradiſi
portas apiat nob ieiunij tempus
ſuſcipiamꝰ illud orātes ⁊ deprecan/
tes. Vt in die reſurrectionis cum
dño glorīemur. vꝰ. Ecce nūc tempꝰ
acceptabile ecce nūc dies ſalutꝭ ne
mini dantes vllā offenſionē. Vt.
(¶ Le. iij.

Dixit aūt dñs ad abrā
Egredē de terra tua. ⁊ de co/
gnatione tua. ⁊ de domo pris tui.
⁊ veni in terrā quā monſtrauero
tibi. Faciāqꝫ te in gentē magnā. ⁊
bñdicā tibi ⁊ magnificabo nomē
tuū eriſqꝫ bñdictꝰ. Bñdicā bñdicē
tibꝰ tibi. ⁊ maledicā maledicētibꝰ
tibi: atqꝫ i te bñdicent̄ vniuerſe co
gnationes terre. Tu. ℞. Emēde
mus in meliꝰ que ignoranter pec
cauimus ne ſubito pocupati die
mortis queramꝰ ſpaciū penitētie
⁊ inuenire nō poſſimꝰ. Attende do
mine ⁊ miſerē qꝛ peccauimꝰ tibi.
vꝰ. Peccauimꝰ cum pribus nr̄is
iniuſte egimꝰ iniquitatē fecimus
Atten. Glia. Attē. ¶ In. ij. noct. añ.
Tribue nobis. cū cete. añ. et ps. vt i
pſalᷓ. v. Cadent a latere. ¶ Le. iiij.

Egreſſus eſt itaqꝫ abraȝ ſicut
ꝑceperat ei ds. ⁊ iuit cū eo loth
Septuaginta quinqꝫ annoꝝ erat
abraȝ cū egrederet̄ de aran. Tulit
qꝫ ſarap vxorē ſuā ⁊ loth filiū fra/
tris ſui. vniuerſamqꝫ ſubſtantiaȝ
quā poſſiderāt. ⁊ aīas quas fece/
rāt in aran: ⁊ egreſſi ſunt vt irent
in terrā chanaan. Cūqꝫ veniſſent
in eaȝ. ptranſiuit abram terram
vſqꝫ ad locū ſichem ⁊ vſqꝫ ꝯuallē
illuſtrē. Chananeꝰ aūt tunc erat i
terra. Tu. ℞. In oībus exhibea/
mus nos ſicut dei miſtros in mul

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ta patiencia Vt nõ vitupetur mi/
niſteriũ nrm. ℣. Ecce nũc tempꝰ
acceptabile ecce nũc dies ſaluꝰ ne
mini dãtes vllã offenſionem. Vt.

Apparuitqꝫ dñs abrã ¶ Lc. v.
⁊ dixit ei. Semi tuo dabo ter
rã hanc. Qui edificauit ibi altare
dño q̇ appuerat ei ⁊ inuocauit ibi
nomẽ eiꝰ. Et inde trãſgrediẽs ad
montẽ q̇ erat ↄtra orientẽ bethel.
tetendit ibi tabnaculũ ſuũ ab occi
dẽte hñs bethel. ⁊ ab oriente hay.
Edificauit quoqꝫ ibi altare dño ⁊
inuocauit nomẽ eiꝰ. Tu. ℟. In ie/
iunio ⁊ fletu plorabãt ſacerdotes
dicẽtes. Parce dñe pce pplo tuo et
ne des hereditatẽ tuã in pditiõeꝫ.
℣. Inter veſtibulũ ⁊ altare plora
bant ſacerdotes dicentes. Parce.

Perrexitqꝫ abrã va ¶ Lc. vj.
dẽs. ⁊ vltra pgrediẽs ad me
ridiẽ. Facta eſt aũt fames in terra
Deſcẽditqꝫ abrã in egyptuꝫ vt pe/
grinaret̃ ibi. Preualuerat em̃ fa/
mes in terra. Cũqꝫ ꝓpe eſſet vt in/
grederet̃ egyptũ. dixit ſaray vxo/
ri ſue. Noui ꝙ pulcra ſis mulier
⁊ ꝙ cũ viderint te egyptij dicturi
ſunt. vxor illiꝰ eſt. et interficiẽt me
⁊ te reſeruabũt. Dic ḡo obſecro. ꝙ ſo/
ror mea ſis. vt bñ ſit mihi ꝓpter te
⁊ viuat aĩa mea ob grãm tui. Tu.
℟. Abſcõdite elemoſynã in ſinu
paupis ⁊ ipa orabit ꝓ vob ad do/
minũ. Qa ſicut aq̃ extinguit ignẽ
ita elemoſyna extinguit pctm̃. ℣.
Honora dñm de tua ſubſtantia et
de pmitijs frugũ tuaꝝ da paupe/
ribꝰ. Qa. Glia. Qa. ¶ In .iij. noct.
añ. Legis tue dñe. cũ cete. vt in pſal.
℣. Clamauit ad me. S. Math. iiij.

In il. tẽ. Ductꝰ eſt ieſus in deſ/
tuꝫ a ſpũ vt tẽptaret̃ a diabo
lo. Et cũ ieiunaſſet q̃draginta die/
bus ⁊ q̃dragĩta noctibꝰ poſtea eſu
rijt. Et re. Omel. bti Grego. p.

Dubitari ſolet a quibuſdã a q̃
ſpũ ſit ihs ductꝰ in deſtũ ꝓpter hoc
qð ſubdit̃. Aſſumpſit eũ diabolꝰ in
ſctãꝫ ciuitateꝫ. ⁊ rurſus aſſumpſit
eũ in montẽ excelſum. Sed vere ⁊
abſqꝫ vlla queſtione ↄueniẽter ac
cipitur. vt a ſpũ ſctõ in deſertũ du
ctus credat̃. vt illuc eũ ſpũs ſuꝰ du
ceret vbi tũc ad tẽptãduꝫ ſpũs ma
lignus inueniret. Tu. ℟. Tribu
larer ſi neſcirẽ miſcdias tuas dñe.
Tu dixiſti nolo mortẽ pctõris ſꝫ vt
ↄuertat̃ ⁊ viuat q̇ cananeã ⁊ pub
licanũ vocaſti ad penitẽtiã. ℣. Et
petrũ lacrimantẽ ſuſcepiſti miſe/
ricors dñe. Tu dix. ¶ Lc. viij.

Sed ſciendũ nob ẽ. qꝛ tribꝰ mo
dis tẽptatio agit̃. ſugeſtione. dele
ctatione. ⁊ ↄſenſu. Et nos cũ tem/
ptamur. plerũqꝫ i delectatiõe aut
etiã ↄſenſu labimur: qꝛ ex carnis
pctõ ꝓpagati. in nobmetipis etiã
gerimꝰ. vñ certamina toleramꝰ.
Deꝰ võ q̇ in vtero virgĩs incarna
tus in mundũ ſine pctõ venerat:
nil ↄtradictionis in ſemetipſo tol
lerabat. Tẽptari ḡo p ſuggeſtionẽ
potuit. ſed eiꝰ mentẽ pcti delecta/
tio nõ momordit: atqꝫ idõ oĩs dia/
bolica illa tẽptatio foris nõ intꝰ fu
it. Tu. ℟. Scapulis ſuis obũbra
bit tibi dñs ⁊ ſub pennis eiꝰ ſpera
bis. Scuto circundabit te veritas
eiꝰ. ℣. Cadent a latere tuo mille ⁊
decem milia a dextris tuis. Scut.
¶ Lectio. ix.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Antiquus hoſtis ꝯtra primū
hoīem parentē noſtrū in tri
bus temptationib⁹ ſe erexit: quia
hūc videlicet gula. vana glīa. ꝛ a/
uaritia tēptauit. ſed tēptādo ſup/
auit: qꝛ ſibi eū ꝑ ꝯſenſuꝫ ſubdidit.
Ex gula ꝗ̄ppe temptauit: cū cibuꝫ
ligni vetitū oñdit. atqꝫ ad comedē
dū ſuaſit. Ex vana aūt glīa tēpta/
uit cū diceret. eritis ſicut dij: ex ꝓ/
uectu auaricie temptauit. cū dice
ret. ſcientes bonū ꝛ malū. Auari/
cia eīm nō ſolū pecunie eſt: ſed etiā
altitudinis. Tu. ℞. Angelis ſuis
mādauit de te vt cuſtodiāt te in oī
bus vijs tuis. Jn manibus porta
būt te ne vnqꝫ offendas ad lapidē
pedeꝫ tuū. v⁹. Sup aſpideꝫ ꝛ baſi/
liſcū ambulab ꝛ ꝯculcabis leoneꝫ
ꝛ draconē. Jn ma. Glīa. Deīn repe
tit ℞. Angel. ¶ Per totā .xl. vſqꝫ ad
paſſionē dñi excluſiue tā feriatis die
bus qꝫ dñicis dieb⁹ qñ de tpe ſeruat
dꝛ ante laud. v. Cadēt a latere tuo
mille. Et decē milia a dextris tuis
Cor mundū ¶ Ad laud. Añ.
crea in me ds ꝛ ſpm̄ rectū in/
noua in viſcerib⁹ meis. ps̄. Miſe/
re. Añ. O dñe ſaluū me fac o dñe
bñ ꝓſperare. ps̄. Cōfitemi .xxxiiij
Añ. Sic bñdicā te in vita mea do
mīe ꝛ in nomīe tuo leuabo man⁹
meas. ps̄. Deus de⁹. Añ. Jn ſpiri/
tu hūilitat̄ ꝛ in aīo ꝯtrito ſuſcipi/
amur dñe a te ꝛ ſic fiat ſacrificiuꝫ
noſtꝝ vt a te ſuſcipiat̄ hodie ꝛ pla/
ceat tibi dñe deus ps̄. Bened. Añ.
Laudate deū celi celoꝝ ꝛ aq̄ oēs.
ps̄. Laud. dñ̄ de cel. ¶ Hy.
Jeſu q̄dragenarie dicator
abſtinentie q̄ ob ſalutem
mentiū h̄ ſanxeras ieiuniū. Quo
ꝑadiſo redderes ſuata ꝑſymonia
q̄s inde caſtrimargie huc illece/
bra depulit. Adeſto nūc eccl̄ie ad/
eſto penitentie q̄ ꝓ ſuis exceſſibus
orat ꝓfuſis fletib⁹. Tu retroacta
crimīa tua remitte grā ꝛ a futurꝫ
adhibe cuſtodiā mitiſſime. Ut ex/
piati annuis ieiunioꝝ victimis tē
damus ad paſcalia digne colēda
gaudia. Prā prī ꝑ filiuꝫ ꝑſta ꝑ al/
mū ſpm̄ cū his ꝑ euū triplici vnus
de⁹ cognoīe. Amen ¶ Predict⁹ hym
nus dꝛ ſingulis dieb⁹ ad laud. qñ no
ctur. ſeruat̄ vſqꝫ ad dñicaꝫ terciam.
Ecce nunc ¶ Cap. Cor. ij. vj.
temp⁹ acceptabile. ecce nūc
dies ſalutis nemini dātes vllā of/
fenſioneꝫ. vt nō vituperet̄ miſteriuꝫ
noſtꝝ. Deo. v. Dñe refugiū fact⁹
es nob. Jdeꝫ v. dicet̄ tā feriat̄ dieb⁹
qꝫ dñicis dieb⁹ ad añ. ſup bñ. de tpe
vſqꝫ ad paſſio. dñi. Sr bñ. añ. Du
ctus eſt ih̄s in deſertū a ſpū vt tē/
ptaret̄ a diabolo ꝛ cū ieiunaſſet q̄/
dragita dieb⁹ ꝛ q̄dragita noctib⁹
Deus q̄ (poſtea eſuriȳt. Coll.
eccliā tuā annua q̄drageſi/
mali obſuatione purificas. pre/
ſta familie tue vt qđ a te obtinere
abſtinendo nitit̄. h̄ bonis opib⁹ ex
equat̄. P. ¶ Dñicis dieb⁹ ꝑ .xl. nō di
cunt̄ ſuffr. tā ad mat. qꝫ ad .ij. vs̄. niſi
ſi feria .ij. fuerit feſtū .ix. lec. de illo di/
cat̄ ſuffr. ¶ Nota etiā ꝙ ꝑ totā .xl. ad
primā .iij. vj. ꝛ .ix. dñr hym. ꝛ ps̄. con
ſue. vt in pſat. Nota etiā ꝙ ℞ ad .iij.
vj. et .ix. ꝑ .xl. non dñr vt cōſue. ℞ ex
tra .xl. viꝫ ꝙ prima clauſula ℞. di/
cat̄ bis ante v. ß trīſel ſiue vn⁹ ſiue
plres ꝑiter legerint. dañ v⁹. vt infra

℟. docent. ¶ Ad primam. Añ. Per
arma iuſticie virtutis dei commē
demus noſmetipſos in multa pa/
tientia. Lpſ. Deus deus meus re/
ſpice. cum cete. pſ. Cap. Dñe miſe/
rere. cum precib⁹ et cete. vt in pſal. ſi/
ne Confiteor. et ſine pſ. Miſerere.
¶ Ad. iij. Añ. Aduenerunt nobis
dies penitētie ad redimenda pec/
cata ⁊ ſaluādas animas. Cap. Ec
ce nunc tpſ. vtſ. ℟. Participem
me fac deus omniū timentiuȝ te.
Et cuſtodientiuȝ mādata tua. ℣.
Aſpice i me ⁊ miſerere mei ſcḋm iu/
dicium diligentium nomē tuum.
Et. Gloria. Participem. ℣. Dicet
domino ſuſceptor meus es tu. Et
refugium meū deus me⁹ ſperabo
in eum. Coll. vtſ. in laud. ¶ Ad vj.
Añ: Cōmendem⁹ noſmetipſos in
in multa patientia p arma iuſti/
cie virtutis dei. Cap. ⁊ coll. ad hor.
vtſ. in laud. ℟. Ab omni via ma
la phibui pedes meos. Vt cuſtodi
am mādata tua dñe. ℣. A iudicijs
tuis non declinaui quia tu legem
poſuiſti michi. Vt. Gloria. Ab. ℣.
Ipſe liberauit me. De laqueo ve/
nātium ⁊ a verbo aſpero. ¶ Ad. ix
Añ. Viuo ego dicit dñs nolo mor
tem pctōris ſed vt magis ꝯuerta/
tur ⁊ viuat. ℟. Septies i die lau/
dem dixi tibi dñe de⁹ meus. Ne p/
das me. ℣. Erraui ſicut ouis que
pierat reqre ſeruū tuū dñe qꝛ mā
data tua non ſum oblit⁹. ℟. Gl'a
Septi. ℣. Scapulis ſuis obūbra/
bit tibi. Et ſub pēnis ei⁹ ſperabis.
Coll. vtſ. ¶ Nota ꝙ añ. predicte ad
hoſ. dñr ſingl'is diebus ad hoſ. niſi
fuerit feſtū dupl. aut ſemid. vſqȝ ad
paſſionē dñi. Sed pdicta ℟. et ℣. di/
cunt qñ de tpe ſeruat vſqȝ ad dñicaȝ
iij. ſemp cū cap. et coll. dñicali. In. ij.
vs. añ. Sede a dextris. Lpſ. Dixit.
cū cete. vt i pſal. Hym. Ex more do.
In omnib⁹ ¶ Cap. Cor. ij. vj.
Exhibeam⁹ noſmetipſos ſicut
dei miniſtros. in multa patientia
in vigilijs. in ieiunijs. ⁊ in carita/
te non ficta. Deo. ℣. Angelis ſuis.
Sup magt añ. Non in ſolo pane
viuit homo ſed in omni verbo dei
ſine pcibus Coll'a. vtſ. ¶ Ad compl.
Hym. Audi be. Cap. Pacē ⁊ veri.
⁊c. vt i pſal. cū ℣. Cuſtodi nos. Su
per nūc di. Añ. Cū videris nudum
opi eum ⁊ carnē tuā ne deſpexeris
tūc erūpet qſi mane lumen tuū et
ſanitas tua citius orietur ⁊ anteibit
faciē tuā iuſticia tua ⁊ glia dñi col
liget te. Kyriel. ter ⁊c. vt in pſalter.
Preces flexis geni. cū Cōfiteor. ⁊ pſ.
Miſerē. vt in pſal. niſi ſeqtur feſtuȝ
ix. lec. tūc Confiteor ⁊ pſ. Miſerere
nō dñr. Coll. Illumia ⁊c. vtſ. Hoc
compl. pſcriptū dicet dñicis ⁊ feriat
dieb⁹ p totū. xl. vſqȝ ad paſſionē dñi
niſi feſtū dupl. aut ſemid. impediat.
¶ Feria. ij. p totū. xl. feria. dieb⁹ quā
do noct ſeruat. Ad mat. Inuit. añ.
pſ. et laud. p omia vt in pſal. ℣℟. vo
poſt añ. noct. accipiunt vtſ. de dñica
pxia qui dicūtur viaſſim ⁊ ſcḋm ordi
nē vſqȝ ad dñicaȝ in paſſione dñi.

¶ Feria. ij. Lectio prima.

Cum itaqȝ ingreſſus eēt abrā
egyptū. viderūt egyptij mulierē
ꝙ eſſet pulcra nimis. Et nūciaue
runt principes pharaoni ⁊ lauda
uerūt eā apd illū. ⁊ ſublata eſt mu
lier in domū pharaonis. Abrā vo



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bene vſi ſunt ꝓpter illam. Fuerūt
qȝ ei oues ⁊ boues ⁊ azini ⁊ ſerui ⁊
famule ⁊ cameli. Tu aūt. ℟. de do
minica ꝓxima preterita que dicūtur
ſm ordinem per hebd̄. ¶ Lectio.ij.
Flagellauitqȝ dominus pharao
nem plagis maximis ⁊ domū eiꝰ
ꝓpter ſaray vxorē abraȝ. Vocauit
qȝ pharao abrā ⁊ dixit ei. Quidnā
eſt qd̄ feciſti michi? Quare non in
dicaſti mihi q̄ vxor tua eēt? Quaȝ
ob cauſam dixiſti eſſe ſororē tuam
vt tollerem mihi eam in vxorem?
Nunc igitur ecce coniunx tua acci
pe eam ⁊ vade. Tu aūt. ¶ Lect.iij.
Precepitqȝ pharao ſup abrā vi
ris ⁊ deduxerūt eum ⁊ vxorem illi
us ⁊ om̄ia que habebat. Aſcendit
ergo abram de egypto ipſe ⁊ vxor
eius et om̄ia que hēbat ⁊ loth cū
eo ad auſtralem plagā Erat autē
diues valde in poſſeſſione auri et
argenti. Tu aūt. Hym. Ieſu q̄dra
vtē. Cap. ⁊ coll. vtē. de dn̄ica in lau.
cū. ℣. Dn̄e refu. Sup bn̄d. An̄. Ve
nite bn̄dicti patris mei ꝑcipite re
gnū qd̄ vob paratum eſt ab origine
mūdi. Kyriel. ter. ꝛc. Preces maio.
flexis genibꝰ per totā. xl. feriatis die
bus qn̄ noct. ſeruat̄ vſqȝ ad cenā dn̄i
Deinde dcā coll. dn̄icali ⁊ precibus ꝓ
vi. et defunc. dicet̄ ſuffra. de feria ſine
℣. Hac die in mat. ſuffr. Qd̄ vni ex
minimis meis feciſtis mihi feciſt
dicit dn̄s. Oremus. Colla.
Conuerte nos deus ſalutarꝭ
noſter. ⁊ vt nob ieiuniū quadra
geſimale ꝓficiat mentes noſtras
celeſtibus inſtrue diſciplinis. P. ⁊
non plus. ¶ Ad primā ⁊ ad cete. hoē
per om̄ia vtē. in dn̄ica ꝓxima cū pre
cibus conſue. flexis genibꝰ. ¶ Notā
dum eſt q̄ ad compl. poſt ſcd̄as vē.
dn̄icis diebus et feriatis qn̄ noct. ſer
uatur et etiam ad primā feriatis die
bus qn̄ noct. ſeruat̄. dicentur in preci
bus conſue. poſt illum ℣. Dignare
do. Cōfiteor. Miſereatur ⁊ Indul
gentiā. Deinde Miſerere noſtri.
ꝛc. vt in pſal. vſqȝ ad cenam dn̄i. Et
ſi in ſcd̄a feria fuerit feſtū. ix. lec. tunc
i compl. dn̄ice diei non dr̄ Confiteor.
nec Miſereatur. nec Indulgentiā
nec pē. Miſerere ꝛc. In compl. vo
ſabbatis notibꝰ ⁊ in ꝓfeſt ſanctorū
etiam predicta nō dicunt̄. ¶ Et nota
q̄ ab hac die incluſiue vſqȝ ad cenaȝ
dn̄i excluſiue. Ad primaȝ. iij. vj. ix. et
ad vē dictis precibus conſue. dn̄r ad
huc alie preces que dicūtur p̄ces ſecū
darie. ꝓ omnia vt in pſal. tm̄ feriatis
diebus qn̄ noct. ſeruat̄. ¶ Nota etiaȝ
q̄ ab hac die incluſiue vſqȝ ad diē pa
ſce excluſiue ſingulis diebus non ob
ſtantibus feſtis ſanctorū quibuſcun
qȝ dicunt̄ veſpe ante prandiū finita
ſumma miſſa exceptis tm̄. ij. vē. do
minicis diebꝰ que dicūtur poſt pran
dium. Compl. vo ſemꝑ dicetur poſt
prandium debita hora. ¶ Ad vē an̄.
et pē. vt in pſal. Hym. Ex more do.
vtē. Cap. ꝑ hebd. ad vē. In omni
bus exhibeamꝰ. ut ſup̄ in. ij. vē. do
minice p̄cedentis. ℣. Angelis ſuis.
ut ſup̄ Sup mgt̄ An̄. Qd̄ vni ex mi
nimis meis feciſt mihi feciſtis di
cit dn̄s. Kyriel. ter. ꝛc. Preces maio
res. Ego dixi ꝛc. flexis geni. ꝑ totaȝ
xl. feriatis diebus ad vē. qn̄ noct. ſer
uatur vſqȝ ad cenam dn̄i. Deīn dcā
colla dn̄icali et Benedicamꝰ dn̄o dr̄
pē. Deus auribus ꝛc. vt in pſalte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Deinde dicta coll'. Ineffabilem. cũ
concluſione ſua ſine Bñdicam⁹. di/
cetur.ſuffra.d' feria.¶ Sequitur hac
die ad vſ̄ ſuffra. Venite benedicti
patris mei percipite regnũ quod
vobis paratum eſt ab origīe mũ/
di.ſine.v̇.Oremus. Coll'a.
Abſolue q̄s dñe vincl'a pec/
catorum noſtroꝝ.⁊ quicq̄d pro eis
meremur ꝓpiciatus auerte. Per.
Dñs vob. Benedicam⁹ dño. De/
inde.ꝑ defunctis ⁊c. vt in pſal'. Et ſic
faciendũ eſt etiaꝫ ceteris dieb⁹. Com/
pleto.vtſ̄ ¶ Feria.iij.ad mat. L.pri.
Reuerſus eſt autē abrā ꝑ iter
quo venerat a meridie in be
thel vſq; ad locuꝫ vbi prius fixerat
tabernaculum inter bethel ⁊ hay
in loco altaris quod fecerat prius
⁊ inuocauit ibi nomē domini Tu.
Sed ⁊ loth qui erat cum ¶ Lec.ij.
abram fuerunt greges ouium et
armenta et tabernacula: nec po/
terat eos capere terra vt habita/
rent ſimul. Erat quippe ſubſtan/
tia eoꝝ multa et nequibant habi/
tare cōmuniter. Vnde facta eſt ri
xa inter paſtores gregum abram
Dixit autem (⁊ loth. Tu. ¶ Le.iij
abrā ad loth. Ne q̄ſo ſit iurgiũ int̄
me ⁊ te et int̄ paſtores meos ⁊ pa/
ſtores tuos. Frēs ei ſum⁹ Ecce uni
uerſa terra corā te eſt. recede a me
obſecro. Si ad ſiniſtrā ieris dexte/
ram tenebo. Si tu ad dexteraꝫ ele
geris ego ad ſiniſtram pergā Tu.
Hym.cap.v̇.⁊c. vtſ̄. Sup bñ. Añ.
Cuꝫ intraſſet ieſus hieroſolymā
cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicēs
quis eſt hic ꝓplius autē dicebat hic
eſt ih̄us ꝓpheta a nazareth galilee

Coll'a dñical'. Deus qui eccl'iaꝫ tu/
am.vtſ̄. Suffra. Scriptum eſt vt
infra.ſine.v̇. Oremus. Coll'a.
Reſpice domine familiā tuaꝫ
et p̄ſta: vt apud te mēs noſtra tuo
deſiderio fulgeat.q̄ ſe carnis mace
ratōne caſtigat. Per. Ad vſ̄. Cap.
In omīb⁹ exhi.⁊c. vtſ̄. Sup mḡt.
Añ. Scriptum eſt enim quia do/
mus mea domus oratōnis eſt cũ/
ctis gentibus vos auteꝫ feciſtis il/
lam ſpeluncam latronũ et erat q̊/
tidie docens in templo. Coll'.dñica
lis. Deus qui eccl'iam.vtſ̄. Suffr̄.
Cum intraſſet.vtſ̄.ſine v̇. Orem⁹
Aſcendant ad te dñe ¶ Coll'a.
preces nr̄e.et ab eccleſia tua
cunctam repelle nequiciam. Per.
¶ Nota feria.iiij.vj.et ſabba.ſunt q̄/
tuor tp̄a. Feria q̄rta q̄tuor tp̄m Ad
Eleuatis itaq; (mat. Le.pri.
loth oculis vidit oēm regio/
neꝫ iordanis que vniuerſa irriga
batur anteq̄ꝫ dominus ſubuerte/
ret ſodomā et gomorram ſicut pa
radiſus dñi et ſicut egyptus veni
entibus in ſegor. Elegitq; loth re/
gionem circa iordanem ⁊ receſſit
ab oriente. Diuiſiq; ſũt alterutrũ
a fratre ſuo. Abram habitauit in
terra chanaan. loth vero morat⁹
eſt in oppidis que erāt circa iorda/
nem. ⁊ habitauit in ſodomis. Ho
mines aũt ſodomite peſſimi erāt
⁊ peccatores coraꝫ dño nimis. Tu.
Dixitq; dñs ad abrā poſt/ ¶ Le.ij.
q̄ꝫ diuiſus eſt ab eo loth. Leua ocu/
los tuos in directũ ⁊ vide a loco in
quo nũc es ad aquilonē ⁊ meridi/
em ad orientem ⁊ occidētem. Om
nem terram quā conſpicis tibi da

vo et ſemini tuo vſqꝫ in ſempiter/
num. Faciãqꝫ ſemen tuũ ſicut pul
uerem terre. Tu aũt. ¶ Lectio. iij.
Si quis poteſt hoĩm numerare
puluerem terre: ſemen quoqꝫ tu/
um numerare poterit. Surge er
go ⁊ pambula terrã in longitudi/
ne ⁊ in latitudine ſua: quia tibi da
turus ſum eam. Mouens igiť ta/
bernaculũ ſuũ abꝛã venit ⁊ habi/
tauit iuxta ꝯuallem mãbꝛe que ẽ
ĩ hebꝛõ. Edificauitqꝫ ibi altare do/
mino. Tu aũt. Hẏ. Cap. v. ꝛc. vꝰs
Super bened. Añ. Generatio hec
pua ⁊ puerſa ſignũ q̃rit ⁊ ſignũ ñ
dabiť ei niſi ſignũ ione ꝓphe. Coll.
dominicalis. Deꝰ qui ecclĩam tuã.
vt ſup. Suffra. Sicut fuit ionas ĩ
ventre ceti trībꝰ diebus ⁊ tribꝰ no
ctibus ita erit filiꝰ hominis in coꝛ
de terre. ſine v. Oremꝰ Coll'a
Preces noſtras q̃ſs domine
clementer exaudi. ⁊ ꝯtra cũcta no
bis aduerſantia dexteraꝫ tue ma/
ieſtatis extende. Per. Cetera vt ſu
pꝛa. feř. ij. poſt dñicaꝫ pꝛi. Ad vs. cap
In omnibꝰ exhi. vꝰs. Sup magt.
Añ. Dixit quidam ad ieſum ecce
mater tua et fratres tui foris ſtãt
querentes loqui tecum at ille rñ/
dens dicenti ſibi ait que eſt mater
mea ⁊ fratres mei ⁊ extendẽs ma
nũ in diſciplos ſuos dixit ecce mať
mea ⁊ frẽs mei. Coll. dñical' Deus
qui eccle. vꝰs. Suffr. Si quis fece
rit voluntatẽ patris mei ipſe meꝰ
frater ſoꝛoꝛ ⁊ mater ẽ. ſine. v. Ore/
Mentes noſtras (mus. Coll'a
q̃ſs domine lumine tue vi/
ſitationis illuſtra. vt videre poſſi/
mus que agenda ſunt ⁊ que recta
ſunt agere valeamꝰ. P. ¶ Feria. v.
Factus eſt ſmo (Lectio pꝛima
dñi ad abꝛam p viſionem di
cens. Noli timere abꝛã Ego pꝛote
ctoꝛ tuus ſũ ⁊ merces tua mag̃ ni
mis. Dixitqꝫ abꝛã. Dñe deus quid
dabis mihi. Ego vadã abſqꝫ liberꝭ
⁊ filius ꝓcuratoꝛis domꝰ mee iſte
damaſcus eliezer. Addiditqꝫ abꝛaꝫ
Mihi autẽ non dediſti ſemen ⁊ ec
ce vernaclus meꝰ heres erit. Sta
timqꝫ ſmo dñi factus eſt ad eũ di/
cens. Nõ erit hic heres tuus ſed q̃
egredietur ď vtero tuo ipm habe/
bis heredẽ. Tu autẽ. ¶ Lectio. ij.
Eduxitqꝫ dñs abꝛam foꝛas ⁊ ait il
li. Suſcipe celuꝫ ⁊ numera ſtellas
ſi potes. Et dixit ei. Sic erit ſemen
tuũ. Credidit abꝛaꝫ dño ⁊ reputa/
tum eſt illi ad iuſticiã. Poſtq̃ꝫ vero
nonaginta ⁊ nouẽ annoꝝ eſſe ce/
perat: apparuit ei deꝰ. Dixitqꝫ ad
eũ. Ego dñs omnipotẽs Ambula
coꝛam me ⁊ eſto pfectus. Ponãqꝫ
fedus meũ inter me ⁊ te: et multi/
plicabo te vehemẽter nimis. Tu.
Cecidit abꝛã pꝛonus in ¶ Lect. iij.
faciẽ: Dixitqꝫ ei deus. Ego ſum. et
ponam pactũ meũ tecũ. eriſqꝫ pa
ter multaꝝ gentiũ. Nec vltra vo/
cabitur nomẽ tuũ abꝛã: ſed appel/
laberis abꝛaam: qꝛ pꝛem multaꝝ
gentiũ ꝯſtitui te. Faciãqꝫ te creſce/
re vehemẽtiſſime. ⁊ ponã te in gẽ
tibꝰ. regeſqꝫ ex te egredietur ⁊ ſta/
tuã pactũ meũ inť me ⁊ te. ⁊ inter
ſemen tuũ poſt te in generationi/
bus ſuis fedẽ ſempiťno. vt ſim ds
tuus ⁊ ſemĩs tui poſt te. Tu auteꝫ
Hym. Cap. v. ꝛc. vꝰs. Sup bened.
Añ. Egreſſus ihus receſſit in par

tes tyri ꝛ ſydonis ꝛ ecce mlier cha
nanea a finibꝰ illis egreſſa clama
bat dicēs miſerere mei dn̄e fili da/
uid. Coll'. dn̄icał'. Deus q̄ eccl'iam.
vt̄s. Suffrag. Dixit dn̄s mulieri
chananee nō eſt bonū ſumere pa/
nem filioꝝ ꝛ mittere canibꝰ ad mā
ducādū: vtiq̄ꝫ dn̄e nā ꝛ catelli edūt
de micis que cadunt de menſa do/
minoꝝ ſuorū ait illi ih̄s mlier ma
gna eſt fides tua fiat tibi ſicut pe/
tiſti. ſine. ℣. Oremus. Coll'.
O
Deuotionē pp̄li tui q̄ſ domi
ne benignꝰ intēde vt q̄ per abſtinē
tiā macerant' in corpe. per fructū
boni opis reficiantur in mēte. P.
Ad vs̄. Cap̄. In oībꝫ exhi. vt ſup̄.
Sup mḡt An̄. O mlier magna ē
fides tua fiat tibi ſicut petiſti. Col'.
dn̄icał'. Deus q̄ eccl'iaꝝ. vt̄s. Suffr.
Vade mlier ſemel tibi dixi ſi credi
deris videb mirabilia. ſine. ℣. Ore
D
Da q̄ſ dn̄e po (mus. Coll'a.
pulis xp̄ianis et que ꝓfitent'
agſcere. ꝛ celeſte munꝰ diligere qđ
frequentant. P. ¶ Feria. vj. q̄tuoꝛ
D
Dixitq̄ꝫ iterū dn̄s ad (tpm Lc. pa.
abraā. Et tu ḡ cuſtodies pa/
ctū meū ꝛ ſemē tuū poſt te in gn̄a
tionibꝰ ſuis. Hoc ē pactū meū qđ
obſuabitis int' me ꝛ vos. ꝛ ſemen
tuū poſt te. Circūcidet' ex vob oē
maſclinū ꝛ circūcidetis carnē ppu
cij vr̄i vt ſit in ſignū feder' int' me
Infans octo (ꝛ vos. Tu. ¶ Le. ij.
dieꝝ circūcidet' in vob. oē maſcu
linū in gn̄ationibꝰ vr̄is tā verna/
culꝰ q̄ꝫ empticiꝰ circūcidet' ꝛ q̄cun/
q̄ꝫ nō fuerit d ſtirpe vr̄a. Eritq̄ꝫ pa
ctū meū in carne vr̄a i fedus eter/
nū. Maſculus cuiꝰ ppucij caro cir
cūciſa nō fuerit delebit' aīa illa de
pp̄lo ſuo. q: pactū meū irritū fecit.
Dixit quoq̄ꝫ dn̄s ad (Tu. ¶ Lec. iij.
abraā. Sarap vxorē tuā nō vocab
ſarap: ſed ſaram Et bn̄dicā ei. ꝛ ex
illa dabo tibi filiū cui bn̄dicturus
ſum. Eritq̄ꝫ in natiōes. ꝛ reges po
puloꝝ orient' ex eo. Cecidit abraā
in faciē ſuā ꝛ riſit i corde ſuo dicēs
Putaſne cētenario naſcet' filiꝰ. et
ſara nonagenaria pariet? Et ait
dn̄s ad abraā Sara vxoꝛ tua pari
et tibi filiū vocabiſq̄ꝫ nomē eiꝰ yſa
ac. Et ꝯſtituā pactū meū illi in fe/
dus ſempiternū. ꝛ ſemi eiꝰ poſt eū
Tu aūt. Hẏ. Cap. ℣. ꝛc. vts̄. Sup
bn̄. An̄. Angelus dn̄i deſcendit de
celo mouebat' aq̄ ꝛ ſanabat' vnus
Coll'. dn̄icalis. Deꝰ qui eccl'. vt ſup̄.
Suffra. Dn̄e nō habeo hoīem vt
cū mora fuerit aqua mittat me ī
A
piſcinā. ſine. ℣. Oremꝰ Coll'a.
Adeſto dn̄e ꝓpicius plebi tue
ꝛ quā tibi facꝭ eē deuotā. benigno
refoue miseratꝰ auxilio. P. Ad vs̄
Cap̄. In oībꝰ exhi. ꝛc. vts̄. Sup
mḡt An̄. Qui me ſanū fecit ille mi
hi p̄cepit tolle grabatū tuū ꝛ am
bula in pace. Coll'. dn̄icał'. Deꝰ qui
eccl'. vts̄. Suffra. Angelus dn̄i. vt
E
ſupra. ſine. ℣. Oremꝰ. Coll'a.
Exaudi nos miſericors deus ꝛ
mētibus noſtris gratie tue lumē
oſtende. Per. ¶ Sabba. q̄tuoꝛ tpm
I
In illo tē. (Scd'm math. xvij.
Aſſumpſit ieſus petrū ꝛ iaco
bum et iohannē fratrem eius. et
duxit illos in montē excelſum ſeor
ſum: ꝛ tranſfiguratꝰ eſt ante eos.
S
Et re. Omel'. beati Leonis pa.
Saluatoꝛ humani generis de



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

us chriſtus condens eã fidem que
impios ad iuſticiaȝ. ⁊ mortuos re/
uocat ad vitam. ad hoc diſcipulos
ſuos doctrine monitis ⁊ opm mi
raculis imbuebat. vt idem vnige
nitus dei et filius hominis crede/
retur. Nam vnũ horũ ſine alio nõ
proderit ad ſaluteȝ: ⁊ equalis erat
periculi dominuȝ ieſum xp̃m. aut
deum tm̃modo ſine homie. aut ſi/
ne deo ſolũ hominẽ crediſſe: cuȝ
vtrũqȝ eſſet pariter confitendum
Quia ſicut deo vero humanitas:
ita homini inerat vera diuinitas
Ad confirmandũ (Tu. ¶ Lecti.ij.
ergo huius fidei ſalubritatem. in
terrogauerat diſcipulos ſuos do/
minus inter diuerſas alioꝝ opini
ones. quid ipſi de eo crederent. q̃d
ve ſentirent. Ubi apoſtolus petrꝰ
ꝑ reuelationẽ ſummi p̃ris corpo/
rea ſuperãs. ⁊ humana tranſcen
dens vidit mentis oculis filiũ dei
viui: et ꝯfeſſus eſt gloriã deitatis.
Quia non ad ſolam (Tu. ¶ Le.iij.
reſperit ſubſtãtiam carnis ⁊ ſan/
guinis tantũqȝ i hac fidei ſublimi
tate cõplacuit. vt beatitudinis fe/
licitate donatꝰ. ſacrã inuiolabilis
petre acciperet firmitatẽ. ſupra quã
fundata eccleſia. portis inferni. et
mortis legibꝰ ꝑualeret: nec in ſol/
uẽdis aut ligãdis quorũcũqȝ cauſ
aliud ratũ eſſet in celo. q̃ȝ petri ſe/
diſſet arbitrio. Tu. Hy̆. cap̃. v̄. ⁊c̃.
vt̃s. ¶ Nota ſi inciderit hic feſtũ. ix.
lec. tũc dñr due omel. prima de feſto.
ꝓ vij. lec. ſcd̃a de iſto ſabba. ꝓ viij. et
ix. lec. Sup bñ. Añ. Aſſumpſit ihs
diſcipulos ſuos ⁊ aſcendit in mon
tẽ ⁊ trãſfiguratꝰ eſt ante eos. Coll.
dñicalis. Deus qui eccl. vt̃s. Suffr̃.
Dñe bonũ eſt nos hic eẽ ſi vis fa/
ciamus hic tria tabernacula. tibi
vnũ moyſi vnũ ⁊ helie vnũ. ſine v̄.
Populũ tuũ (Orem̃ꝰ Coll̃a.
P qm̃s dñe ꝓpicius reſpice atqȝ
ab eo flagella tue iracũdie clemẽ/
ter auerte. P. Cetera ſicut hucuſqȝ
¶ Nota ſi in dñica ſequenti ⁊ in alijs
ſeq̃ntibꝰ dñicis venerit feſtũ. ix. lect.
etiã dupl. aut ſemid. hoc anticipabit
in ſabba. except feſtis math. apoſto
li ⁊ gertrudis illa poſticipantur in. ij.
feriam ſaluis notabilibus d feſtis ca
dentibus in diem ⁊ in hebdo. palma
rum vt in parte de ſanctis dicetur.

## Dñica.ij.in.xl.que di

citur Reminiſce. Ad pri. vs̃. añ. Be
nedictus. cum ceter añ. ⁊ ps̃. Hym.
Ex more. vt̃s. ¶ Cap̃. Theſſa. pri. v.
Fratres. rogamus vos corri
pite inquietos. conſolamini
puſillanimes. ſuſcipite infirmos.
patientes eſtote ad oẽs. Deo gra/
tias. v̄. Angelis ſuis Super mag̃t
Añ. Deſcẽdentibus illis de mon/
te precepit ieſus dicens nemini di
xeritis viſionem. Coll. Deus qui
eccleſiam. vt ſupra in laud. domini
ce precedentis. Suffra. Uiſionem
quam vidiſtis nemini dixeritis do/
nec a mortuis reſurgat filius ho/
minis. ſine v̄. Oremus ¶ Coll̃a.
A B omnibus nos queſumus
domie peccatis ꝓpiciatus ab
ſolue. vt ꝑcepta venia pctõrum li
beris tibi mẽtibꝰ ſeruiamꝰ. Per.
Compl. vt̃s in ſabba. ¶ Ad matuti.
A Dorem̃ꝰ dñm Quia (Inuit.
a ipſe fecit nos. ps̃. Venite. añ.

Beati q̄ in lege.cū cete.vtš.in pſal.
v.Scuto circū.¶Le.pᵃ.Geñ.xxv
ISaac cū quadraginta eſ/
ſet annoꝝ duxit vxoꝛez re/
beccā filiaꝫ bathuelis ſyri
de meſopotamia ſoroꝛē laban De
pcatuſq; ē yſaac dñm p vxoꝛe ſua
eo ꝙ eſſet ſterilis. Qui exaudiuit
eū ꝛ dedit ꝯceptū rebecce. ſed colli
debant in vtero eius puuli. Que
ait. Si ſic mihi futurū erat.ꝗd ne/
ceſſe erat ꝯcipe? Tu aūt. ℟. Tolle
arma tua pharetrā ꝛ arcū ꝛ affer
de venatiōe tua vt comedā. Et be
nedicat tibi aīa mea. v. Cunq; ve
natu aliquid attuleris fac mihi in/
de pulmentū vt comedā. Et. ¶L.ij.
PErrexitq; rebecca vt conſule
ret dñm. Qui reſpōdens ait.
Due gētes ſunt i vtere tuo et duo
pplī ex ventre tuo diuident. pplſq;
pplm ſupabit. ꝛ maioꝛ ſeruiet mi/
noꝛi. Jam tēpus pariēdi aduene/
rat ꝛ ecce gemini in vtero eiꝰ rep/
ti ſunt. Qui primꝰ egreſſus eſt ru/
fus erat. ꝛ totus in moꝛē pellis hiſ
pidus vocatūq; eſt nomē eiꝰ eſau.
Protinus alter egrediens plantā
fratris tenebat māu. ꝛ idcirco ap/
pellauit eū iacob. Tu aūt. ℟. Ec/
ce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri ple
ni quē benedixit dñs creſcere te fa
ciat deus meus ſicut arenā mariſ
Et donet tibi de roꝛe celi bñdictio/
nē. v. Qui maledixerit tibi ſit ille
maledictus ꝛ qui bñdixerit tibi be
nedictionibꝰ repleatur. Et. ¶L.iij
SExagenariꝰ erat yſaac quā/
do nati ſunt paruuli. Quibꝰ
adultis factus ē eſau vir gnarus
venandi et homo agricola. iacob
autē vir ſimplex habitabat in ta/
bernaclis. Yſaac amabat eſau: eo
ꝙ de venationibus illius veſcere
tur. ꝛ rebecca diligebat iacob. Co/
xit autē iacob pulmentū. ad quē
cum veniſſet eſau de agro laſſus
ait. Da mihi de coctione hac rufa
quia opido laſſus ſuz. ꝙ ob cauſaꝫ
vocatum eſt nomen eiꝰ edom. Cui
dixit iacob. Vende mihi primoge/
nita tua. Ille reſpondit. En moꝛi/
oꝛ. quid mihi proderunt primoge
nita? Ait iacob. Jura ḡ michi. Ju/
rauit ei eſau ꝛ vēdidit primogeni
ta. Et ſic accepto pane ꝛ lētis edu/
lio comedit ꝛ bibit ꝛ abijt paruipē
dens ꝙ primogenita vendidiſſet.
Tu aūt L℟. Det tibi deus de roꝛe
celi et de pinguedīe terre abundā
tiam ſeruiant tibi tribus populi.
Eſto dominus fratrū tuoꝛum. v.
Et incuruētur ante te filij matriſ
tue. Eſto. Gloria. Eſto. ¶ Jn.ij.no
ctur.añ. Tribue.cū cete.vt in pſalte.
v. Cadent. ¶Lectio.iiij.
ORta autem fame ſuper ter/
ram poſt eam ſterilitatem. que ac
ciderat in diebꝰ abꝛaam: abijt yſa
ac ad ambymelech regem paleſti
noꝛuz in gerara. Apparuitq; ei do/
minus. ꝛ ait. Ne deſcendas in egy
ptum: ſed quieſce in terra quaꝫ di
xero tibi. ꝛ peregrinare in ea ero/
q; tecum et benedicā tibi. Tibi eñi
et ſemini tuo dabo vniuerſas re/
giones has. complēs iuramentū
quod ſpopondi abꝛaam patri tuo
et multiplicabo ſemē tuum ſicut
ſtellas celi. Tu autem domine.
℟. Dum exiret iacob d̄ terra ſua
vidit gloriam dei ꝛ ait. Q̄m terri/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bilis eſt locus iſte non eſt hic aliud
niſi dom⁹ dei ⁊ porta celi. v⁷ Vere
dominus eſt in loco iſto et ego ne/
ſciebam. Glĩa. ¶Lectio.v.
DAboqȝ dixit dominus ad yſa
ac.poſteris tuis vniuerſas regio/
nes has . ⁊ benedicentur in ſemi/
ne tuo omnes gentes terre : eo ꝙ
obedierit abꝛaam voci mee.et cu/
ſtodierit pꝛecepta ⁊ mādata mea.
⁊ ceremonias legeſqȝ ſeruauerit.
Manſit itaqȝ yſaac in geraris.Et
cum interrogaretur a viris loci il
lius ſuper vxoꝛe ſua.reſpōdit.So
roꝛ mea eſt.Timuerat eñ confite
ri.ꝙ ſibi eſſet ſociata coniugio.re
putās ne foꝛte interficerēt eum ꝓ
pter illius pulchꝛitudinē.Tu aũt.
℟.Si dñs deus meus fuit mecũ
i via iſta q̄ ego ambulo et cuſtodie
rit me ⁊ dederit mihi panē ad edē
dum ⁊ veſtimentũ quo opiar ⁊ re
uocauerit me cuȝ ſalute. Erit mi/
hi dominus in refugiũ ⁊ lapis iſte
in ſignũ. v⁷. Si eñ reuerſus fue/
ro pſpere ad domũ patris mei be
nedicens bñdicam deuȝ celi. Erit.
CVnqȝ pertrāſiſſent ¶Lec.vj.
dies plurimi. ⁊ yſaac ibidem
moꝛaretur pſpiciēs ambymelech
rex paleſtinoꝛũ ꝑ feneſtraȝ . vidit
eum iocantē cũ rebecca vxoꝛe ſua.
⁊ accerſito eo.ait Perſpicuũ eſt ꝙ
vxoꝛ tua ſit.Cur mētitus es eā ſo/
roꝛē tuā eſſe? Rñdit.Timui ne mo
rerer ꝓpter eam.Dixitqȝ ambyme
lech Quare impoſuiſti nobꝭ? Potu
it coire quiſpiā d̕ ꝑplo cũ vxoꝛe tua
⁊ induxeras ſuꝑ nos grāde pctm̄.
Pꝛecepitqȝ omĩ ꝑplo dicēs. Qui te
tigerit hoīs hui⁹ vxoꝛē. moꝛte mo

rietˀ.Tu.℟. Erit mihi dñs in deũ
⁊ lapis iſte quē erexi i titulũ voca/
bitur dom⁹ dei ⁊ de vniuerſis que
dederis mihi. Decimas ⁊ hoſtias
pacificas offerā tibi. v⁷. Si dñs de
us meus fuerit mecũ in via iſta q̄
ego amblo ⁊ cuſtodierit me.Deci.
Glĩa Deci.¶In.iij.nocˀ.añ.legis
tue.cũ cete.añ.ꝯps.vt ipſal.v.Cla
Imauit.¶Scd̕m Marcũ.pꝛi.c.
Nil.tē.Venit ad ieſum lepꝛo
ſus deꝑcans eũ. ⁊ genu flexo dixit
Dñe.Si vis potes me mundare.
DEt re. Omel.vene.Bede pſby.
Eħ lepꝛoſo mūdato talia cō/
nectit. vt ipe intelligatur quē ma
theus cōmemoꝛat tūc eſſe munda
tũ.qñ poſt illum ſermoneȝ dñs de
monte deſcēdit. Sic eñ ait mathe
us.Cũ aũt deſcendiſſet de mōte ſe
cute ſunt eũ turbe multe : ⁊ ecce le
pſus veniēs adoꝛabat eũ dicens.
Dñe ſi vis potes me mūdare Tu.
℟. Oꝛauit iacob ⁊ dixit dñe q̇ di/
xiſti mihi reuertere in terrā nati/
uitatꝭ tue. Erue me de manu frīs
mei qꝛ valde euȝ timeo. v⁷. De⁹ in
cui⁹ cōſpectu ābulauerũt pr̄es mei
dñe q̇ paſcis me a iuuentute mea
ET q̇a dñs ait (Erue. Le.viij.
Nō veni ſoluē legē ſȝ adiple/
re.Ille q̇ excludebatˀ a lege purga
ri ſe dñi ptāte pſumēs.non ex lege
ſȝ ſuꝑ legē eſſe grãȝ iudicabat que
lepꝛoſi macſaȝ poſſet abluere. Ve
rũ vt in dño ptātis auctoꝛitas.ita
in illo fidi ꝯſtātia declaratˀ.Tu. ℟
Dixit angel⁹ ad iacob dimitte me
auroꝛa ē rñdit ei nō dimittā te ni/
ſi bñdixeris mihi . Et benedixit eũ
in eodem loco. v⁷ .Benedicēs bñ/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicā tibi ꝛ mltiplicabo te. Et. L. ix.
Ille in faciem procidit qḋ hu/
militatꝭ eſt ꝛ pudoris. vt vnꝰ
q̇ſqꝫ de vite ſue maculis erubeſcat.
Sed ↄfeſſionē verecundia non re
p̄llit. oñdit vulnꝰ: remediū poſtu/
lauit. ꝛ ipſa religionis ꝛ fidei ple/
na ↄfeſſio ē. Si vis inq̇t potes me
mūdare. Jeſus aūt miſertus eiuſ
extēdit manū ſuā. ꝛ tangēs eū ait
illi. Volo mūdare. Et cū hoc dixiſ/
ſet. ſtati diſceſſit ab eo lepra ꝛ mū/
datꝰ eſt Tu. ℞. Vidi dn̄m facie ad
faciem. Et ſalua facta eſt aīa mea
℣. Et dixit nequaq̄ vltra vocabe
ris iacob ſed iſrl̄ erit nomen tuuꝫ.
Et. Glia. Vidi. ¶ Ante laudḋ. ℣. Ca
dent a latere. vrſ̄. ⌊Ad laudḋ. Añ.
Domine labia mea aperies
ꝛ os meū annūciabit laudē
tuā. pſ̄. Miſeré. Añ. Dextera dn̄i
fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit
me. p̄s. Cōfitemi. xxxviij. Añ. Fa/
ctus eſt adiutor meꝰ ḋs meus. p̄s.
Deus ḋs meꝰ. Añ. Triū puerorū
cantemꝰ hymnū quē cantabāt in
camino ignis bn̄dicētes dn̄m. p̄s.
Beneḋ. Añ. Statuit ea ineternū
ꝛ in ſclm ſeculi p̄ceptū poſuit ꝛ nō
p̄teribit. p̄s. Laudate. Hym. Jeſu
q̇drage. ¶ Cap. Theſſꝫ. pri. iiij
Fratres rogamꝰ vos et obſe/
cramꝰ in dn̄o ieſu vt queadmoduꝫ
accepiſtis a nobis quō vos oporte
at ambulare ꝛ placé deo: ſic  am
buletis vt abūdetis magis. ſcitis
eū que p̄cepta dederim vob. p do
minū ieſum. Deo. Jſtud predictuꝫ
cap̄m dicetur p hebḋ. ad mat. ad. iij.
vj. et ad. ix. ℣. Domine refu. Sup
beneḋ. Añ. Venit ad ieſum lepro/
ſus deprecans eum et genu flexo
dixit domine ſi vis potes me mun
dare ait illi ieſus volo. mundare.
Deus qui conſpicis ¶ Colla.
omni nos virtute deſtitui in/
terius exteriuſqꝫ cuſtodi. vt ꝛ ab om
nibus aduerſitatibꝰ muniamur i
corpore: et a prauis cogitationibꝰ
mundemur in mente. Per. nō plꝰ
¶ Ad primā et ad ceter. hoſ̄ vt ſup̄ in
p̄cedenti dominica cum cap̄. et colla.
vt ſupra in laudḋ. etiaꝫ per hebḋ. Jn
ſcḋis vſ̄. añ. Sede a dextris. p̄s. Di
xit ꝛc̄. vt ſup̄. Hym. Ex more docti.
Hec eſt ¶ Cap. Theſſal. pri. iiij.
voluntas dī ſanctificatio ve
ſtra. vt abſtineatis vos a fornica/
tione vt ſciat vnuſquiſqꝫ veſtrum
ſuum vas poſſidere in ſctificatio/
ne et honore. Deo grās. Jſtḋ cap̄.
Hec eſt vo. dicetur p hebḋ. tm̄ ad ve/
ſperas. ℣. Angelis ſuis mandauit
de te. Vt cuſtodiant te in omnibuſ
vijs tuis. ⌊Super magr̄. Añ. Va/
de oſtende te ſacerdoti ꝛ offer mu/
nus tuum quod precepit moyſes
pro emundatione tua dicit domi/
nus. Colla. vt in laudḋ. Compl. vrſ̄
in dominica. ¶ Feria ſcḋa et cete. fer̄.
p hebdo. ſumuntur ad matutī. ℞. ḋ
hyſto. Tolle. ſm ordinem vt ſupra de
dominica. Cetera vt ſupra in precedē
ti hebdo. dictum eſt. ¶ Lectio prima.
Senuit autem yſaac ꝛ caliga
uerūt oculi eius ꝛ videre nō
poterat. Vocauitqꝫ eſau filium ſu
um maioreꝫ ꝛ dixit ei. Fili mi. Qui
reſpōdit. Aſſuꝫ. Cui pater. Vides
inquit ꝙ ſenuerim ꝛ ignorem diē
mortis mee. Sume arma tua et
pharetraꝫ ꝛ arcum. ꝛ egredere fo

ras.Cūq; venatu aliquid appꝛehē
deris.fac mihi inde pulmentū ſi/
cut velle me noſti ⁊ affer vt come/
dam ⁊ benedicat tibi anima mea
anteq̄ moꝛiar.Tu aūt ¶Lectio.ij.
Quod cū audiſſet rebecca ⁊ eſau
abiſſet in agrum vt iuſſionē pr̄is
impleret.dixit filio ſuo iacob.Au/
diui patrē tuū loquentē cū eſau
fratre tuo ⁊ dicentem ei.Affer mi/
hi de venatione tua ⁊ fac michi ci/
bos vt comedā ⁊ benedicā tibi co/
rā domino anteq̄ moꝛiar.Nūc er
go fili mi acq̇eſce ꝯſilijs meis ⁊ ꝑ/
gens ad gregē affer mihi duos he
dos optimos vt faciā ex eis eſcas
patri tuo.quibus libēter veſcitur
quas cū intuleris ⁊ comederit bn̄/
dicat tibi anteq̄ moꝛiatur.Tu āt.
Reſpondit iacob ma ¶Lec.iij.
tri ſue.Noſti q̇a frater meus eſau
hō piloſus ſit ⁊ ego lenis.Si attre
ctauerit me pr̄ meus et ſenſerit.ti
meo ne putet ſibi voluiſſe me illu
dere.⁊ inducat ſup me maledicti/
onem ꝓ bn̄dictōne.Ad quē mater
In me ſit ait iſta maledictō fili mi
tm̄ audi vocē meam ⁊ pḡes affer
q̄ dixi.Abijt ⁊ attulit deditq; mr̄i
ſue.Tu.Hy.Cap.v.rc.vtſ.Sup
bened.añ.Ego ṗncipiū q̇ ⁊ loquoꝛ
vob.Coll.dn̄ica.Deus qui ꝯſpicis
vtſ.Suffr.Qui me miſit.vt infra
Preſta (ſine.v.Oꝛemꝰ.Colla.
qſ̄s ops deꝰ.vt familia tua
q̄ ſe affligēdo carne ab alimentis
abſtinet.ſectādo iuſticiā a culpa ie
iunet.P do.Ad vſ.Cap.Hec ē vo.
rc.vtſ.Sup mg̃t Añ.Qui me mi
ſit mecū eſt ⁊ non reliq̇t me ſolum
q: q̄ placita ſūt ei facio ſp.Coll.dn̄i
cal.Deꝰ qui ꝯſpi.vtſ.Suffr.Ego
ṗncipiū.vtſ.ſine v.Oꝛemꝰ.Colla
Adeſto ſupplicationibꝰ noſtris
oipotens ds.⁊ q̇a fiduciā ſpe
rāde pietatis indulges ꝯſuete mi
ſericoꝛdie tribue benignꝰ effectū.
Parauit (P.¶Fer.iij.Le.pr̄i.
rebecca cibos ſicut velle no/
uerat prē iacob ⁊ veſtibꝰ eſau val
de bonis q̄s apd̓ ſe hēbat domi.in
duit eū: pelliculaſq; hedoꝝ circun
dedit manibꝰ.⁊ colli nuda ꝓtexit.
Deditq; pulmentū.⁊ panes q̄s co
xerat tradidit.Quibꝰ illatis dixit.
Pr̄ mi.At ille rn̄dit.Audio.Qs es
tu fili mi?Dixitq; iacob.Ego ſum
ṗmogenitꝰ tuꝰ eſau.Feci tibi ſicut
p̄cepiſti mihi.Surge ⁊ ſede ⁊ cōe/
de d̓ venatiōe mea:vt bn̄dicat mi/
hi aīa tua.Rurſūq; yſaac ad filiū
ſuū.Quō inq̇t tā cito inuenire po
tuiſti fili mi?Qui rn̄dit.Volūtas
dei fuit vt cito occurreret mihi qd̓
Dixitq; (volebam.Tu.¶Lec.ij.
yſaac.Accede huc vt tāgā te fili mi
vt ꝓbē vtꝝ tu ſis filiꝰ meꝰ eſau.an
nō.Acceſſit ille ad prēm.⁊ palpato
eo dixit yſaac.Vox q̇dē.vox iacob
eſt:ſ; manꝰ.manꝰ ſunt eſau.Et nō
cognouit eū:q̇a piloſe manꝰ ſilitu
dinē maioꝛis expſſerāt.Bn̄dicēs
ḡ illi ait.Tu es filius meꝰ eſau.Rn̄
dit Ego ſum.At ille.Affer inq̇t mi/
hi cibos de venatiōe tua fili mi:vt
bn̄dicat tibi aīa mea.Quos cū ob
latos cōediſſet obtulit etiā ei vinū
Quo hauſto.dixit ad eū Accede ad
me.⁊ da mihi oſculum fili mi.Ac/
ceſſit et oſculatus eſt eū.Tu.L.iij.
Statimq; vt yſaac ſenſit veſtimē/
toꝝ eius fragrantiā.bn̄dicens ait

Ecce odor filij mei. ſicut odor agri
pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi de/
us de rore celi. ⁊ de pinguedie ter/
re abũdantiã frumẽti vini ⁊ olei:
⁊ ſeruiãt tibi ꝑpli. ⁊ adorent te tri/
bus. Eſto dñs fratrum tuoꝝ. ⁊ in
curuentur ante te filij mr̃is tue.
Qui maledixerit tibi. ſit ille male/
ledictus: et qui benedixerit tibi be
nedictionibus repleatur. Tu aũt.
Hym. Cap. v. ⁊c. vt ſupra. Super
bened. Añ. Unus enim eſt magi/
ſter veſter qui in celis eſt chriſtus
dominus. Coll'a dominicalis. Deꝰ
qui ꝯſpicis. vt ſupra. Suffra. Qui
maior. vt infra. ſine v. Oremꝰ Coll'

Perfice queſumꝰ domie beni
gnus in nobis obſeruantie
ſancte ſubſidiuꝫ: vt que te auctore
facienda cognouimꝰ: te operante
impleamus. Per. Ad. vs̃. Capm.
Hec eſt volun. ⁊c. vrs̃. Sup magt
Añ. Qui maior eſt veſtruꝫ erit mi
niſter veſter quia omnis qui ſe ex
altat humiliabitur dicit dominꝰ.
Coll'a dominicalis. Deus qui con/
ſpicis. Suffra. Unus eſt em̃. vrs̃.

Propiciare dñe (ſine v. Coll'a
ſupplicatõnibꝰ noſtris: ⁊ ani
marũ noſtraruꝫ medere languo/
ribus: vt remiſſione percepta. de
tua ſemꝑ benedictione letemur.
Per. ¶ Feria.iiij. Lectio prima.

Uix yſaac ſermonẽ impleue/
rat. ⁊ egreſſo iacob foras. ve
nit eſau: coctoſqꝫ de venatione ci/
bos intulit patri dicẽs. Surge pa
ter mi. ⁊ comede de venatione filij
tui: vt benedicat mihi anima tua
Dixitqꝫ illi yſaac. Quis em̃ es tu?
Qui reſpõdit. Ego ſum filiꝰ tuus
primogenitus eſau. Expauit yſa
ac ſtupore vehemẽti. ⁊ vltra ꝙꝫ cre
di poteſt ammirãs ait. Quis igit
ille eſt qui dudum captã venatio/
nem attulit mihi. et comedi ex om
nibꝰ priuſqꝫ tu venires? Benedi/
xitqꝫ ei. ⁊ erit benedictus. Tu autẽ.
Auditis eſau ſermo ¶ Lectio.ij.
nibꝰ patris irrugijt clamore ma/
gno. ⁊ conſternatus ait. Benedic
etiam ⁊ michi pater mi. Qui ait.
Venit germanus tuus fraudulẽ
ter ⁊ accepit benedictionem tuaꝫ.
At ille ſubiunxit. Iuſte vocatũ eſt
nomen eius iacob. Supplantauit
enim me en altera vice. Primoge
nita mea ante tulit. ⁊ nunc ſecũdo
ſurripuit benedictioneꝫ meã. Tu.
Rurſumqꝫ eſau ad ¶ Lectio.iij.
patrem: nunquid non reſeruaſti
ait ⁊ mihi benedictionem? Reſpõ/
dit yſaac. Dominũ tuum illũ con
ſtitui: ⁊ omnes fratres ſuos ſerui
tuti eius ſubiugaui. Frumento ⁊
vino et oleo ſtabiliui eum. et tibi
poſt hec fili mi vltra quid faciam?
Cui eſau. Nũ vnam inquit tm̃ be/
nedictionem habes pater: Michi
quoqꝫ obſecro vt benedicas. Cũqꝫ
eiulatu magno fleret. motus yſa
ac dixit ad euꝫ. In pinguedine ter
re ⁊ in rore celi deſuper erit bene/
dictio tua. Viues in gladio. ⁊ fra/
tri tuo ſeruies: tempuſqꝫ veniet cuꝫ
excutias et ſoluas iugum eius de
ceruicibus tuis. Tu autẽ. Hym.
Capm v. ⁊c. vt ſupra. Super bene.
Añ. Ecce aſcendimus hieroſoly/
mam et filius hominis tradetur
ad crucifigendum. Coll'a. Deus ꝙ
ꝯſpicis. vt ſupra. Suffra. Sedere

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aūt. vt infra. ſine. ꝟ. Oremꝰ. Colľa.
P Opulum tuum dñe propici
us reſpice: et q̊s ab eſcis car/
nalibꝰ precipis abſtinere: a noxijs
quoqꝫ vitijs ceſſare concede. Per.
Ad vš. Capz. Hec eſt. vtš. Super
magt̃. Añ. Sedere autem mecuꝫ
non eſt meum dare vobis ſed qui
bus paratū eſt a patre meo. Colľ.
Deus qui conſpicis. vtš. Suffra.
Ecce aſcendimus. vtš. ſine. ꝟ. Ore
D Eus innocētie (mus. Colľ.
reſtitutor et amator dirige
ad te tuorum corda ſeruoꝝ: vt ſpi/
ritus tui feruore cōcepto. ⁊ in fide
inueniamur ſtabiles ⁊ i opere ef/
ficaces. P. eiuſd̄. ¶ Feria. v. Le. pri.
V Ocauit itaqꝫ yſaac iacob et
benedixit eum: precepitqꝫ ei
dicens. Noli accipere coniugē de
genere chanaan: ſed vade ⁊ ꝓfici
ſcere in meſopotamiā ſyrie ad do
muꝫ bathuelis patris matris tue
⁊ accipe tibi inde vxoreꝫ de filiabꝰ
laban auūculi tui. Deus autē om
nipotēs bñdicat tibi ⁊ creſcere te
faciat atqꝫ mľtiplicet vt ſis in tur/
bas populoꝝ: et det tibi benedicti
ones abrahe ⁊ ſemi tuo poſt te: vt
poſſideas terrā peregrinationis
tue quā pollicitus eſt auo tuo. Tu
Cumqꝫ dimiſiſſet eū yſaac ¶ Le. ij.
ꝓfectus peruenit in meſopotami
am ſyrie: ad laban filium bathue
lis ſyri. fratrem rebecce mr̄is ſue
Videns autē eſau ꝙ benedixiſſet
pr̄ ſuus yſaac. ⁊ miſiſſet eū in me/
ſopotamiā ſyrie. vt inde vxorē du
ceret. ⁊ ꝙ poſt benedictionē prece
piſſet ei dicens. Non accipies vxo/
rem de filiabus chanaan: quodqꝫ
obediens iacob parentibꝰ ſuis iſ/
ſet in ſyriā probans quoqꝫ ꝙ non
libenter aſpiceret filias chanaan
pater ſuus: iuit ad yſmahelem et
duxit vxorē abſqꝫ hijs quas prius
habebat melech filiam yſmahelis
filij abraam ſororeꝫ nabaioth. Tu.
Igitur egreſſus iacob Lectio. iij.
de berſabee. pergebat aran. Cūqꝫ
veniſſet ad quendā locuꝫ. et vellet
in eo requieſcere poſt ſolis occubi
tuꝫ. tulit de lapidibus qui iacebāt
⁊ ſupponēs capiti ſuo. dormiuit in
eodem loco. Viditqꝫ in ſomnis ſca
lam ſtātem ſuper terrā: ⁊ cacumē
illius tangens celum: angelos q̊/
qꝫ dei aſcendentes ⁊ deſcendentes
per eā. ⁊ dominū innixū ſcale dicē
tem ſibi: Ego ſum dñs deus abra
am patris tui. ⁊ deꝰ yſaac. Terraꝫ
in qua dormis tibi dabo et ſemini
tuo. eritqꝫ ſemen tuum quaſi pul
uis terre. Tu aūt. Hym. Cap. ⁊c̄.
vtš. Sup bened̄. Añ. Pater abra
am miſerere mei et mitte lazaruꝫ
vt intingat extremuꝫ digiti ſui in
aquā vt refrigeret linguā meam
Colľa. Deus qui conſpicis. vt ſup.
Suffra. Factum eſt auteꝫ vt mo
reretur mēdicus ⁊ portaretur ab
angelis in ſinum abrae. Sine. ꝟ.
P Reſta no (Oremus. Colľa.
bis domine auxiliuꝫ gratie
tue: vt ieiunijs et orationibus cō/
uenienter intēti liberemur ab ho
ſtibus mētis ⁊ corporis. P. Ad vš
Cap. Hec eſt volū. vtš. Sup mgt.
Añ. Fili recordare quia recepiſti
bona in vita tua ⁊ lazarus ſimili/
ter mala. Collecta. Deus qui con/
ſpicis. vt ſupra. Suffragia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Rogo te pr̄ vt mittas lazarū in
domum prīs mei habeo enim qn
qꝫ fratres vt teſtetur illis ne et ipi
veniāt in hunc locum tormentoꝝ
Sine.v̄.Oremus. ¶ Collecta.

Adeſto dñe famulis tuis. ⁊ ꝑ
petuā benignitatem largiri
poſcentibus: vt his qui te aucto/
re ⁊ gubernatore gloriantur. ⁊ cō
gregata reſtaures. et reſtaurata
cōſerues.Per. ¶ Feria.vj.Lec.pᷓi.

Profectus ergo iacob venit ī
terram orientalē. ⁊ vidit pu
teum in agro. tres quoqꝫ greges
ouium accubātes iuxta eū. Nā ex
illo adaquebāt̄ pecora ⁊ os eiꝰ grā
di lapide claudabat̄. Moſqꝫ erat
vt cūctis ouibꝰ cōgregatꝭ deuolue
rent lapidē ⁊ refectis gregibꝰ rur
ſum ſuꝑ os putei ponerent. Dixit
qꝫ iacob ad paſtores Fratres vnde
eſtis? Qui rñderūt ď aran. Quos
interrogās: Nunqd ait noſtis la/
bā filiū nachor? Dixerūt. Nouimꝰ
Sanꝰ ne eſt inqt? Valet inquiunt
⁊ ecce rachel filia eiꝰ venit cū gre/
Dixitqꝫ ia/ (ge ſuo. Tu. ¶ Lec.ij.
cob Adhuc multū diei ſupeſt: nec ē
tempꝰ vt reducant̄ ad caulas gre
ges. Date ante potū ouibus et ſic
eas ad paſtuꝫ reducite. Qui reſpō
derūt. Non poſſumꝰ. donec oīa
pecora ꝯgregent̄. ⁊ ammoueamꝰ
lapidē de ore putei. vt adaquemꝰ
greges. Adhuc loquebāt̄ ⁊ ecce ra
chel veniebat cum ouibꝰ prīs ſui.
Nā gregem ipa paſcebat. Tu aūt
Cum iacob rachel vidiſ ¶ Le.iij.
ſet ⁊ ſciret cōſobrinā ſuā oueſqꝫ la
ban auūculi ſui. ammouit lapidē
quo puteus claudebat̄. ⁊ adaqua
to grege oſculatus eſt eā. Eleuata
voce fleuit. ⁊ indicauit ei ꝙ frater
eſſet patris ſui ⁊ filius rebecce. At
illa feſtinans nunciauit patri ſuo
Qui cum audiſſet veniſſe iacob fi
lium ſororis ſue occurrit obuiā ei.
cōplexuſqꝫ eū. ⁊ in oſculum ruens
duxit in domū ſuā. Tu. Hym. cap̄.
⁊c. vtš. Suꝑ bñ. Añ. Malos ma/
le perdet ⁊ vineā ſuā locabit alijs
agricolis qui reddāt ei fructū tem
poribus ſuis. Coll. Deꝰ qui cōſpi.
Suffra. Malos male ꝑdet ⁊ vine
am ſuā locabit alijs agricolis. ſine

Da nobꝫ qs (v̄. Oremꝰ Coll.
oīps deꝰ vt ſacro nos puri
ficante ieiunio ſinceris mentibus
ad ſacra ventura facias nos ꝑue/
nire. P. Ad vš. Cap̄. Hec eſt ⁊c. vt
ſup̄. Suꝑ magt. Añ. Querentes
ieſum tenere timuerūt turbas qꝛ
ſicut ꝓphā eū habebāt. Coll. De
us ꝗ conſpi. vtš. ſuffr̄. Malos ma.
vtš. ꝗ habet̄ ſuꝑ bñ. ſine v̄. Oremꝰ.

Da qs domine ꝑplo ¶ Coll.
tuo ſalutē mentis ⁊ corpo/
ris: vt bonis opibꝰ inherendo tue
ſemꝑ virtutis mereatur ꝓtectio/
ne defendi. P. ¶ Sabba. Le. pᷓma

Auditis autem laban cauſis
itineris iacob. reſpōdit. Os
meuꝫ es et caro mea. Et poſtqꝫ im
pleti ſunt dies menſis vnius: dix/
it ei. Nū quia frater meus es. gra
tis ſeruies mihi? Dic quid merce
dis accipias? Habebat vero duas
filias Nomē maioris lya. mīor vō
appellabat̄ rachel. Sꝫ lya lippis e/
rat oclis. rachel decora facie ⁊ ve/
nuſto aſpcū. quā diligēs iacob ait
Seruiā tibi ꝓ rachel filia tua mi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noꝛe ſepteꝫ annis Reſpōdit laban
Meli⁹ eſt vt tibi eam dem q̄ȝ alteri
viro. Mane apd me. Tu. Duo R.
de hyſto. Tolle. vrs̄. que oꝛdo tangit
Tercium R. vt infra. ¶ Lectio. iij.
Seruiuit ḡ iacob ꝓ rachel ſepteꝫ
ānis. ⁊ videbanᷓ illi pauci dies p̄
amoꝛis magnitudīe Dixitq̄ȝ ad la
ban. Da mihi vxoꝛeꝫ meā. q꞉ iam
tempus impletū eſt vt ingrediar
ad illā. Qui vocatis mltis amico/
rū turbis ad ꝯuiuiū fecit nuptias
⁊ veſpe lyā filiā ſuā introduxit ad
eū: dās ancillā filie zelphā nomīe.
Ad quā cum ex moꝛe iacob fuiſſet
ingreſſus. Facto māe vidit lyam.
⁊ dixit ad ſocrū ſuū. Quid eſt qḋ fa
cere voluiſti? Nōne ꝓ rachel ſerui
ui tibi? Quare impoſuiſti michi?
Rn̄dit laban. Non eſt in loco nr̄o
ꝯſuetudinis vt minoꝛes ante tra
dam⁹ ad nuptias. Tu. ¶ Le. iiij.
Dixit laban ad iacob. Imple heb
domadam dierum huius copule
et lyam dabo tibi pꝛo ope quo ſer/
uitur⁹ es mihi ſepteꝫ annis alijs.
Acquieuit placito. et hebdomada
trāſacta rachel duxit vxoꝛem. Cui
pater ſeruā balam tradiderat. Re
coꝛdatuſq̄ȝ domin⁹ rachelis exau/
diuit eā ⁊ aperuit vuluā ei⁹ q̄ con
cepit ⁊ peperit filiū dicens. Abſtu/
lit ds̄ obpꝛobriū meū. Et vocauit
nomē illius ioſeph. dicens. Addat
mihi dn̄s filiū alterū. Tu. R. Pa
ter peccaui in celum coꝛā te ⁊ iam
non ſum dign⁹ vocari filius tuus
Fac me ſicut vnum de mercēnari
is tuis. v⁹. Quanti mercēnarij in
domo pr̄is mei abundāt panibuſ
ego autē hic fame pereo ſurgaꝫ et
ibo ad patrem meum ⁊ dicam ei.
Fac. Glia. Fac. Hym. cap. v. ⁊c. vt
ſup̄. Sup bn̄. An̄. Vado ad patreꝫ
meū ⁊ dicā ei pr̄ fac me ſicut vnuꝫ
ex mercēnarijs tuis. Coll. dn̄icalis
De⁹ qui ꝯſpicis. vrs̄ Suffr̄. Dixit
aūt pr̄ ad ſeruos ſuos cito ꝓferte
ſtolam pꝛimā ⁊ induite illū ⁊ date
anulum in manu ei⁹ ⁊ calciamen
ta in pedes ei⁹. ſine. v. Orem⁹ Col.
Da q̄ms dn̄e noſtris effectū ie
iunijs ſalutarē: vt caſtigatō
carnis aſſumpta ad noſtraꝝ vege
tatiōeꝫ trāſeat aīaꝝ. P. Cet̄a. vrs̄.

## Dn̄ica. iij. i. xl. que di/citur Oculi.

Ad pri. vs̄. an̄. Bn̄dict⁹
cū cete. an̄. et ps̄. vt in pſal. ¶ Hym.
Summi largitoꝛ p̄mij ſpes
q̄ es vnica mūdi p̄ces intē
de ſeruoꝝ ad te deuote cla
mātū. Noſtra te ꝯſcia graue of/
fendiſſe mōſtrat quā emūdes ſup
plicam⁹ ab oībus piaculis. Si rē
nuis q̄s tribuet indulge q꞉ potēs
es ſi coꝛde rogam⁹ mūdo certe de/
bes ex ꝓmiſſo. Ergo accepta hoc
noſtrū qui ſacraſti ieiuniū q̄ miſti
ce paſcalia capiam⁹ ſacramenta.
Sūma nob̄ hoc ꝯferat ⁊ adoꝛan/
da trinitas in qua gloꝛiatur vnuſ
per cuncta ſecl'a de⁹ Amē. Iſte hy/
mnus p̄dictus cantᷓ ſingulis dieb⁹ ad
vs̄. qn̄ de tp̄e ſeruatᷓ vſq̄ȝ ad dn̄icam
in paſſione dn̄i. Cap̄. Hec eſt volun
tas. vrs̄. cū v. Angel' ſu. Sup mḡt.
An̄. Dedit pater penitēti filio ſto
lam pꝛimā pariter ⁊ anulum naꝫ
et calciamenta illi tribuit celebra
uit magnum ꝯuiuiū habem⁹ ſto/
lam pꝛimā in lauacro ⁊ anuluꝫ fi/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dei ſignaculū. Colľa dn̄icalis. Deꝰ
qui ↄſpicis. vtš. Suffrag. Fili tu
ſemꝑ mecū es ⁊ oīa mea tua ſunt
ēpulari aūt ⁊ gaudere optebat. qꝛ
frater tuꝰ mortuus fuerat ⁊ reui-
xit perierat ⁊ inuentus eſt. ſinc. v.
Familiā tuam (Oremꝰ. Colľa
qſūs dn̄e cōtinua pietate cu/
ſtodi. vt que in ſola ſpe grē celeſtiſ
innitit̄. celeſti etiā ꝓtectiōe muni/
atur. P. Non plus. Complʼ. vtš. in
ſabba. ¶ Ad matuti. Inuita.
Dominū qui fecit nos. Veni/
te adoremꝰ. pš. Veīte. ¶ In pri. no
ctur. añ. Beati q. cū cete. añ. et pš. vt
in pſalʼ. v. Scuto circunda. vtš.
¶ Lectio prima. Geñ. xxxv. ca
Erant aūt filij iacob duodeci
Filij lye primogenitꝰ ruben. ⁊ ſy/
meon. ⁊ leui. iudas ⁊ yſachar ⁊ za
bulon. Filij rachel. ioſeph ⁊ benia
min. Filij bale ancille rachaelis.
dan ⁊ neptalym. Filij zelphe ancil
le lye: gad et aſer. Hij ſunt filij ia/
cob q̄ nati ſūt ei ī meſopotamia ſy
rie. Tu aūt. R. Vidētes ioſeph a
longe loq̄bant̄ mutuo frēs dicen/
tes. Ecce ſomniator venit venite
occidamus eū ⁊ videamꝰ ſi ꝓſint
illi ſomnia ſua. vᵒ. Cūqꝫ vidiſſent
ioſeph frēs ſui ꝙ a prē cūctis fra/
tribꝰ plus amaret̄ oderant eū nec
poterāt ei q̄cq̄ꝫ pacifice loq̄ vnde ⁊
dicebant. Ecce. ¶ Lectio. ij.
Ioſeph cū ſedecim eēt anno/
rū paſcebat gregē cū fratribꝰ ſuis
adhuc puer. Et erat cū filijs bale
⁊ zelphe vxoꝝ prīs ſui: accuſauit/
qꝫ frēs ſuos apd̉ prēm crimīe peſ/
ſimo. Iſrľ aūt diligebat ioſeph ſu/
per oēs filios ſuos: eo ꝙ ī ſenectu/
te genuiſſet eū. Fecitqꝫ ei tunicam
polimitā. Vidētes autē frēs eius
ꝙ a prē plus cunctis filijs amare
tur. oderūt eum nec poterāt ei q̄c/
q̄ꝫ pacifice loq̄. Tu. R. Dixit iudaſ
fratribꝰ ſuis ecce iſmahelite trāſe
unt venite venūdet̄ ⁊ manus nr̄e
nō polluātur Caro eīm ⁊ frater nr̄
eſt. vᵒ. Cumqꝫ abiſſet ruben ad pu
teum ⁊ non inueniſſet eū ſciſſiſqꝫ
veſtimētis ꝑgens ad frēs ait pu/
er non cōparet ⁊ ego q̄ ibo. Caro.
Accidit quoqꝫ vt viſuꝫ ¶ Le. iij.
ſomniū referret fribus ſuis
q̄ cauſa maioris odij ſeminarium
fuit. Dixitqꝫ ad eos. Audite ſomni
um meū qd̉ vidi. Putabā nos ma
nipulos ligare in agro. ⁊ q̄ſi ↄſur
gere manipulū meū ⁊ ſtare. vr̄oſ
qꝫ manipulos circūſtantes adora
re manipulū meū. Reſ̄derūt frēs
eiꝰ. Nunq̄d rex nr̄ eris: aut ſubijci
emur ditōni tue. Hec ḡ cauſa ſom
nioꝝ atqꝫ ſmonū inuidie ⁊ odij fo
mitē miniſtrauit. Tu. R. Videnſ
iacob veſtimēta ioſeph ſcidit veſti
mēta ſua cū fletu ⁊ ait. Fera peſſi/
ma deuorauit filiū meū ioſeph. v.
Tunica filij mei ioſeph h̄ eſt cū fle
tu pr̄ ait. Fera. Glia. Fer. ¶ In. ij.
noct̄. añ. Tribue. cū ceter. vt in pſalʼ.
v. Cadent a latere. ¶ Lectio. iiij.
Aliud quoqꝫ ſomniū vidit. qd̉
narrās fribus ait. Vidi per
ſomniū q̄ſi ſolē ⁊ lunā ⁊ ſtellas vn
decim adorare me. Qd̉ cū prī ſuo
⁊ fribus retuliſſet. increpauit eū
pr̄ ſuꝰ ⁊ dixit Quid ſibi vult h̄ ſom
niū qd̉ vidiſti. Nū ego ⁊ mr̄ tua et
frēs tui adorabimꝰ te ſuꝑ terram
Inuidebant ḡ ei frēs ſui. pr̄ vo rē



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tacitꝰ ꝯſiderabat. Tu. ℞. Ioſeph
dum intraret terrã egypti linguã
quã nõ nouit audiuit. Manꝰ eiuſ
in laboribꝰ ſeruierũt. ꝛ lingua eiꝰ
inter ꝓncipes loquebat̄ ſapientiã
vꝰ. Diuertit ab oneribꝰ dorſuꝫ eiꝰ
Q Vnqꝫ frẽs (Manꝰ. ¶ Lec. v.
c illius in paſcẽdis gregibꝰ pa
tris morarẽtur in ſichem. dixit ad
eũ iſrl'. Frẽs tui paſcunt oues in ſi
chimis veni mittã te ad eos. Quo
rñdente pſto ſum ait. Vade ꝛ vide
ſi cuncta ꝓſpera ſint erga frẽs tu
os ꝛ pecora. ꝛ renuncia mihi quid
agat̄. Tu aũt ℞. Memẽto mei dũ
bene tibi fuerit. Vt ſuggeras pha
raoni vt educat me de iſto carcere
qꝛ furtim ſublatꝰ ſum ꝛ h̄ innocẽs
in lacum miſſus ſum. vꝰ. Tres em̄
adhuc dies ſũt poſt quos recorda/
bit̄ pharao miſterij tui ꝛ reſtituet
te in gradũ priſtinũ tũc memento
M Iſſus eſt (mei. Vt. ¶ Lec. vj.
m ioſeph de valle hebron venit
in ſichem Inuenitqꝫ eũ vir erran/
tẽ in agro ꝛ interrogauit qđ que/
reret. Et ille rñdit. Frẽs meos q̄ro
indica mihi vbi paſcũt greges Di
xitqꝫ ei vir. Receſſerũt de loco iſto.
Audiui autẽ eos dicẽtes. Eamꝰ in
dothaym. Tu. ℞ Tollite hinc vo
biſcũ munera ꝛ ite ad dñm terre ꝛ
dũ inueneritis adorate eũ ſup ter
rã. Deꝰ aũt meus faciat eũ vobis
placabilẽ ꝛ remittat ꝛ hũc fratreꝫ
vr̄m vobiſcũ ꝛ eũ quẽ tenet in vin
culis. vꝰ. Tollite de fructibꝰ terre i
vaſis vr̄is ꝛ deferte viro munera
Deꝰ. Glia. Deꝰ. ¶ In. iij. noct. añ.
Legis tue. cũ cetc. vrſ. in pſal'. v. Cla
mabit ad me. ¶ Scdm Lucam. xj.

IN illo tẽ. Erat ih̄s eijciens de
monũ ꝛ illud erat mutuꝫ. Et
cũ eieciſſet demoniũ. locutꝰ eſt mu
tus. ꝛ admirate ſunt turbe. Et re.
D Omel'. vene. Bede pſby. de ea.
Emoniacus iſte apud mat/
theũ non ſolũ mutꝰ. ſed ꝛ cecus fu
iſſe narrat̄: curatuſqꝫ dicit̄ a domi
no. ita vt loq̄retur et videret. Tria
generalia ſigna ſimul in vno ho/
mine ꝑpetrata ſunt. Cecus videt.
mutꝰ loquit̄. poſſeſſus a demone
liberat̄. Qđ ꝛ tũc quidẽ carnaliter
factũ eſt. ſed ꝛ q̄tidie cõplet̄ in con/
uerſatõe credentiũ: vt expulſo pri
mũ quidẽ demone. fidi lumẽ aſpi
ciant. deinde ad laudes dei tacen/
tia prius ora laxent. Tu. ℞. Iſte ẽ
frater veſter minimꝰ de q̄ dixera/
tis mihi ds̄ miſereat̄ tui fili mi. Fe
ſtinauitqꝫ in domuꝫ ꝛ plorauit q̄a
erũpebant lachrime ꝛ nõ poterat
ſe ꝯtinere. vꝰ. Attollens aũt oclos
ioſeph vidit beniamin ſtantẽ com
mota ſunt oĩa viſcera eiꝰ ſup fra/
Q tre ſuo. Feſti. ¶ Lectio. viij.
Vidã aũt ex eis dixerunt In
beelzebub ꝓncipe demonioꝝ eijcit
demonia Non h̄ aliq̄ de turba: ſed
phariſei calũniabãtur ꝛ ſcribe: ſi/
cut alij euãgeliſte teſtant̄. Turbis
q̄ppe q̄ minꝰ erudite videbant̄. dñi
facta ſemp mirantibꝰ: illi ꝯtra vl'
negare h̄. vel q̄ negare nequerãt:
ſiniſtra inṫpretatõne ꝑuertẽ labo
rabãt. q̄ſi h̄ nõ diuinitatꝰ. ſed imũ/
di ſpũs opa fuiſſet. id ẽ beelzebub
q̄ deꝰ erat accharon. Tu. ℞. Dixit
ruben fratribꝰ ſuis nũquid nõ di/
xi vobꝰ nolite peccare i puerũ ꝛ nõ
audiſtis me. En ſanguis eiꝰ exqui.

ritur. v̄. Merito hec patimur q:
peccauim⁹ in frēm nr̄m videntes
anguſtias aīe ei⁹ cū depcaret̄ nos
ꝛ nō audiuim⁹. En. ¶ Lec. ix.
i Ipſe aūt vt vidit cogitatiões
eoꝝ dixit eis. Si ego in beelzebub
eijcio demonia: filij vr̄i in q̄ eijciūt
Ideo ipſi iudices vr̄i erunt. Dixit
vtiqꝫ h̄ de diſciplis ſuis illi⁹ pplī fi/
lijs: qui recte dn̄i diſcipuli ieſu xp̄i
bn̄ ſibi ɔſcij erāt: nihil ſe malaꝛ ar
tiū a bono mgr̄o didiciſſe: vt in pn̄
cipe demonioꝝ eijcerēt demones.
ideo ipſi iudices veſtri erūt. Ipſi in/
quit: ipſi ignobilia ꝛ ɔtēptibili⁹ hu
ius mūdum quib⁹ non artificioſa
malignitas: ſed ſācta ſimplicitas
mee vtut̄ apparet. Ipſi teſtes mei:
iudices erunt vr̄i. Tu. R̄. Salus
nr̄a in manu tua eſt dn̄e reſpiciat
ſup nos miſcđia tua. Vt ſecuri ſer
uiam⁹ regi. v̄. Viuat dn̄e aīa tua
vt nō videam⁹ mortē neqꝫ puulos
nr̄os deficiētes. Vt ſecu. Gl̄a. Sa
lus. Iſtud. R̄. Salus nr̄a nō repe/
tit̄ p hebd̄. ſed loco ei⁹ d̄: R̄. Dixit io
ſep. vt infra feria. ij. ¶ Ante laud̄. v̄.
Cadēt a latere. vt̄s. Ad laud̄. An̄.
FAc benigne in bona volūta/
te tua vt edificent̄ dn̄e muri
hierl̄m. ps̄. Miſeré. An̄. Dn̄s mi/
hi adiutor eſt nō timebo q̄d faciat
mihi hō. ps̄. Cōfitemi. xxxviij. An̄.
Deus miſereat̄ nr̄i ꝛ bn̄dicat no/
bis. ps̄. De⁹ d̄s. An̄. Uim vtutis
ſue oblit⁹ eſt ignis vt pueri tui li/
berent̄ illeſi. ps̄. Bn̄dici. An̄. Sol
ꝛ luna laudate deū q: exaltatū eſt
nomē ei⁹ ſoli⁹. ps̄. Lauda.
c Clarū decus ieiunij ¶ Hẏ.
mōſtrat̄ orbi celit⁹ q̄d xp̄s
auctor oīm cibis dicauit abſtinēs.
Hoc moyſes car⁹ d̄o legiſqꝫ lator
fact⁹ eſt h̄ helyā p aera curru leua
uit igneo. Hinc daniel myſteriuꝫ
victor leonū viderat p h̄ amic⁹ in/
tim⁹ ſponſi iohānes claruit. Hec
nos ſequi dona d̄s exēpla pcimo/
nie tu robur auge mentiuꝫ dans
ſpiritale gaudiū. Preſta pr̄ p fili
um. p̄ſta p almū ſpm̄ cū his p euū
triplici vn⁹ d̄s cognoīe. Am̄. Predi
ctus hym. dicet̄ ſinglis ad mat. q̄n de
tp̄e ſeruat̄ vſqꝫ ad dn̄icaꝫ in paſſione
e Eſtote (dn̄i. ¶ Cap. Eph. v.
imitatores dei ſicut filij cariſ
ſimi ꝛ ambulate in dilectōne ſicut
ꝛ xp̄s dilexit nos ꝛ tradidit ſemet/
ipm̄ p nob oblatōnez ꝛ hoſtiā deo
placentē in odorē ſuauitat̄. Deo.
v̄. Dn̄e refu. Iſtud p̄dictū cap̄. dice
tur p hebd̄. ad mat̄. et ad. iij. vj. ꝛ ad
ix. Sup bn̄d̄. An̄. Si in digito dei
eijcio demonia pfecto venit i vos
q Quesum⁹ (regnū dei. ¶ Coll̄.
omnipotens d̄s vota humiliū reſpice
atꝫ ad defenſionē nr̄aꝫ dexterā tue
maieſtat̄ extēde. P. nō plus. ¶ Ad
primā an̄. Per arma iuſti. vt̄s. ps̄.
De⁹ d̄s me⁹ reſpi. cū ceter̄. Cap̄. ꝛc̄.
vt in pſal̄. ¶ Ad. iij. an̄. Aduenerūt
nob di. vt̄s. R̄. Bonū mihi dn̄e q
hūiliaſti me. Bonū michi lex oris
tui ſuper milia auri ꝛ argenti. v̄.
Man⁹ tue dn̄e fecerūt me ꝛ plaſma
uerūt me da mihi intellectū vt di/
ſcā mādata tua. Bonū. Gl̄ia Bo.
v̄. Dicet dn̄o ſuſceptor me⁹ es. vt̄s.
Cap̄. ꝛ coll̄. vt̄s. in laud̄. ad oēs hōs.
¶ Ad vj. an̄. Cōmendem⁹ noſmet/
ipos. vt̄s. R̄. Seru⁹ tuus ego ſuꝫ
Da mihi intellectū dn̄e. v̄. Vt di/

ſcam mādata tua. Da mi. Gloria
Seruus. v. Ipſe liba. vts. ¶ Ad. ix.
añ. Viuo ego vts. R. Declara ſu
per nos ds. Tuā miſcdiaꝫ. vꝰ. De/
claratio ſmonū tuoꝝ dat intelle/
ctū dn̄e. Tuā. Glia. Decla. v. Sca
pulis ſuis. vts. Sic ſeruabit̄ ſingul'
diebꝰ ad hos. vtiā ſup notatū eſt qn̄
de tpe canit̄ vſqꝫ ad dn̄icaꝫ in paſſiōe
dn̄i. ¶ In. ij. vs. añ. Sede a dextris
meis. ps. Dixit do. cū ceteř. Hym.
Sūmi largi. vts. ¶ Cap. Ephe. v.
Eratis aliqn̄ tenebre nūc aūt
lux in dn̄o. vt filij luc̄ ambu/
late fructꝰ em̄ luc̄ eſt in oi bonita/
te ⁊ iuſticia ⁊ veritate. Deo. v. An
gelis ſuis. Iſtd cap̄ predictū dicet̄ p
hebd. ad vs. qn̄ de tpe ſuat̄ cū v. An
gelis ſuis. Sup mgt Añ. Cū fort̄
armatꝰ cuſtodit atriū ſuū in pace
ſunt oia q̄ poſſidet. Colla. Queſu/
mus ops ds. vts. in lau. Cōpl. vts
in dn̄ica prima. ¶ Feria. ij. Le. prima
Perrexit ḡ ioſeph poſt frēs ſu
os. ⁊ inuenit eos i dothaym
Qui cū vidiſſent eū ꝓcul āteq̄ᵭ ac/
cederet ad eos cogitauert̄ illū occi
dere. ⁊ mutuo loqbant̄. Ecce ſom/
niator venit. Venite occidamꝰ eū
⁊ mittamꝰ in ciſternā veterē dice/
muſqꝫ fera peſſima deuorauit eū
⁊ tūc apparebit q̇d illi proſint ſom/
nia ſua. Tu. R. Dixit ioſeph vn
decim fribus ſuis ego ſum ioſeph
quē vendidiſtis in egyptuꝫ adhuc
viuit pr̄ nr̄ ſenior de q̄ dixerat̄ mi
hi. Ite ⁊ adducite eū ad me vt poſ/
ſit viuere. vꝰ. Biennium eſt ꝙ fa/
mes cepit eſſe in t̄ra adhuc reſtāt
Hodiēs (alij qnqꝫ. Ite. Lec. ij.
Haūt h̄ ruben nitebat̄ libera/
re eū de manibꝰ eoꝝ ⁊ dicebat. Nō
interficiamꝰ aīam eiꝰ nec effunda
mus ſanguinē: ſed ꝓijcite eū in ci
ſternā veterē que ē in ſolitudine.
manuſqꝫ vr̄as ſeruate innoxias.
Hoc aūt dicebat volens eripe euꝫ
de manibꝰ eoꝝ. et reddere pr̄i ſuo.
Tu aūt. R. Merito h̄ patimur q̇a
peccauimꝰ in frēm nr̄m videntes
anguſtiā aīe eiꝰ cuꝫ depcaret̄ nos
⁊ non audiuimꝰ. Idcirco venit ſu
per nos tribulatio. vꝰ. Dixit rubē
fratribꝰ ſuis nūq̇d nō dixi vob. no
lite peccare in pueꝝ ⁊ nō audiſtis
me. Idcirco. ¶ Lect. iij.
Confeſtim igit̄ vt ioſeph ꝑue
nit ad frēs ſuos nudauerūt eū tu
nica talari et polimita miſerūtqꝫ
eū in ciſternā veterē que nō habe
bat aquā Et ſedentes vt cōederēt
panē. viderūt yſmahelitas viato
res veni d re galaad ⁊ camelos eo
rū portantes aromata ⁊ reſynā ⁊
ſtacten i egyptū. Dixit ḡ iudas fri
bus ſuis. Quid nob ꝓdeſt ſi occide
rimꝰ frēm nr̄m. ⁊ celauerimꝰ ſan
guinē ipſius. Meliꝰ eſt vt venūde
tur yſmahelit̄. ⁊ manꝰ nr̄e nō pol
luant̄. Frat̄ em̄ ⁊ caro nr̄a eſt. Tu.
R. Nūciauerūt iacob dicētes io/
ſeph filiꝰ tuus viuit ⁊ ipſe dn̄atur i
tota terra egypti q̄ audito reuixit
ſpūs eiꝰ ⁊ dixit. Sufficit michi va/
dā ⁊ videbo eū anteq̄ᵭ moriar. vꝰ.
Cūqꝫ audiſſet iacob ꝙ filiꝰ eius vi
ueret q̄ſi de ḡui ſomno euigilans
ait. Suffi. Glia. Suffi. Hy cap. v.
⁊c. vts Sup bn̄. Añ. Amē dico vo
bis qr nemo ꝓpha acceptꝰ eſt in pa
tria ſua. Coll. dn̄ica. Oms ops vts
Suffr. Ihs aūt trā. vt infra ſine. v

O Ꝛdib⁹ nr̄is (Orem⁹.Coll'.
Qm̄s dn̄e grãm tuã benign⁹
infunde. vt ſicut ab eſc: abſtinem⁹
carnalib⁹ ita q̃z ſēſus nr̄os a noxijs
retraham⁹ exceſſib⁹ P. Ad vſ̄ cap.
Eratis aliqñ ꝛc. vtſ̄. Sup magt.
An̄. Ieſus aũt tranſiēs p mediũ
illoꝝ ibat. Coll'. dn̄ica. Suffr̄. Amē
dico. vtſ̄. ſine. v̄. Orem⁹. Coll'a.

SVbueniat nob̄ miſcdia tua
de⁹ vt ab iminērib⁹ pctōꝝ no
ſtroꝝ piculis te mereamur ꝓtegē
te ſaluari. P. ¶ Notandũ ſi in hac
feria ſcd'a fuerit feſtũ.ix.lec.tũc lectio
nes p̄dicte cũ R̄. legent̄ in ſeq̄nti fer.
noct. infra hãc hebd'.additis eiuſdẽ
ferie lectionib⁹ ¶ Nota q̄ poſtq̃ lecta
fuerint R̄. q̄ hn̄tur vtſ̄. feria.ij.p ỹia
tũc p hebd'. repetant̄ a principio R̄. de
hyſto. Videntes ioſeph. cũ ceter. p̄
ter R̄. Salus nr̄a. loco cuius d̄r R̄.
Dixit ioſeph. vtſ̄ fer.ij. Deinde reli
ctis his ij. R̄. ſ. Merito ꝛ R̄. Nũcia
uerũt. repetunt̄ ſi neceſſe fuerit. R̄.
Vidētes ioſeph. cũ cete. vtſ̄ i dn̄ica.

¶ Feria.iij. Lectio prima.

HAc Quieuerũt frēs ioſeph ſer
monib⁹ iude ꝛ p̄tereuntib⁹ madi
anitis negociatorib⁹ extrahentes
ioſeph de ciſterna vēdiderũt eum
yſmahelitis viginti argenteis. q̄
duxerũt eũ in egyptũ. Reuerſuſq̄
ruben ad ciſternã nõ inuenit pue
rũ ꝛ ſciſſis veſtib⁹ pgēs ad frēs ſu
os ait. Puer non cõparet. ꝛ ego q̊
ibo Tu. R̄. d' hyſto. Vidētes ioſeph
Tulerũt autē frēs (vtſ̄. ¶ Le.ij.
ioſeph. tunicã ei⁹ ꝛ in ſanguie he
di quē occiderãt tinxerũt: mitten
tes q̄ ferrēt ad prēz ꝛ dicerēt. Hãc
inuenim⁹. vide vtrum tunica filij
tui ſit an nõ. Quã cũ cognouiſſet
pr̄. ait. Tunica filij mei ē. Fera peſ
ſima comedit eũ. Beſtia deuora
uit ioſeph Sciſſiſq̄ veſtib⁹ indut⁹
eſt cilitio lugens filiũ ſuũ mlt̄o tē
Congregat: (pore. Tu. ¶ Lec.iij.
autē cunctis liberis ei⁹. vt lenirēt
dolorē pr̄is: noluit ꝯſolationē ac
cipe. ſed ait. Aſcendã ad filiũ meũ
lugēs in infernũ. Et illo pſeuerã
te in fletu: madianite vēdiderũt io
ſeph i egypto puthifari eunucho
pharaonis mgr̄o militũ. Tu aũt.
Hym. cap. v. ꝛc: vtſ̄. Sup bn̄. An̄
Si duo ex vob̄ ꝯſenſerint de om̄i
re q̄dcunq̄ petierint fiet eis a pr̄e
meo dicit dn̄s. Coll'. dn̄ica. Queſu
m⁹ op̄s d̄s. vtſ̄. Suffr̄. Vbi duo vl'
tres ꝯgregati fuerit in noīe meo.
in medio eoꝝ ſum dicit dn̄s. ſine v̄.

EXaudi nos (Orem⁹. Coll'a.
Oo p̄s ꝛ miſericors de⁹. ꝛ ꝯtinē
tie ſalutaris ꝓpicius nob̄ dona cõ
cede. P. ¶ Ad vſ̄. Cap. Erat: aliqñ
ꝛc. vtſ̄ Sup mḡt An̄. Non dico ti
bi petre dimittendi ſepties ſꝫ vſq̄
ſeptuagies ſepties. Coll'a dn̄ical'.
Om̄s op̄s d̄s. Suffr̄. Si duo. vtſ̄.
ſine v̄. Oremus. Coll'a.

TVa nos dn̄e ꝓtectiõe defen
de ꝛ ab om̄i ſemp iniq̄tate cuſtodi.
P. ¶ Feria.iiij. Lectio prima.

IGitur ioſeph duct⁹ eſt in egy
ptum emitq̄ eum putifar eunu
chus pharaonis p̄nceps exercit⁹
ſui. vir egyptius de manu yſma
helitaꝝ a quib⁹ pductus erat. Fu
itq̄ dn̄s cũ eo ꝛ erat vir in cunctis
ꝓſpere agēs. Habitauitq̄ ioſeph
in domo dn̄i ſui qui optime noue
rat. dn̄m eſſe cũ eo ꝛ om̄ia que ge

reret ab eo dirigi i manu illiꝰ. Tu.
Inuenitqꝫ ioſeph grāꝫ co ¶Le.ij.
rā dn̄o ſuo. ⁊ miſtrabat ei. A q̄ pre/
poſitꝰ om̄ibꝰ gub̄nabat creditā ſi/
bi domū et vniuerſa que ei tradi/
ta fuerant. Bn̄dixitqꝫ dn̄s domui
egyptij ꝓpter ioſeph. et mltiplica/
uit tā in edibꝰ q̄ȝ in agris cūctā eiꝰ
ſubſtantiā. Nec q̇cq̄ȝ aliḋ nouerat
niſi panē quo veſcebat̄. Erat autē
ioſeph pulcher facie et decorus aſ/
Poſt mltos (pectu. Tu. ¶Le.iij.
itaqꝫ dies iniecit dn̄a ſua ocl'os ſu/
os in ioſeph ⁊ ait. Dormi mecum.
Qui nequaq̄ȝ acquieſcens opi ne/
phario. Dixit ad eā. Ecce dn̄s meꝰ
om̄ibus mihi traditis ignorat q̇d
habeat in domo ſua. Nec q̇cq̄ȝ ē qḋ
non in mea ptāte ſit. vl' non tradi
derit mihi p̄ter te. que vxor eiꝰ es.
Quō ergo poſſum malū h̄ facere.
⁊ peccare in dn̄m meum. Huiuſce
modi v̇bis p ſingulos dies loque/
batur. ⁊ mulier moleſte erat ado/
leſcēti. ⁊ ille recuſabat ſtuprū. Tu
aūt. Hym cap̄. v̇. ⁊c. vrſ̄. Sup bn̄.
An̄. Audite ⁊ intelligite traditio/
nes q̄s dn̄s dedit vob̄. Coll'. dn̄ical'.
Om̄s op̄s ds. vrſ̄. Suffr̄. Om̄is
plantatō quā nō plantauit pr̄ me
us celeſt' eradicabit̄ dicit dominꝰ.
Preſta (ſine. v̇. Oremꝰ Coll'a
nob̄ q̄m̄s dn̄e. vt ſalutaribꝰ
ieiunijs eruditi. a noxijs quoqꝫ vi
cijs abſtinētes: ꝓpitiationē tuā fa
cilius impetremꝰ. P. Ad vſ̄. Cap̄.
Eratis aliq̄n. vrſ̄. Sup magt An̄.
Non lotis manibꝰ māducare nō
coinquinat hoiem. Coll'a dn̄icalis.
Om̄s op̄s deꝰ vrſ̄. Suffr̄. Audite
⁊ intelligite. vrſ̄. ſine. v̇. Oremus.

Concede queſumꝰ om̄i Coll'.
potens deꝰ. vt qui ꝓtectōnis
tue gratiā querimꝰ. liberati a ma
lis om̄ibus ſecura tibi mēte ſerui/
amus. P. ¶Feria. v. Lectio prima
Accidit aūt vt quadā die intra
ret ioſeph domū ⁊ op̄is quip
piā abſqꝫ arbitris faceret ⁊ mlier
apprehēſa lacinia veſtimēti eiꝰ di/
ceret. Dormi mecū Qui relicto in
manu eiꝰ pallio fugit. ⁊ egreſſus
Cumqꝫ (eſt foras. Tu aūt. ¶Le.ij.
vidiſſet mulier veſtē in manibꝰ ſu
is ⁊ ſe eſſe ꝯtēptā. vocauit ad ſe ho
mines domꝰ ſue et ait ad eos. En
introduxit virū hebreū. vt illude/
ret nobis. Ingreſſus eſt ad me vt
coiret mecū. Cumqꝫ ſucclamaſſem
⁊ audiſſet vocē meā. reliquit palli
um qḋ tenebam ⁊ fugit foras Tu.
In argumentū ergo fidei ¶Le.iij
retentū pallium oſ̄dit marito re/
uertenti domū. ⁊ ait. Ingreſſus ē
ad me ſuus hebreꝰ quē adduxiſti
vt illuderet michi. Cumqꝫ audiſſet
me clamare reliquit pallium ⁊ fu
git foras. His auditis dn̄s ⁊ nimi/
um credulus verbis coniugis ira
tus eſt valde. tradiditqꝫ ioſeph in
carcerem vbi vincti regis cuſtodi
ebantur. ⁊ erat ibi clauſus. Tu āt
Hym. cap̄. v̇. ⁊c. vrſ̄. Sup. bn̄ An̄.
Cum ſol autē occidiſſet omnis q̄
habebant infirmos varijs lāguo
ribus ducebāt illos ad ieſum ⁊ cu
rabantur. Coll'a dn̄icalis Om̄s oī
potens deꝰ. vrſ̄. Suffr̄. Exibāt au
tē. vt infra. ſine v̇. Oremus. Coll'a.
Da queſumus rex eterne cun/
ctor. vt ſacro nos purificāte
ieiunio. ſinceris quoqꝫ mentibus

ad tua ſctā vētura nos facias ꝑue
nire. P. Ad vſ. Cap. Eratis aliqñ
tc. vtſ. Sup mḡt Añ. Exibāt aūt
demonia a mult' clamātia ⁊ dicē/
tia qꝛ tu es fili⁹ dei ⁊ increpās non
ſinebat eos loq̄ qꝛ ſciebāt ip̄m eſſe
xp̄m. Coll'a dñicalis Om̄s ops ds.
Suff. Cū ſol oc. vtſ. ſine v. Orem⁹
Q Oukua q̄s dñe ꝑplm ¶ Coll'a
tuū. ⁊ grē tue i eo dona mul/
tiplica: vt ab oībus liberent' offen
ſis. ⁊ tpalib⁹ nō deſtituat' auxilijs
⁊ ſempitnis gaudeat inſtitut'. P.
F Uit aūt ¶ Feria. vj. Lc. pri.
dñs cū ioſeph. ⁊ miſert⁹ eſt il/
lius: ⁊ dedit ei grāz in ꝯſpectu ꝑn/
cipis carceris Qui tradidit in ma
nu illi⁹ vniuerſos vinctos. q̄ in cu
ſtodia tenebant'. ⁊ q̄tq̄d fiebat. ſub
ip̄o erat. nec nouerat aliq̄d cūctis
ei credit'. Dñs erat cū illo: ⁊ om̄ia
opa ei⁹ dirigebat. Tu. ¶ Lectio. ij.
Hijs itaqꝫ geſtis accidit vt pecca/
rēt duo eunuchi picerni reg' egy/
pti. ⁊ piſtor dño ſuo Iratuſqꝫ ꝯtra
eos pharao. Nā alt' pincernis p̄e/
rat. alter piſtorib⁹. miſit eos i car/
cerē ꝑncipis militū in q̄ erat vin/
ct⁹ ⁊ ioſeph. Et cuſtos carcer' tra/
didit eos ioſeph. q̄ ⁊ miſtrabat eis
Aliq̄ꝫtulū tp̄is fluxe (Tu. ¶ L. iij.
rat. ⁊ illi in cuſtodiā tenebant'. Vi
derūtqꝫ ambo ſomniū nocte vna.
iuxta inṫp̄retatiōez ꝯgruā ſibi. Ad
q̄s cū introiſſet ioſeph mane. ⁊ vi/
diſſet eos triſtes. ſciſſitat⁹ ē dicens
Cur triſtior eſt hodie ſolito facies
vrā: Qui rñderūt. Sōniū vidim⁹ ⁊
nō eſt q̄ inṫp̄retet' nob̄. Dixitqꝫ ad
eos ioſeph. Nūq̄d non dei ē inṫp̄re
tatio: Referte michi qd̄ videritis:

Tu. Hy. cap. v. tc. vtſ. Sup bñd.
Aquā quā ego dedero q̄ biberit ex
ea nō ſitiet vltra. Coll'. dñica. Que
ſum⁹ ops. vtſ. Suff. Qui biberit
aquā quā ego do dic' dñs ſamari/
tane fiet i eo fons aq̄ ſaliētis in vi/
tā eternā. ſine v. Ore⁹ Coll'a.
I Eiunia nrā q̄s dñe benigno
fauore ꝓſeq̄re: vt ſicut ab alimētis
abſtinem⁹ in corpe: ita a vicijs ie/
iunem⁹ in mente. P. Ad vſ. Capꝫ.
Erat' aliqñ tc. vtſ. Sup mḡt Añ.
Veri adoratores adorabūt p̄rem
in ſpū ⁊ vitate. Coll'. dñica. Om̄s
ops. vtſ. Suffr. Me⁹ cib⁹ eſt vt fa/
ciā volūtatē p̄ris mei. ſine v. Ore⁹
P Reſta q̄s ops de⁹. vt q̄ Coll'a.
i tua ꝓtectiōe ꝯfidim⁹: cūcta
nob̄ aduerſantia te adiuuāte vin
cam⁹. P. ¶ Sabba. Lec. pri.
N Arrauit ꝑor ꝓpoſit⁹ pincer/
naꝝ ſomniū ſuū dicens ad ioſeph
Videbā corā me vitē in q̄ erāt tres
ꝓpagies creſcē paulati in gēmas.
⁊ p⁹ flores vuas matureſcē: calicē
qꝫ pharaonis i manu mea. Tuli ḡ
vuas ⁊ expſſi in calicē quē tenebā
⁊ tradidi poculū pharaoni. Rñdit
ioſeph. Hec ē inṫp̄retatio ſomnij.
Tres ꝓpagies. tres adhuc dies ſūt
p⁹ q̄s recordabit' pharao miſterij
tui. ⁊ reſtituet te i ḡdū ꝑſtinū: da/
biſqꝫ ei calicē iuxta officiū tuū ſic
añ facere ꝯſueueras. Tu. ¶ L. ij.
Vidēs piſtoꝝ mḡr q̄ ioſeph pru/
dēter ſomniū diſſoluiſſet ait. Et e/
go videbā ſomniū q̄ tria caniſtra
farine haberē ſup caput meū ⁊ in
vno caniſtro qd̄ erat excelſi⁹ porta
re me putabam om̄s cibos q̄ fuit
arte piſtoria: aueſqꝫ cōedere ex eo.

Rñdit ioſeph. Hec ē interpretatio
ſonij. Tria caniſtra. tres adhuc di
es ſūt p⁹ q̄s auferet pharao caput
tuū: ac ſuſpēdet te i cruce ⁊ lacera
būt volucres carnes tuas. Tu āt.
Aride dies tcius natalici⁹ L.iij.
pharaonis erat. Et faciēs grande
cōuiuiū puerꝫ ſuis. recordat⁹ ē int
epulas mgr̄i pincernaꝝ. ⁊ piſtoꝝ
pncipis: rſtituitq̄ alteꝝ i locū ſuū
vt porrigēt ei poclm. alteꝝ ſuſpen
dit i patibulo. vt cōiectoris vitas p
baret. Et tn̄ ſuccedētib⁹ pſperꝫ: p̄/
poſit⁹ picernaꝝ Oblit⁹ eſt intpre/
tis ſui. Tu. Hy. cap. v. ⁊cꝫ. vrs. Sr
bn̄. añ. Inclinauit ſe ihs ⁊ ſcribebat
in tra ſi q̄s ſine pctō ē mittat in eā
lapidē. Col. dn̄i. Oms ops. Suffr
Neo te cōdē. vt iſra. ſine v. Ore⁹ Col
Praeſta q̄s ops ds vt q̄ ſe affli/
gēdo carne ab alimtis abſti/
nēt. ſectādo iuſticiā a clpa ieiunēt.

## Dñica.iiij.i.xl.que dicit letare

Ad pri. vs añ. Bndictus ⁊c. Hy. Sūmi. Cap. Erat ꝫ ali. vrs
cū. v. Angel. Sr mgt añ. Neo te
cōdēnauit mlier. neo dn̄e. nec ego
te cōdēnabo iā ampli⁹ noli peccare
Coll. dn̄i. Oms ops. ſuffr. Inclia/
uit. vrs. ſine v. Orem⁹ Coll.
Praetende q̄s dn̄e fidelib⁹ tuis
dexterā celeſtꝫ auxilij vt te toto cor
de pq̄rāt. ⁊ q̄ digne poſtulāt cōſeq̄
mereāt. p Copl. vrs. i ſab ¶ Ad mat
Nō ſit vob vanū māe (Inuit.
ſurgē añ lucē Qa pmiſit dn̄s
coronā vigilātib⁹. ps. Vei. añ. Btī
q̄. cū cete. vrs i pſal. v. Scuto circū.
Hec ſūt noia ¶ L. pri. Exo. pri.
filioꝝ iſrl q̄ ingreſſi ſūt i egy/
ptū cū iacob. Singli cū domib⁹ ſu
is introierūt. Ruben. ſymeō. leui

iudas. yſachar. zabulon et benia/
min. dan. ⁊ neptalim. gad et aſer.
Erāt igit oēs aie eoꝝ q̄ egreſſi ſūt
d femore iacob ſeptuagita Joſeph
aūt erat i egypto q̄ mortuo ⁊ vni/
uerſ frib⁹ ei⁹ oiq̄ cognatiōe ſua. fi
lij iſrl creuerūt ⁊ q̄ſi germinātes
mltiplicati ſūt. ac roborati nimis
ipleuerūt traꝫ. Tu. R. Locut⁹ eſt
dn̄s ad moyſen dicēs deſcēde in e/
gyptū dic pharaoni vt dimittat
pplm meū Induratū ē cor pharao
nis nō vult dimittē pplm meū niſi
in manu forti. v. Vidēs vidi affli
ctiōeꝫ ppli mei q̄ eſt in egypto ⁊ ge/
mitū eoꝝ audiui ⁊ deſcēdi liberat
Surrexit interea (eū. In. ¶ L. ij
rex nou⁹ ſup egyptū q̄ igra/
bat ioſeph ⁊ ait ad pplm ſuū. Ecce
ppls filioꝝ iſrl mlt⁹ ⁊ fortior nob ē.
Venite ſapiēter opp̄mam⁹ eū. ne
forte mltiplicet. ⁊ ſi igruerit cōtra
nos bellū addat inimicis nr̄is ex
pugnatiſq̄ nob egrediat e tra. Prepo
ſuit itaq̄ eis rex mgr̄os opm vt af
fligerēt eos onerib⁹. Edificauert
q̄ vrbes tabnacloꝝ pharaoni phi
ton ⁊ ramaſſes. Quātoq̄ opp̄ma
bāt eos. tāto magꝫ mltiplicabant
⁊ creſcebant. Tu. R. Stetit moy
ſes corā pharaōe ⁊ dixit h̄ dicit dn̄s
Dimitte pplm meū vt ſacrificet m
in deſto. v. Dn̄s ds hebreoꝝ miſit
Ome ad te dicēs. Dimit. L. iij.
Oderātq̄ filios iſrl egyptij et
affligebāt illudētes ⁊ inuidentes
eis atq̄ ad amaritudinē pducebāt
vitā eoꝝ. opib⁹ durꝫ luti ⁊ laterꝫ oī
q̄ famulatu q̄ in tre opib⁹ p̄mebā
tur. Dixit aūt rex egypti obſtetri/
cib⁹ hebreoꝝ. Quaꝝ vna vocabat
ſephora ⁊ altera phua. p̄cipiēs eiſ
Qn̄ obſtricabitꝫ hebreos ⁊ pt⁹ tps

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aduenerit.ſi maſculus fuerit interfici
te euz.ſi femina reſeruate. Tu autẽ R.
Cãtem⁹ dño glioſe ei honorificat⁹ eſt
equũ ⁊ aſcenſorẽ ꝓiecit in mare. Adiu
tor ⁊ ꝓtector fact⁹ ẽ mihi dñs i ſalutẽ.
ṽ⁹ Curr⁹ pharaonis ⁊ exercitũ ei⁹ ꝓie
cit i mare. Ad. Gła. Ad. ¶ In.ij.noct.
añ. Tribue.pẽ. Confug. cũ cet. vrẽ. in
pſalte.ṽ. Cadẽt. ¶ Lectio.iiij.
Timuert aũt obſtetrices deũ ⁊ ñ
fecert iuxta p̃ceptũ reg̃ egypti ſed ſer
uauert mares. Quib⁹ accerſitis ad ſe
rex.ait Quid nã ẽ hoc qđ facere volui
ſtis vt pueros reſuaretĩ. Que rñdert
Nõ ſũt hebree ſic̃ egyptie mlĩeres Ip
ſe ei obſtetricãdi hñt ſciaz ⁊ priuſq̃ꝫ ve
niam⁹ ad eas ꝑiũt Bñ g̃ fec dñs obſte
tricib⁹: ⁊ creuit pp̃ls ꝯfortatuſq̃ꝫ ẽ nis
Et q̃ꝛ timuert obſtetrices deũ. edifica
uit eis domos. Precepit g̃ pharao oĩ
pp̃lo ſuo dicẽs. Quitq̃d maſcl̃ini ſexuſ
natũ fuerit in flumẽ ꝓijcite.q̃cq̃d fẽi re
ſuate. Tu. R. In mari vie tue ⁊ ſeite
tue i aq̃s mlĩtis deduxiſti ſic̃ oues po
pulũ tuũ. In manu moyſi ⁊ aarõ. ṽ⁹.
Trãſtuliſti illos ꝑ mare rubrũ ⁊ trãſ
uexiſti eos ꝑ aquã nimiã. In. Lec.v.
Egreſſus ẽ poſt hec vir đ domo le
ui ⁊ accepit vxorẽ ſtirpis ſue.q̃ cõ
cepit ⁊ pepit filiũ. ⁊ vidẽs eũ elegantẽ
abſcõdit tribus mẽſib⁹. Cũq̃ꝫ iã celarẽ
nõ poſſet: ſumpſit fiſcellã ſcirpeã ⁊ li
niuit eã bitumĩe ac pice: poſuitq̃ꝫ int⁹
infantulũ ⁊ expoſuit eũ i carecto ripe
fluminis. ſtante ꝓcul ſorore ei⁹ ⁊ ꝯſide
rãte euentũ rei. Ecce aũt deſcendebat
filia pharaonis vt lauaret in flumĩe ⁊
puelle ei⁹ gradiebant ꝑ crepidinẽ al
uei. Que cũ vidiſſet fiſcellã in papyri
one. miſit vnã e famulab⁹ ſuis. ⁊ alla
tã apiens cernẽſq̃ꝫ in ea ꝑuulũ vagien
tẽ. miſerta ei⁹ ait. De infantib⁹ hebre
orũ ẽ hic. Tu. R. Qui ꝑſequebant po
pulũ tuũ dñe dimerſiſti eos i ꝓfundũ
Et in colũna nubis ductor eorũ fuiſti
dñe. ṽ⁹. Deduxiſti ſicut oues pp̃lm tu
um in manu moyſi ⁊ aarõ. Et. Le.vi.
Dixit ſoror pueri ad filiã pharao
nis. Vis vt vadã ⁊ vocẽ tibi mlĩ
erẽ hebreã que nutrire poſſit infantu
lũ. Rñdit. Vade. Perrexit puella et
vocauit mr̃ez ſuã. Ad quã locuta filia
pharaonis: accipe ait puerũ iſtũ ⁊ nu
tri mihi. ego dabo tibi mercedẽ tuam
Suſcepit mulier ⁊ nutriuit puerũ ad
ultũq̃ꝫ tradidit filie pharaonis. Quẽ
illa adoptauit in locuz filij: vocauitq̃ꝫ
nomẽ ei⁹ moyſes dicẽs: q̃ꝛ de aqua tu
li eũ. Tu. R. Ecce mitto angelũ meũ
qui p̃cedat te ⁊ cuſtodiat te ſꝑ obſerua
⁊ audi vocẽ meã ⁊ inimic⁹ ero inimiciſ
tuis ⁊ affligẽtes te affligã. Et p̃cedet
te angelus me⁹. ṽ⁹. Iſrl̃ ſi me audierĩ
nõ erit i te đs recẽs neq̃ꝫ adorabis deũ
alienũ ego eñi dñs. Et pre. Gła. Et p̃.
¶ In.iij.noct.añ. Legis. cũ cet. vrẽ. in
pſalte.ṽ. Clamabit. S. Joh.vj.
In il.tẽ. Abijt ihs trãs mare gali
lee qđ ẽ tyberiadis: ⁊ ſeq̃bat eũ mlĩtitu
do mag̃. q̃ꝛ viderãt ſig̃ q̃ faciebat ſuꝑ
his q̃ infirmabant Et re. Oml̃.ve.be.
Quod ſubleuaſſet oclos ihs ⁊ ve
niẽtez ad ſe mlĩtitudinẽ vidiſſe ꝓ
hibet diuĩe pietatĩ iudiciũ ẽ. q̃ꝛ videlꝫ
cũctis ad ſe vẽire q̃rentib⁹ grã mĩe ce
leſtĩ occurrere ꝯſueuit Et ne q̃rẽdo er
rare poſſint: lucẽ ſui ſpũs apire currẽ
tib⁹ ſolit⁹ eſt. R. Moyſes famlũs dñi
ieiunauit q̃drağita diebuſ ⁊ q̃drağita
noctib⁹ Vt legẽ dñi mereret accipe. ṽ
Aſcẽdit moyſes i montẽ ſynai ad dñz
fuitq̃ꝫ ibi q̃drağita dieb⁹ ⁊ q̃draginta
Omnẽ ei mi (noctib⁹. Vt. Le.viij.
Miſteriũ hũane ſalutĩ iniciũ cepiſſꝫ
enarrari ꝑ dñz: ab eis q̃ audiert i nos
ꝯfirmatũ ẽ. Quĩq̃ꝫ ſiq̃dẽ panes ⁊ duoſ
piſces fregit: ⁊ diſtribuit diſcipulĩ ſuis
q̃ñ apuit illis ſenſuz. vt itelligerẽt oĩa
q̃ ſcripta ẽẽnt in lege moyſi ⁊ ꝓphis ⁊
pſalmis de ip̃o Tu. R. Splẽdida fcã
ẽ facies moyſi dũ aſpiceret in eũ dñs.
Vidẽtes ſeniores claritatẽ vult⁹ eius
ãmirãtes timuert valde. ṽ⁹ Deſcẽdit
moyſes đ mõte portãs duas tabulas
lapideas manib⁹ ſuis ſcp̃tas vtraſq̃ꝫ
Quinq̃ꝫ mi (digito di. Vi. Le.ix.
Qualia viroꝝ q̃ mãducauert: ꝑfectiõꝫ
coꝝ q̃ ṽbo vite reficiunt inſinuãt. Vi
roꝝ q̃ꝓpe noĩe ſolẽt i ſcp̃turĩ ꝑfectõres
q̃q̃ꝫ figurari: q̃s feĩnea mollicies nlĩa
corrũpit q̃les cupit eos ẽẽ q̃b⁹ đ apl̃s
Vigilate. ſtate i fide. virilr̃ agite ⁊ ꝯfor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tami. Tu. ℞. Audi iſrl' ꝓcepta dñi
⁊ in corde tuo q̃ſi in libro ſcribe. Et
dabo tibi t̃raꝫ fluentē lac ⁊ mel. ꝟ.
Iſrl' ſi me audierꝭ nō erit i te ds re
cēs neqꝫ adorabis deū alienuꝫ. Et.
Glia. Audi. ¶ Ante lau. ꝟ. Cadent.
Tunc acce (vtꝰ Ad laud. Añ.
ptabis ſacrificiuꝫ iuſticie ſi au
terꝭ dñe faciē tuā a pctīs meis. ps.
Miſeré. Añ. Bonū ē ſꝑare in dño
q̃ ſꝑare in ꝑncipibꝰ. ps. Cōfitemi.
xxxviij. Añ. Bñdicat nos ds deꝰ nr̃
bñdicat nos ds. ps. Deꝰ ds me. Añ
Potēs es dñe eripe nos de mān
mortꝭ liberare nos ds nr̃. ps. Bened
Añ. Reges t̃re ⁊ oēs ꝑpli laudate
deū. ps. lauda. do. Hy. Clarū decꝰ
Scꝑtuꝫ eſt qm̄ ¶ Cap. Gal. iiij
abraam duos filios habuit.
vnū de ancilla ⁊ vnū d' libera. ſꝫ q̇ de
ancilla ſc̄m carnē natꝰ eſt. q̇ aūt de
libera ꝑ repromiſſionē q̃ ſunt ꝑ alle
goriā dcā. Deo. ꝟ. Dñe refu. Sup
bñ. Añ. Subijt ĩḡ in montē ihus ⁊
ibi ſedebat cū diſcipul' ſuis. Coll'a
Concede q̃ms oñs deꝰ vt q̇ ex
merito noſtre actiōis affligi
mur. tue grē ꝯſolatiōe reſpiremꝰ.
P. nō plus. ¶ Ad hos vtꝰ in ꝓceden
ti dñica cū cap. ⁊ coll'. de dñica pñti vt
ſup in lau. Que etiā dñr ad mat. ad
hos et ad vs. ꝑ hebd. ¶ In .ij. vs añ
Sede. cū cete. añ. ⁊ ps. vt in pſal'. hy.
Sūmi. Cap. vtꝰ in lau. ꝟ. Angelis
Sup mḡt Añ. Cū vidiſſent turbe
ſignū q̇d fecerat ihs dicebāt vé h̄ ē
ꝓpha q̇ venit in mōm. Coll'. vtꝰ. in
lau. Cōpl'. vtꝰ. dñica pri. ¶ Feria .ij.
In diebꝰ ill' poſtq̃ cre (Le. pri.
uerat moyſes. egreſſus ē ad
frēs ſuos. viditq̃ afflictiōeꝫ eoꝝ et
virū egyptiū ꝑcutientē quedā de
hebreis fribꝰ ſuis Cūq̃ circūſpexiſ
ſet huc atqꝫ illuc. ⁊ nullū adeſſe vi
diſſet. ꝑcuſſumq̃ egyptiū abſcondit
ſabulo. Et egreſſus die alt'a ꝯſpe
xit duos hebreos rixātes. dixitqꝫ ei
q̇ faciebat iniuriā. Quare ꝑcutis
ꝓximū tuū: Qui rñdit. Quis ꝯſtitu
it te ꝑncipē ⁊ iudicē ſup nos: Num
q̇d occidé me tu vis ſic heri occidi
ſti egyptiū: Timuit moyſes ⁊ ait.
Quō palā factū ē v̇bū iſtd. Tu. ℞.
Attēdite ꝑpl'e meꝰ legē meā. Incli
nate aures vr̃as in v̇ba oris mei.
ꝟ. Aꝑiā in ꝑabol'os meū loq̃r ꝓpo
ſitiōes ab initio. Incl. ¶ Le. ij.
Audiuitq̃ pharao ſermoneꝫ
hūc. ⁊ q̃rebat occidé moyſen. Qui
fugiēs de ꝯſpcū eiꝰ. moratꝰ eſt i ter
ra madian. ⁊ ſedit iuxta puteum.
Erāt aūt ſacerdoti madian ſepteꝫ
filie. q̇ venerāt ad hauriēdā aquā
et iͣpletis cannalibꝰ adaq̃re cupie
bāt greges pr̃is ſui Superuenerūt
paſtores ⁊ eiecerūt eas. Surrexit
moyſes. ⁊ defenſ' puellis adaq̃uit
oues eaꝝ. Tu. ℞. Vos q̇ trāſituri
eſtꝭ iordanē edificate altare d' lapi
dibꝰ q̇s ferꝝ ñ tegit. Et offerte ſup
illd holocauſta ⁊ hoſtias pacificas
do vr̃o. ꝟ. Cūq̃ intraueritꝭ t̃ram
quā dñs daturꝰ ē vob edificate ibi
altare dño. Et offe. Predictū ℞. ſcꝫ
Vos q̇. nō repetit' per hebd. poſtq̃ ſe
mel fuerit habitum. ¶ Lectio. iij.
Cum puelle reuertiſſent ad
raguel prēꝫ ſuū dixit ad eas
Cur velotius veniſtis ſolito: Rñ
derunt Vir egyptiꝰ liberauit nos
de manu paſtorū. Inſup ⁊ hauſit
aquā nobiſcum. potumq̃ dedit oui

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus. Ait ille. Vbi ē inqt. Quare di
miſiſtis hoiem? Vocate eum vt co
medat panē. Jurauit ergo moyſes ꝙ
habitaret cū eo. Accepitqꝫ ſephorā
filiā eius vxorē. que pepit ei filiū
quē vocauit gerſan. dicens. Adue
na fui ī terra aliena. Alterū vo pe
perit. quē vocauit elyezer dicens.
Deus em̄ pr̄is mei adiutor meus: ⁊
eripuit me de manu pharaonis.
Tu aūt. R. Moyſes famulus. vt
ſup̄ in dñica in. iij. noct. Hym. cap.
V. ⁊c. vtſ. Sup bñd. Añ. Auferte
iſta hīc dicit dñs ⁊ nolite facere do
mū patris mei domū negociatio-
nis. Coll. dñica. Concede qs ops
Suffr. Soluite tēplū vt infra. ſine
V. Oremus Coll. Preſta qs
ops deus vt obſeruationes ſa
cras annua deuotiōe recolētes et
corpe tibi placeamus ⁊ mente Per.
Cetera vtſ. Super magt Añ. Sol
uite tēplū hoc dicit dñs ⁊ poſt tridu
um reedificabo illud hoc autē dicebat
de tēplo corpis ſui. Coll. dñica. Cō-
cede qs. vtſ. Suffr. Auferte iſta.
Vtſ. ſine V. Oremus. Colla.
Deprecationē nr̄am qs dñe
benignus exaudi ⁊ quibus ſupplicā
di p̄ſtas affectū: tribue defenſiōis
auxiliū. P. ¶ Nota ſi in hac feria. ij.
fuerit feſtū. ix. lectio. tūc predicte lcō-
nes cū R. legent in ſeqnti nocturnali fe
ria et lcōnes cum R. in ſequenti fer.
iiij. legent in alia ſeqn. fer. noct. infra
hanc hebd. et ſic cōſequēter.

¶ Feria. iij. Lectio prima.

POſt multū vo tpis mortuus
eſt rex egypti Et ingemiſcentes fi
lij iſrl propter opa vociferati ſunt. Aſ
cenditqꝫ clamor eorum ad deū ab opi
bus. ⁊ audiuit gemitū eorū. ac re-
cordatus eſt federis qd pepigerat
cū abraā yſaac ⁊ iacob. et reſperit
dñs filios iſrl ⁊ cognouit eos. Tu.
L. R. Sicut fui cū moyſe ita ero te
cum dicit dñs. Cōfortare ⁊ eſto ro-
buſtus introduces pplm meū in
terrā lac ⁊ mel manantē. V. Quā
ego tecū ſum dñs deus tuus vbicū-
qꝫ pexeris. Con. ¶ Lc. ij.

MOyſes aūt paſcebat oues pe
tro ſoceri ſui ſacerdotis madian.
Cumqꝫ minaſſet gregē ad interio-
ra deſerti: venit ad montē di oreb.
Apparuitqꝫ ei dñs in flāma ignis
de medio rubi: ⁊ videbat ꝙ rubus
arderet ⁊ nō ꝯburet. Dixit ergo moy
ſes. Vadam ⁊ videbo viſionē hāc
magnā: quare nō ꝯburat rubus
Tu. R. Popule meus qd feci tibi aut
qd moleſtus fui tibi rnde michi qm
ego eduxi te d tra egypti ⁊ d domo
ſeruitutis qdragīta annos in here
mo. Māna plui vob ⁊ obliti eſtis
me dicit dñs. V. Adduxi vos p de-
ſertum quadragita annos in he-
remo ego dominus. Māna. ¶ L. iij.

CErnēs aūt dñs ꝙ moyſes p-
geret ad videndū. vocauit eū
de medio rubi. ⁊ ait. Moyſes mo-
yſes. Qui rndit. Adſum. At ille. Nō
appropies inqt huc. Solue calcia-
mentū de pedibus tuis. Locus em̄ ī
quo ſtas tra ſctā eſt. Et ait. Ego ſum
ds pr̄is tui: deus abraā ⁊ ds yſaac ⁊
deus iacob. Tu. R. Adduxi vos per
deſertū qdragita annos ego dñs.
nō ſunt attrita veſtimēta vr̄a. Mā
na de celo plui vob ⁊ obliti eſtis me
dicit dñs. V. Popule meus qd feci ti
bi aut qd moleſtus fui tibi reſpōde

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

mihi qm̄ ego eduxi te d̓ t̃ra egypti
Māna. Glia. Mā. Pdictū ℞. ſꝫ
Adduxi. nō repetit̃ ꝑ hebd̓. poſtq̄ꝫ ſel̓
fuerit habitū. Hym. cap̄. v. ⁊c̄. vr̄s.
Sup bn̄. An̄. Quid me q̄ritis inter/
ficere hoiem q̄ vba locutꝰ ſum vob̄
Coll̓. dñica. Cōcede q̄s. vr̄s. Suffr̄.
Unū opꝰ feci ⁊ oēs āmiramini q̄ to
tū hoiem ſanū feci in ſabbo. ſine v.
Sacre q̄s nob̄ (Oremꝰ. Coll̓.
dñe obſ̃uatiōis ieiunia ⁊ pie
ꝯuerſatiōis augmentū ⁊ tue ꝓpici
ationis ꝯtinuū p̄ſtent auxiliū. P.
Cetera ſicut hucuſq̄ꝫ Sup mḡt An̄.
Et me ſcitis ⁊ vn̄ ſim ſcitis ⁊ a me
ipo nō veni ſꝫ pr̄ meꝰ miſit me. Col
lecta dñica. Cōcede q̄s. vr̄s. Suffr̄.
Nemo in ihm̄ miſit manū q̄ nō/
dum venerat hora eiꝰ. ſine. v. Ore
Miſerere dñe pplo (mus Coll̓.
tuo ⁊ ꝯtinuis tribulatōnibꝰ
laborantē ꝓpicius reſpirare ꝯcede
P. ¶ Feria.iiij. Lectio.prima
Abſcondit moyſes faciē ſuaꝫ
Nō eñ audebat aſpicere ꝯtra de/
um. Cui ait dn̄s. Vidi afflictioneꝫ
ppli mei in egypto. ⁊ clamorē eius
audiui ꝓpter duriciā eorū q̄ p̄ſunt
opibꝰ. Et ſciēs dolorē eiꝰ. deſcendi
vt liberē eū de manibꝰ egyptiorū
⁊ educā de t̃ra illa in terrā bonā et
ſpacioſam. in terraꝫ q̄ fluit lacte ⁊
melle: ad loca chananei ⁊ ethei et
āmorrei ⁊ phereſei et euei ⁊ iebu/
ſei. Tu. ℞. de hyſto. Locutꝰ eſt. vr̄s.
que ordo tangit. ¶ Nota q̄ poſtq̄ꝫ le/
cta fuerint ℞. de fer̄. ij. ⁊. iij. vr̄s in p
ximo. tūc repetent̃ a principio ℞. Lo
cutꝰ eſt. cū cete. ꝑ ordinē vr̄s in dñica.
etiā ℞. Moyſes famu. nō obſtāte
ſi ꝑ hebd̓. ſel̓ repetitū fuerit Et deīn ſi
neceſſe fuerit repetent̃ tm̄ h̓ tria ℞. ſ.
Attendite. ℞. Sicut fui. ℞. Ipſe
Clamor g̊ (meus. vr̄s. ¶ Lect. ij.
filiorum iſrael venit ad me vidiq̄ꝫ
afflictiōeꝫ eoꝝ q̄ ab egyptijs oppri/
munt̃. Sꝫ veni ⁊ mittā te ad pha/
raonē vt educā pplm̄ meum filios
iſrl̓ de egypto. Dixitq̄ꝫ moyſes ad
deū. Qs ſuꝫ ego vt vadā ad phara
onē. ⁊ educā filios iſrl̓ de egypto?
Qui dixit ei. Ego ero tecuꝫ. ⁊ h̓ ha/
bebis ſignū q̄ miſerim te. Cū edu
xeris pplm̄ meū de egypto: imola/
bis deo ſup montē iſtū. Tu. ¶ L. iij
Ait moyſes ad deū. Ecce ego va/
dā ad filios iſrl̓ ⁊ dicā eis Deꝰ pr̄m
vr̄oꝝ miſit me ad vos. Si dixerint
mihi qd̓ eſt nomē eius q̄d dicā eis.
Dixit dn̄s ad moyſen. Ego ſū q̄ ſū
Sic dices filijs iſrl̓ Qui ē miſit me
ad vos. Dixitq̄ꝫ iteꝝ d̓s ad moyſen
Hec dicꝰ filijs iſrl̓. Dn̄s d̓s pr̄m ve
ſtroꝝ. deꝰ abraā ⁊ d̓s yſaac ⁊ deꝰ ia
cob miſit me ad vos. Hoc nomen
mihi ē in eternū. ⁊ memoriale me
um in generatiōe ⁊ gn̄atiōeꝫ. Tu.
Hym. capꝫ. v. ⁊c̄. vr̄s. Sup bn̄. An̄.
Rabbi q̄d peccauit hō iſte vt cecꝰ
naſceret̃ rn̄dit ieſus et dixit neq̄ꝫ h̓
peccauit neq̄ꝫ parētes eiꝰ ſꝫ vt ma
nifeſtent̃ opa d̓i in illo. Coll̓. dñica
lis. Concede qm̄s vr̄s. Suffr̄. Ille
hō qui dicit̃ ihs lutuꝫ fecit ex ſputo
⁊ liniuit oclos meos ⁊ mō video. ſi
Deus q̄ ⁊ (ne. v. Oremꝰ Coll̓.
iuſtis p̄mia meritoꝝ ⁊ pctō/
ribꝰ ꝑ ieiuniū veniā p̄bes. miſere/
re ſupplicibꝰ tuis. vt reatꝰ noſtri cō
feſſio indulgentiam valeat ꝑcipe
re delictoꝝ. P. Cetera ſicut hucuſq̄ꝫ
Sup magt̃. An̄. A ſeclo nō eſt audi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tū q̄ quis aꝑuit ocl'os ceci nati ni/
ſi xp̄s d̄s nr̄. Coll'.dn̄ical'. Cōcede q̄/
ſum⁹.vtſ̄. Suffra. Dixi vob iā et
nō audiuiſtis lutū mihi poſuit il/
le q̄ dicit ih̄s.ſine.v̄. Oremꝰ Coll'a.

Pateāt aures miſcd'ie tue dn̄e
p̄cib⁹ ſupplicantiū ⁊ vt peten
tib⁹ deſiderata cōcedas. fac eos q̄
tibi placita ſunt poſtulare. P dn̄ꝫ.

¶ Feria.v. Lectio prima.

Dixit iteꝝ dn̄s ad moyſen. Va
de ⁊ ꝯgrega ſeniores iſrael ⁊ dices
ad eos. Dn̄s d̄s patrū vr̄oꝝ appa/
ruit mihi de⁹ abraā et d̄s yſaac et
d̄s iacob dicēs. Viſitans viſitaui
vos. ⁊ vidi oīa que acciderūt vob in
egypto. ⁊ dixi vt educā vos de affli
ctione egypti i terrā fluentē lacte
⁊ melle ⁊ audiēt vocē tuā. Tu. L.ij
Ingredieris tu et ſeniores iſrl' ad
regē egypti ⁊ dices ad eū. Dn̄s d̄s
hebreoꝝ vocauit nos. Ibim⁹ triū
dieꝝ in ſolitudinē immolem⁹ dn̄o
deo nr̄o. Sed ego ſcio q̄ nō dimit/
tet vos rex egypti vt eat' niſi ꝑ ma
nū validā. Extendā eīm manū me
am et ꝑcutiā egyptū in cūctis mi/
rabilib⁹ meis q̄ factur⁹ ſum in me
dio eoꝝ: poſt h̄ dimittet vos. Tu āt
Dixitq̄ꝫ dn̄s ad moyſen ¶ Lec.iij.
Dabo gr̄am ꝑplo huic corā egypti
is. Et cū egrediemini nō exibit' va
cui: ſed poſtulabit mlier a vicina
ſua ⁊ ab hoſpita ſua vaſa argētea
⁊ aurea ac veſtes ponetiſq̄ꝫ eas ſu
per filios ⁊ filias vr̄as ⁊ ſpoliabi/
tis egyptū. Tu. Hym.cap.v.⁊c.vt
ſup̄. Sup bn̄. An̄. Accepit aūt oēs
timor ⁊ magnificabāt deū dicētes
quia ꝓpheta magn⁹ ſurrexit in no
bis ⁊ q̄ d̄s viſitauit plebē ſuā. Col

lec.dn̄ica. Cōce. q̄s. vtſ̄. Suff. Pro/
pheta mag̃. vt infra ſine v̄. Oremꝰ

Praeſta q̄s oīps d̄s. vt q̄s L Coll'.
ieiunia votiua caſtigāt. ipſa
q̄q̄ꝫ deuotio ſctā letificet. vt terrenis
affectib⁹ mitigat' facili⁹ celeſtia ca
piam⁹. P. Cetera ſicut hucuſq̄ꝫ Su
per mgt An̄. Propheta magn⁹ ſur
rexit in nob q̄ de⁹ viſitauit plebeꝫ
ſuā. Col'.dn̄ica. Cōce. q̄s. vtſ̄. Suf
fra. Accepit aūt. vtſ̄.ſine v̄. Oremꝰ

Populi tui d̄s inſtitutor Col'.
⁊ rector pctā quib⁹ impugnat
expelle vt ſꝑ tibi placit⁹ ⁊ tuo mu/
nimie ſit ſecur⁹. P. ¶ Fer. vj. L pri.

Reſpōdens moyſes ad dn̄m.
ait. Nō credēt michi ſeniores
iſrl' neq̄ꝫ audiēt vocē meā: ſꝫ dicent
nō appuit tibi dn̄s. Dixit ḡ dn̄s ad
eū Quid ē qd̄ tenes in manu tua?
Rn̄dit. v̄ga. Dixitq̄ꝫ dn̄s ꝓijce eā i
trā. ꝓiecit. ⁊ verſa ē in colubꝝ ita
vt fugēt moyſes. Dixitq̄ꝫ dn̄s. Ex/
tēde manū tuā ⁊ apphende caudā
ei⁹. Extēdit ⁊ tenuit: v̄ſaq̄ꝫ ē in vir
gā. vt credāt inq̄t q̄ apparuerit ti
bi dn̄s d̄s patꝝ tuoꝝ: d̄s abraā. et
d̄s yſaac ⁊ d̄s iacob. Tu. ¶ Lect.ij.
Dixit dn̄s rurſū ad moyſen Mit
te manū in ſinū tuū. Quā cū mi/
ſiſſet in ſinū ꝓtulit leproſaꝫ inſtar
niuis. Retrahe ait manū tuā in ſi
nū tuū. Retraxit ⁊ ꝓtulit iteꝝ. ⁊ e/
rat ſilis carni reliq̄. Si nō credide
rint inq̄t tibi. neq̄ꝫ audierint ſmo
nē ſigni p̄oris. credēt v̄bo ſigni ſe/
q̄ntis. Q̄ ſi nec duob⁹ quidē his ſi
gnis crediderint. neq̄ꝫ audierit vo
cē tuā: ſume aquā fluminis ⁊ effun
de eā ſup aridā: ⁊ q̄cq̄d hauſeris d̄
fluuio v̄tetur i ſanguie. Tu. L.iij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ait moyſes. Obſecro dñe. nõ ſuʒ
eloquẽs ab heri ⁊ nudius tertius
⁊ ex quo locutus es ad ſeruũ tuuʒ.
ĩpeditioris ⁊ tardioris lingue ſuʒ.
Dixit dñs ad eũ. Quis fecit os ho
minis? Aut quis fabricatꝰ eſt mu/
tum ⁊ ſurdũ. videntẽ ⁊ cecũ? Nõne
ego? Perge igitur ⁊ ego ero in ore
tuo. doceboq; quid loquaris. At il/
le. Obſecro. dñe inqͭt: mitte queʒ
miſſurus es. Tu aũt. Hym. cap. v.
⁊c. vrs. Sup bñ. Añ. Lazarus a/
micus nr̃ dormit eamꝰ ⁊ a ſomno
ſuſcitemꝰ eum. Coll. dñical. Conce
de qͣs. vrs. Suffr. Dñe ſi hic fu/
iſſes. vt infra. ſine. v. Oremꝰ Coll'a
Deus qui ineffabilibꝰ mũduʒ
renouas ſacramẽtis. p̃ſta q̃
ſumꝰ. vt eccl'ia tua ⁊ eternis ꝓfici/
at inſtitutis ⁊ tp̃alibꝰ nõ deſtitua/
tur auxiliis P. Cetera ſicut hucuſq;
Sup magt Añ. Dñe ſi hic fuiſſes
lazarus nõ eſſet mortuꝰ ecce iã fe/
tet quatriduanus in monumẽto
Coll. dñical. Cõcede qͣs. vrs. Suff.
Lazarus. vrs. ſine. v. Oremꝰ Coll'a
Preſta qͣs oĩps ds vt q̇ infirmi
tatis nr̃e ꝯſcii de tua virtute
ꝯfidimꝰ ſub tua ſemꝑ pietate gau
deamꝰ. P. ¶ Sabba. Lectio prima.
Iratus dñs in moyſen ait. Aa
ron frater tuꝰ leuites. ſcio ꝙ
eloquẽs ſit. Ecce ipſe egredietᷣ in oc
curſum tuũ: videnſq; te letabitᷣ cor
de. Loq̃re ad eũ. ⁊ pone vͣba mea ĩ
ore eiꝰ. ⁊ ego ero in ore tuo ⁊ in ore
illiꝰ: ⁊ oñdaʒ vobis q̇d agere debeatis
Et ipſe loquetur ꝓ te ad pplm ⁊ erit
os tuũ: tu aũt eris ei ĩ hiis q̃ ad de/
um ptinent. Virgã quoq; hanc ſu
me in manu tua: in q̃ facturus es

Abiit moyſes (ſigna. Tu. ¶ Le. ii
⁊ reuerſus eſt ad petro ſocerũ ſuũ
Dixitq; ei: vadã ⁊ reuertar ad fra
tres meos ĩ egyptũ: vt videã ſi ad
huc viuãt. Cui ait petro. Vade in
pace. Dixit ergo dñs ad moyſen ĩ ma
dian. Vade ⁊ reuerte in egyptuʒ.
Mortui enĩ ſunt q̇ querebãt aĩaʒ
tuã. Tulit ergo moyſes vxorẽ ſuã ⁊ fi
lios ſuos. ⁊ ĩpoſuit eos ſup aſinũ.
reuerſus eſt in egyptũ: portãs vir/
gã dei in manu ſua. Tu. ¶ Lect. iii.
Dixitq; dñs moyſi reuertẽti ĩ egy
ptuʒ. Vide. vt oĩa oſtẽta que poſui
in manu tua facias corã pharao/
ne. Ecce indurabo cor eiꝰ. ⁊ non di
mittet pplm. Dixitq; dñs ad aarõ.
Vade in occurſum moyſi in deſer
tum. Qui perrexit obuiã ei in mõ
tem dei: ⁊ oſculatus eſt eũ. Narra
uitq; moyſes aaron oĩa vͣba do
mini. ꝓ quibꝰ miſerat eũ. ⁊ ſigna
q̃ mãdauerat. Veneruntq; ſimul ⁊
ꝯgregauerũt cunctos ſermones
filiorum iſrl'. Locutuſq; eſt aaron om/
nia verba que dixerat dñs ad mo/
yſen. ⁊ fecit ſigna coram populo ⁊
credidit populus. Tu aũt. Hym.
Cap. v. ⁊c. vrs. Sup bñ. Añ. Ego
ſum lux mũdi qui ſequitur me nõ
ambulat ĩ tenebris ſed habebit lu
men vite dicit dominꝰ. Coll. dñica
lis. Concede qͣs. vrs. Suffra. Ego
ſum q̇ teſtimoniũ perhibeo de me
ipſo ⁊ teſtimoniuʒ perhibet de me
qui miſit me pater. ſine v. Oremꝰ:
Fiat qͣs dñe ꝑ gratiã ¶ Col.
tuã fructuoſus noſtre deuo/
tionis affectus: quia tũc nobis ꝓ/
derunt ſuſcepta ieiunia. ſi tue ſint
placita pietati P Cet. ſicut hucuſq;

## Dñica v.in.xl.ſcȝ Ju

dica. que d: dñica paſſionis. Ad pri.
vſ.añ. Benedict⁹.cū cete. añ.et pſ.
vt in pſal'. Glia pri d: ad Deus in
adiuto. ⁊ ad pſ. vbi ſolȝ dici vſqȝ ad
cenā dñi ſiue de tpe ſiue de ſanctis ſer/
uet. Ad R. vero qñ de tpe ſeruat' ab
hinc vſqȝ ad diē paſce nō d: Glia pri
vt infra dicet. ¶ Capm Eſa.l.
Corpus meū dedi ꝑcutiētib⁹.
⁊ genas meas vellentib⁹. faciem
meā non auerti ab increpātib⁹ et
ꝯſpuentib⁹ in me. Deo. R. Circū
dederūt me viri mēdaces ſine cau
ſa flagellis ceciderunt me. Sed tu
dñe defenſor vindica me. v⁷. Qm̄
tribulatio ꝓxima eſt ⁊ non eſt qui
adiuuet. Sed. Glia pri. nō cantur
nec R. iteratur. ¶ Hym.
Vexilla regis ꝓdeūt fulget
cruc' myſteriū q̇ carne car
nis cōditor ſuſpēſus eſt patibulo.
Quo vulneratuſ inſup mucrone
diro lācee vt nos lauaret crimine
manauit vnda ſanguīe Impleta
ſunt q̄ cecinit dauid fidelis carmi/
ne dicēdo nationib⁹ regnauit a li/
gno ds. Arbor decora ⁊ fulgida or
nata regis purpura electa digno
ſtipite tā ſctā mēbra tāgere. Bea
ta cui⁹ brachijs ſecli pepēdit ꝑciū
ſtatera facta eſt corꝑis ꝑdāqȝ tulit
tartari. O crux aue ſpes vnica h
paſſionis tpe auge pijs iuſticiā re
iſqȝ dona veniā Te ſūma ds trini
tas collaudat oīs ſpūs q̇s ꝑ crucis
myſteriū ſaluas rege ꝑ ſcl'a. Amē.
Predict⁹ v. ſcȝ O crux. flexis genib⁹
legēdus eſt. Nota etiā ꝙ ꝑdict⁹ hym.
d: ſingul' dieb⁹ ad vſ. qñ de tpe canit'

vſqȝ ad cenā dñi. v. Eripe me domi
ne ab hoīe malo. A viro iniq̄ ⁊ do/
loſo eripe me. Sup mgt' Añ. Ego
ſum q̇ teſtimoniū ꝑhibeo d me ip/
ſo ⁊ teſtimoniū ꝑhibet de me q̇ mi
ſit me pr. Coll'a. dñical' nō d: hic ſed
Deus q̇ ſperā (ſequēs tm̄ Col'.
tib⁹ in te miſereri poti⁹ elig'
q̄ iraſci da nob̄ digne flere mala q̄
fecim⁹ vt tue ꝯſolationis grāꝫ in/
uenire valeam⁹. P. Nulla ſuffra.
Nota ſi fuerit hic ī ſabba. feſtū. ix. le.
etiā dupl'. aut ſemid'. de illo ñ dicūt'. ij
vſ ſed tm̄ ſuffra. de eo. excepto ſolo fe
ſto Annūciationis btē marie de quo
in loco ſuo dicet'. Ad cōpl'. Hym. Au
di benigne. vts. Cap. Pacē ⁊ veri/
ta. v. Cuſtodi. Sup nūc. Añ. Po/
pule me⁹ q̇d feci tibi aut q̇d mole/
ſtus fui rñde mihi. Kyriel'. ⁊c. Pre
ces cōſue. ſine pſ. Miſerere. cū coll'a
Illūina q̄s ⁊c. vt in pſal'. ¶ Nota ꝙ
ꝑdictū Cōpl'. d: ſinglis dieb⁹ vſqȝ ad
cenā dñi. exceptis dupl'. et ſemid'. feſt'
Hodie ſi vocē (Ad mat' Inuit.
dñi audieritis. Nolite obdu/
rare corda vrā. pſ Veīte. ſine Glo
ria ſed loco Glia reiterat' ad huc ſel'to
tū Inuit. q̄ſqȝ poſt v. Quadragita
reiteratū eſt Siliter faciendū eſt etiā
in alijs Inuit. ꝑ hebd'. vſqȝ ad cenaꝫ
dñi qñ de tpe canit'. ¶ Sciendū etiaꝫ
ꝙ a dñica in paſſione dñi vſqȝ ad pa
ſca. In mat'. ad pſ. Venite. ⁊ ad. iij.
vj. et ix. R. et ad R. ad primā ⁊ ad ce
ter. hoſ. non ē dicendū Glia pri. niſi
de ſctis canit' vt infra dicet' Sed loco
Glia pri. reiterandū eſt ſemꝑ R. Ad
Deus in adiutoriū. et ad pſ. ſimili/
ter ad bened'. magt' et nunc di. dicitur
Gloria patri vſqȝ ad cenam domi.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

¶ Jn primo noct. An̄. Ego gloriã
meã nõ q̄ro eſt q̇ querat ⁊ iudicet.
ps̄. Bt̄us vir. cū cete. vſq ad ps̄ Cō/
ſerua. vt in pſal. v. Dn̄e deꝰ meus
in te ſperaui. Saluū me fac ex om
nibꝰ pſeq̄ntibꝰ me ⁊ liba me ¶ L. j.
V Erba hieremie (Hieremi. j
filij helchie d̄ ſacerdotibꝰ
q̇ fuerūt in anatoth in ter
ra beniamin. Qd̄ fctm̄ eſt v̇bū dn̄i
ad eū in diebꝰ ioſie. filij amon reg
iuda. in tertiodecimo anno regni
eiꝰ. Et factū eſt in diebꝰ ioachim fi
lij ioſie reg iuda vſq ad ꝯſumma
tionē vndecimi anni ſedechie filij
ioſie reg iuda. vſq ad trāſmigra/
tionē hierlm̄ in mēſe q̇nto. Hec di
cit dn̄s d̄s ꝯuertimini ad me ⁊ ſal/
ui eritꝭ. Deo gr̄as. ℞. Jſti ſunt di/
es q̄s obſeruare debetꝭ tp̄ibus ſu/
is. Quartadecima die ad veſpam
paſcha dn̄i eſt ⁊ in q̇ntadecima ſo
lēnitatē celebrabitis altiſſimo do/
mio. vꝰ. Locutꝰ eſt dn̄s ad moyſen
dicens loquere filijs iſrl̄ ⁊ dices ad
eos. Quarta. Predictū. ℞. dicitꝰ tm̄
hac die et non p hebd̄. ¶ Lec. ij.
E T factū eſt verbū dn̄i ad me
dicēs. priuſq̄ȝ te formarē in vtero
noui te. ⁊ an̄q̄ȝ exires d̄ vulua ſan
ctificaui te. ⁊ ꝓpham in gentibꝰ de
di te. Et dixi. a. a. a. dn̄e deꝰ Ecce ne
ſcio loqui q: puer ego ſuȝ. Et dixit
dn̄s ad me noli dicere q: puer ſum
qm̄ ad oīa ad q̄ mittā te ibis ⁊ vni/
uerſa que mādauero tibi loquerꝭ.
Hec dicit dn̄s. ℞. Multiplicati ſūt
q̇ tribulant me ⁊ dicunt non ē ſa/
lus ip̄i in deo eiꝰ. Exurge dn̄e ſal/
uum me fac deꝰ meus. vꝰ. Qui tri
bulant me exultabunt ſi motꝰ fue
ro ego aūt in miſcd̄ia tua ſperaui
N E timeas (Exurge. ¶ Le. iij
a facie eoꝝ q: ego tecū ſuȝ vt
eruā te. dicit dn̄s Et miſit dn̄s ma
nū ſuā ⁊ tetigit os meū. ⁊ dixit do/
minus ad me. Ecce dedi v̇ba mea
in ore tuo. ecce ꝯſtitui te hodie ſup
gētes ⁊ ſup regna vt euellas ⁊ de
ſtruas. ⁊ diſpdas ⁊ diſſipes ⁊ edifi
ces ⁊ plantes. Hec dicit dn̄s deus.
℞. Qui cuſtodiebāt aīam meam
ꝯſiliū fecerūt in vnū dicentes. De
us dereliq̇t eum pſequimi ⁊ com/
ꝓhendite eū q: non eſt q̇ liberet eū
d̄s meꝰ ne elonges a me deꝰ meus
in adiutoriū meū intēde. vꝰ. Oēs
inimici mei cogitabāt mala mihi
v̇bum iniquū mādauerūt aduer
ſum me dicentes. Deꝰ de. ℞. Qui
cuſto. ¶ Jn. ij. noct. An̄. Abraā pa
ter veſter exultauit vt videret diē
meū vidit ⁊ gauiſus eſt. ps̄. Cōſer
ua. cū duobus ſeq̄ntibꝰ. L. v. Vſq̄q̇
exaltabitꝰ inimicꝰ meꝰ ſup me. Reſ
pice ⁊ exaudi me dn̄e d̄s meꝰ. L. iiij
E T factū eſt v̇bū dn̄i ad me di/
cēs. Quid tu vides hieremia
Et dixi. Virgam vigilantē ego vi
deo. Et dixit dn̄s ad me. Bn̄ vidi/
ſti. q: vigilabo ego ſup verbū me/
um vt faciā illud. Et factū eſt ver/
bū dn̄i ſcd̄o ad me dicēs. Quid tu
vides? Et dixi. Ollam ſuccenſaȝ e/
go video. ⁊ faciē eiꝰ a facie aquilo
nis. Hec dicit dn̄s. ℞. Adiutor et
ſuſceptor meꝰ es tu dn̄e et in v̇buȝ
tuū ſpaui. Decliate a me maligni
⁊ ſcrutabor mandata dei mei. vꝰ.
Eripe me de inimicis meis d̄s me
us et ab inſurgentibus in me libe
ra me. Declinate. ¶ Lectio quinta

Et dixit dñs ad me. Ab aquilo
ne pandet omne malū. ſup
oēs habitatores terre. Quia ecce
ego ꝯuocabo oēs cogitationes re
gnoꝝ aquilonis dicit dñs: ꝛ veni/
ent ꝛ ponēt. vnuſquiſq; ſoliū ſuū
in introitu portarū hierlm. ꝛ ſup
oēs muros ei⁹ in circuitu. ꝛ ſuper
vniuerſas vrbes iuda. Et loquar
iudicia mea cū eis ſup oēm maliti
am eoꝝ. q̇ dereliquerūt me. ꝛ liba
uerūt diis alienis. ꝛ adorauerunt
op⁹ manuū ſuarū. Hec dicit. ℟.
Deus me⁹ es tu ne diſcedas a me
qm̄ tribulatio ꝓxima eſt. Et nō eſt
q̇ adiuuet. ℣. Tu aūt dñe ne elon/
gaueris auxiliū tuū a me ad defen/
ſionē meam ꝯſpice. Et. ¶ Lect. vj.

Tu ergo accinge lumbos tuos. ꝛ
ſurge. loq̄re ad eos oīa q̄ ego
p̄cipio tibi. Ne formides a facie eo
rū: nec em̄ timere te faciā vultum
eoꝝ. Ecce quippe dedi te hodie in ci
uitatē munitā: ꝛ in colūnā ferre/
am: ꝛ in murū ereū ſup oēm terrā
regib⁹ iuda. ꝛ principib⁹ eius. ꝛ ſa
cerdotibus ꝛ omni ꝑplo t̄re. ꝛ bella/
būt aduerſū te ꝛ nō preualebunt
q: ego tecū ſum ait dñs Vt liberē
te. Hec dicit. ℟. De⁹ meus eripe
me d̄ manu pctōris. ꝛ de manu cō
tra legē agentis ꝛ iniqui Qm̄ tu es
patiētia mea. ℣. Eripe me de ini/
micis meis d̄s me⁹ ꝛ ab inſurgen
tib⁹ in me libera me. Qm̄. ℟. De⁹
me⁹. ¶ In. iij. noct. Añ. Tulerūt la
pides iudei. vt iacerēt in ihm. ihs
aūt abſcondit ſe. et exiuit de tēplo
pſ. Celi enar. cū cet. pſ. ſeq̄n. ℣. Ne
ꝑdas cū impiis d̄s aīam meā. Et
cū viris ſanguinū vitam meam.

In illo tē. ¶ Scdm̄ Johan.
Dixit ihs turbis iudeoꝝ: et
p̄ncipib⁹ ſacerdotū. Quis ex vob̄
arguet me de pctō? Si vitatē dico
q̄re non creditis michi? Qui ex d̄o
eſt: v̇ba dei audit. ꝓpterea vos nō
auditis. q: ex d̄o nō eſtis. Et reliq̄.

Penſate (Omel. bti Grego. p̄.
fr̄es kmi māſuetudinē d̄i. re
laxare peccata venerat ꝛ dicebat.
Quis ex vob̄ arguet me de pctō?
Nō dedignat ex rōne oſtendere ſe
pctōrē non eſſe. q̇ ex v̇tute diuinita/
tis poterat pctōres iuſtificare. Tu
aūt. ℟. Tota die ꝯtriſtat⁹ ingre
diebar dñe. qm̄ aīa mea repleta ē
illuſionib⁹ Et vim faciebāt q̇ que/
rebant aīam meā. ℣. Amici mei ꝛ
ꝓximi mei aduerſum me appropī
q̄uerunt ꝛ ſteterunt. Et. ¶ Le. viij

Sed terribile ē valde qđ ſubdi/
tur. Que ex deo ē: v̇ba d̄i audit
ꝓpterea vos nō auditis. q: ex deo nō
eſtis. Si em̄ ipſe v̇ba dei audit qui
ex d̄o eſt. audire ꝛ v̇ba d̄i nō pōt q̇ſ/
q̇s ex illo nō eſt. interroget ſe quiſq;
ſi v̇ba d̄i in aure cordis pceperit ꝛ
intelligit vñ ſit Celeſtē patriā deſi
derare veritas iubet. carnis deſi/
deria ꝯteri. mūdi glīā declinare.
aliena nō appeti: ꝓpria largiri Tu.
℟. In te iactat⁹ ſum ex vtero de
vētre mr̄is mee d̄s me⁹ es tu ne di
ſcedas a me. Qm̄ tribulatio ꝓxīa
eſt ꝛ nō eſt q̇ adiuuet. ℣. Tu aūt do
mine ne elongaueris auxiliū tuū a

Penſet ḡo (me. Qm̄. ¶ L. ix.
apud ſe vnuſquiſq; vtrū ſi ħ
vox dei in cordis ei⁹ aure ꝯualuit.
ꝛ q: iā ex deo ſit agnoſcit. Nā ſunt
nōnulli: qui ħ quidē corpis aure



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ꝑcipiunt. ſed nullo ea mentis deſi
derio cōplectunt. Tu. ℟. In pri/
mo eſt tribulatio mea dñe ⁊ non ē
qui adiuuet vt fodiant manꝰ me/
as ⁊ pedes meos. libera me de ore
leonis. Vt enarrē nomen tuū fra
tribꝰ meis. ℣. Erue a frameā deꝰ
aīam meā ⁊ de manu canis vnicā
meā. Vt enar. ℟. In pri. Ad lau
℣. De ore leonis libera me dñe Et
a cornibꝰ vnicorniū hūilitatē me/
am. Predictꝰ ℣. dr ante laud. dū mo
do d tpe canit vſqꝫ ad cenā dñi. Ad
Vide dñe afflictio (laud. Añ.
nē meā qm̄ erectꝰ eſt inimicꝰ
meꝰ. pſ̄. Miſeré. vj. Añ In tribu/
latōne inuocaui dñm ⁊ exaudiuit
me i latitudīe. pſ̄. Cōfite. xxxiiij.
Añ. Iudicaſti dñe cauſam anime
mee defenſor vite mee dñe ds meꝰ
pſ. Deꝰ ds me. vj. Añ. Pp̄le meꝰ
ꝗd feci tibi. aut quid moleſtꝰ fui re
ſponde mihi. pſ. Bñdici. Añ. Nū
quid reddit ꝓ bono malū qꝛ fode/
rūt foueam aīe mee. pſ. laudate.
Seqns hy. dicet ad laud. ſinglis die
bus qn̄ de tpe canit vſqꝫ ad cenā dñi
Rex xp̄e (exclusiue. ¶ Hy.
factor oīm redēptor ⁊ cre/
dentiū placare votis ſup/
plicū te laudibꝰ colentiū. Cuiꝰ be
nigna grā crucis per alma vulne
ra. vtute ſoluit ardua primi parē
tis vincla. Qui es creator ſyderū
tegmē ſubiſti carneū dignatꝰ hāc
viliſſimā pati doloris formulam.
Ligatꝰ es vt ſolueres mundi ru
entis cōplices ꝑ ꝓbra tergens cri/
mina q̄ mundus auxit plurima.
Cruci redēptor figeris terrā ſed
oēm ꝯcutis tradis potentē ſpiri/
tuȝ nigreſcit atqꝫ ſclm. Mox in pa
terne glorie victor reſplēdens cul/
mine cuȝ ſpiritus munimie defen
de nos rex optime. Amen. Cap.
Chriſtꝰ aſſiſtens pōtifex futu/
rorū bonorū ꝑamplius et ꝑ/
fectiꝰ tabernaculū nō manufactū
id eſt nō huiꝰ creationis. neqꝫ per
ſanguinē hyrcorū aut vitulorum
ſed ꝑ propriū ſanguinē introiuit
ſemel in ſancta eterna redēptiōe
inuēta. Deo. ℣. Eripe me de ini/
micis meis deꝰ meus. Et ab inſur
gentibus in me libera me. Super
bñd. añ Ego demoniuȝ nō habeo.
ſꝫ honorifico patrē meū dicit dñs.
Queſumꝰ omnipotēs Coll.
deus familiā tuā propicius
reſpice. vt te largiente regatur in
corpore. et te ſeruante cuſtodiat in
mēte. P. Nō plus. Ad primā hym.
Jam lucis. pſ̄. Deus ds me. cuȝ ce/
teris. Añ Vide dñe afflictionē meā
qm̄ erectꝰ eſt inimicus meꝰ. Cap.
Dñe miſer. cū ce. vt in pſalte. Sed
nō dr. Gla pri. ad. ℟. Xp̄e fili dī. ac
vrs̄. dictū eſt Ad. iij. vj. ⁊ ix. hym. et
pſ cōſue. Cap. ⁊ coll. vrs̄. in laud. Ad
iij. Añ. Iudicaſti dñe cām aīe mee
dfenſor vite mee dñe deꝰ meꝰ. Cap
⁊ coll. vrs̄ in lau. ℟. Erue a framea
deus aīam meā ⁊ de manu canis
vnicā meā. libera me dñe. ℣. Eri/
pe me dñe ab hoīe malo a viro ini
quo libera. ℟ Erue a fra. ℣. Intē
de aīe mee ⁊ libera eā Propter inimi/
cos meos eripe me. Ad ſextaȝ. Añ.
Popule meꝰ ꝗd feci tibi aut quid
moleſtus fui rñde mihi. Cap. ⁊ coll.
vrs̄ in laud. ℟. De ore leonis libe
ra me dñe ⁊ a cornibꝰ vnicornium

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Humilitatē meam. v. Erue a fra/
mea ds aiam meā et de manu ca/
nis vnicā meā. Hūi. R. De ore le.
v. Ne ꝑdas cū impijs de⁹ aiaʒ me/
am. Et cū viris ſanguinū vitā me
am. Ad. iv. Añ. Nunq̇d reddit̄ pro
bono malū. q꞉ foderūt foueā ani/
me mee. Cap. et coll'. vts. in lau. R.
Principes ꝑſecuti ſunt me grat̄
ꝛ a vbis tuis formidauit cor meū.
letabor ego ſuper eloquia tua. v.
Quaſi qui inuenit ſpolia multa.
le. R. Principes. v. De ore leonis
liba me dñe. Et a cornib⁹ vnicorni
um hūilitatē meā. Sic dicent̄ hore
ſinglis dieb⁹ vſqʒ ad cenaʒ dñi qñ de
tpe canit̄ niſi in die palmarū. In. ij.
vs. añ. Sede a dex. cuʒ cet. añ. et ps.
vt in pſal'. Hy. Vexilla. Cap. vts.
in lau. qd dicet̄ etiā ꝑ hebd. ad. iij. vj.
ix. ꝛ ad vs. v. Eripe me dñe. vts. in
pri vs. Sup mgt. Añ. Tulerūt la/
pides iudei vt iacerēt in ieſuʒ. ihs
aūt abſcondit ſe et exiuit de tēplo.
Colla. vts. in lau. Cōpl'. vts. in ſab
ba. p̄cedenti vſqʒ ad cenā dñi cū p̄ci/
¶ Feria. ij. et per cet. (bus cōſue. ꝛc.
ferias vſqʒ ad cenaʒ dñi Inuit. añ. et
ps. vt in pſal'. v. vero ad noct. dicun
tur. vt ſup in dñica in paſſione dñi
alternatis vicibus. ¶ Lectio prima.
ET factū eſt verbuʒ dñi ad me
dicens. Vade ꝛ clama in au/
ribus hierlm dicēs. Hec dicit dñs.
recordatus ſum tui miſerās ado/
leſcentiā ꝛ caritatē deſpōſationis
tue: qñ ſecuta es me i deſto in ter
ra q̄ non ſeminat̄. Sctūs iſrl' dño
p̄mitie frugū ei⁹. Oēs q̇ deuorāt
eū delinquūt: mala veniēt ſuper
eos dicit dñs. Cōuertimi. R. Ne
ꝑdas cū ipijs ds aiaʒ meā et cū vi/
ris ſanguinū vitaʒ meā. Redime
me dñe. v⁹. Eripe me dñe ab hoie
malo a viro iniquo. Redi. ¶ L. ij.
AUdite verbū dñi dom⁹ iacob
ꝛ oēs cognatiōes dom⁹ iſrl'.
Hec dicit dñs. Quid inuenerūt pa/
tres vri in me iniq̇tatis. q꞉ elōga/
uerūt ſe a me et ambulauerūt poſt
vanitatē: ꝛ vani facti ſunt. Et nō
dixerunt vbi eſt dñs: q̇ aſcēdere fe
cit nos de t̄ra egypti: qui traduxit
nos ꝑ deſtum. Hec. R. Ne auer/
tas faciē tuā a puero tuo domine
Qm̄ tribulor: velociter exaudi me
v⁹. Intēde aie mee ꝛ libera eā ꝓpt
inimicos meos. Qm̄. ¶ Lectio. iij.
ET dicit dñs induxi vos i ter/
rā carmeli: vt comederetis
fructū ei⁹ ꝛ optima illi⁹. Et ingreſ
ſi ꝯtaminaſtis terrā meā. et here/
ditatē meā poſuiſtis in abomina
tionē. Sacerdotes nō dixerūt vbi ē
dñs. ꝛ tenētes legē neſcierūt me: ꝛ
paſtores p̄uaricati ſūt in me. ꝛ ꝓ/
phete ꝓphauerūt de me in baal. et
ydola ſecuti ſunt. Hec. R. Pacifi
ce loq̄bant̄ michi inimici mei et in
ira moleſti erāt mihi. Vidiſti dñe
ne ſileas ne diſcedas a me. v. Oēs
inimici mei aduerſum me cogita
bāt mala mihi vbuʒ iniquū man/
dauerūt aduerſuʒ me. Vidiſt. loco
Glia. repetit̄. R. Pacifice. v. ante
laud. vts. Ad. lau. añ. et ps. vt i pſal'.
Siliter dicendū eſt de alijs ferijs ſe/
q̄ntib⁹ vſqʒ ad fer. ij. poſt palmaruʒ
Hy. Rex xp̄e. vts. Cap. ꝛ coll'. vts.
de dñica paſſiōis in laud. ꝑ totā heb/
do. Siliter ad vs. Ante bn. v. Eripe
me de in. vt ſup in dñica in paſſione

in laud.vſqꝫ ad cenã dñi. Sup bñd.
Añ. In die magno feſtiuitatis ſta
bat iħs ⁊ clamabat dicẽs.ſi quis ſi
tit veniat ad me et bibat. Suffra.
Qui ſitit.vt infra.ſine.v̄. Oremus
Sanctifica q̄s dñe nr̃a ¶ Colła
ieiunia ⁊ cũctaꝝ nob ꝓpicius
indulgentiã largire culpaꝝ. Per.
Ad pꝛimã ⁊ cet. hoꝝ. vt̃s in ꝓxima
dñica. ¶ Nota ſi per hãc hebd.cantã
dũ fuerit de feſto duplici.aut ſemid.
aut ſimpł.ix.lec.tũc d: Glia pri. ad
oĩa R̄.etiaꝫ ad Xp̄e fili dei viui ⁊c.
Ad vſ̃.per hebd.añ ⁊.p̃s.feria. Hy.
Vexilla. Cap.⁊ colł.vt̃s.i dñica paſ
ſionis dñi in laud.v̄. Eripe me dñe
vt ſup̃ in pri.vſ̃ dñice paſſio.domi.
Sup mḡt añ. Qui ſitit veniat ⁊ bi
bat ⁊ de vẽtre eiꝰ fluẽt aque viue.
Suffr̃. In die magno. vt̃s.ſine.v̄.
Da q̄s dñe ꝓplo (Oremꝰ Colł.
tuo ſalutẽ mẽtis ⁊ coꝛpis vt
bonis opibꝰ inherẽdo tua ſemper
mereat̃ ꝓtectiõe defendi. P. ¶ No
tandũ ꝙ ſi in hac feria.ij.fuerit feſtũ
ix.lectio.tũc lcões cũ R̄.huius ferie
dicunt̃ in.iij.feria ſeq̃nti. Et ſic cõſe/
q̃nter d̃ alijs ferijs.⁊ ꝓp teraũ R̄.repe
tit̃ loco Glia pri. ¶ Notandũ etiaꝫ
de feſt̄ ſctoꝝ heriberti.gertrudis be
nedicti ⁊ annũciatiõis b̃te marie ſi ve
nerint i dñica aut poſt dñicaꝫ palma
rũ ⁊c.q̃liter anticipent̃ in hãc hebd.
Require in p̄te de ſanct̄ in locis eoꝝ
¶ Feria tertia. Lectio pꝛima.
Propterea adhuc iudicio con
tendã vobiſcũ ait dñs: ⁊ cum filijs
vr̃is diſceptabo. Tranſite ad inſu
las cethim ⁊ videte: ⁊ in cedar mit
tite: ⁊ ↄſiderate vehemẽter: ⁊ vide/
te factũ ſi eſt hmõi: ſi mutauit gẽs
deos ſuos ⁊ certe ipſi non ſunt dij.
Pplꝰs meꝰ mutauit glia ſuaꝫ in
ydolũ. Hec dicit. R̄. Docẽa iniq̃s
vias tuas ⁊ impij ad te ↄuertent̃.
Libera me de ſanguinibꝰ d̃s ſalu/
tis mee. V̄. Dñe labia mea aperi
es ⁊ os meũ annũciabit laudẽ tu.
Obſtupeſci (am. Lib. ¶ L.ij.
te celi ſup hec: et poꝛte eiꝰ de/
ſolamĩ vehemẽter: dicit dñs. Duo
enĩ mala fecit ꝓplꝰs meꝰ Me dere
liquerũt fontẽ aque viue: ⁊ foderũt
ſibi ciſternas diſſipatas: q̃ cõtine/
re ñ valẽt aq̃s. Hec. R̄. Multipli
cati.cũ cet. vt̃s.in dñica ⁊ fer.ij.⁊.iij.
h̃ntur que dicunt̃ ꝑ hebd.viciſſim et
ſm oꝛdinẽ repetẽdo ſemp.iij. R̄. loco
Nunqd ſer (Glia pri. ¶ L.iij.
uus eſt iſrł aut v̓naculus q̃/
reg̊ factꝰ eſt in pꝛedã. Sup euꝫ ru/
gierũt leones: ⁊ dederũt vocẽ ſuaꝫ:
poſuerũt terrã eiꝰ in ſolitudinẽ ci
uitates eiꝰ exuſte ſunt: et nõ eſt q̃
habitet i eis. Filij quoqꝫ mẽpheos
⁊ taphneos cõſtupꝛauerũt te vſqꝫ
ad v̓ticem. Hec. Hy.cap.v̄.⁊c.vt̃s
Sup bñ.añ. Tẽpꝰ meũ nõduꝫ ad
uenit tp̃s aũt vr̃m eſt ſemp patuꝫ
Colł.dñicał. Oĩs op̃s d̃s fai.vt̃s.
Suffr̃. Vos aſcendite ad diẽ feſtũ
hũc ego nõ aſcendã q: tp̃s meum
nõdũ aduenit.ſine.v̄. Oremꝰ Coł.
Noſtra q̄s dñe ſint accepta ie
iunia q̃ nos ⁊ expiãdo gratie
tue dignos efficiãt ⁊ ad remedia ꝑ
ducãt et̃na. Per. Cet.ſicut hucuſqꝫ
Sup magt. Añ. Quidã aũt iudei
dicebãt q: bonꝰ eſt. alij aũt dicebãt
nõ ſꝫ ſeducit turbas. Colł.dñicalis
Oĩs op̃s d̃s fai. vt ſup̃. Suff. Te
pus meũ.vt ſup̃.ſine.v̄. Oreꝰ Colł

Da nobis q̄m̄s dn̄e ꝑſeueran/
tē in tua volūtate famulatū
vt in diebꝰ noſtris ꝛ merito ꝛ nūe
ro pp̄ls tibi ſeruiēs augeat᷑. Per.
¶ Feria.iiij. Lectio prima.
Nunquid nō iſtud factū eſt ti/
bi: qꝛ dereliquiſti dn̄m deū tuū. eo
tp̄e quo ducebat te ꝑ viā. Et nunc
q̇d tibi vis in via egypti: vt bibas
aquā turbidā. Et quid tibi cū via
aſſirioꝝ. vt bibas aquā fluminis.
Arguet te malicia tua: et auerſio
tua increpabit te. Scito ꝛ vide q̇a
malū ꝛ amarū eſt reliquiſſe te do/
minū deū tuū: ꝛ non eſſe timorē
eiꝰ apud te: dicit dn̄s deꝰ exercituū
Cōuertimini ad me ꝛ ſalui eritis.
A ſeculo ꝯfregiſti (Deo. ¶Le.ij.
iugū meū. rupiſti vincula mea et
dixiſti. Non ſeruiā. In omni enim
colle ſublimi: ꝛ ſub om̄i ligno frō/
doſo: tu proſternebaris meretrix.
Ego aūt plantaui te vineā electā
omne ſemen verū. Quō ergo con
uerſa es i prauū vinea aliena. Si
laueris te nitro: ꝛ multiplicauerꝭ
tibi herbā borith. maculata es in
iniquitate tua corā me dicit domi/
nus ds̄. Conuertimini ad me ꝛ ſalui
eritis. Deo grās. ¶Le.tertio.
Quomō dicis non ſū polluta. pꝰ
baalim non ambulaui. Vide vias
tuas in ꝯualle ſcito q̇d fecerꝭ. Cur/
ſor leuis explicās vias tuas: ona/
ger aſſuetꝰ in ſolitudīe: in deſide/
rio aīe ſue attraxit ventū amoris
ſui: nullus auertet eā. Oēs q̇ que
rēt eā non deficiēt in mēſtruis eiꝰ
inueniēt eā. Hec dicit dn̄s deꝰ. Cō/
uerti. Hẏ.cap.v.ꝛc.vrſ. Sr bene.
An. Circūdantes iudei dn̄m dixe
rūt quouſq; aīā nr̄am tollis. ſi tu
es xp̄s dic nob palā. Coll'.dn̄icalis.
Om̄s ops ds. vrſ. Suffr. Oues
mee vocē meā audiunt ꝛ ego dn̄s
agnoſco eas. ſine v. Oremꝰ Coll'a.
Sanctificato hieiunio ds tuo/
rū corda fideliū miſerator il/
luſtra. ꝛ q̇bꝰ deuotiōis p̄ſtas affe/
ctū: p̄be ſupplicātibꝰ piū benignꝰ
auditū. P. Cet. ſicut hucuſq;. Sup
mḡt An. Multa bona opa opatꝰ ſū
vob. ꝓpter qd opꝰ vultis me occidē
Coll'.dn̄ical'. Om̄s ops ds.vrſ. ſuf
fra. Circūdan. vrſ. ſine v. Oremuſ
Adeſto ſupplicatiōibus Coll'.
a nr̄is ops ds: vt quibꝰ fiduciā
ſperāde pietatis indulges ꝯſuete
miſcdie tribue benignꝰ effectū. P.
¶ Feria.v. Lectio prima.
Hec dicit dn̄s. Quō ꝯfūditur
fur qn̄ dep̄hendit᷑: ſic ꝯfuſi ſunt do
mus iſrl' ipi ꝛ reges eoꝝ p̄ncipes ꝛ
ſacerdotes. ꝛ pp̄he eoꝝ dicētes lig̃.
pr̄ meꝰ es tu. ꝛ lapidi. tu me genui
ſti. Verterūt ad me tergū ꝛ nō faciē
in tp̄e afflictionis ſue dicētes. ſur/
ge ꝛ libera nos. Hec dt dn̄s ds. Cō
Hec dt dn̄s (uerti. Deo. ¶L.ij.
Vbi ſunt dij tui q̇s feciſti tibi. Sur
gāt ꝛ liberēt te i tp̄e afflictiōis tue
Scdm̄ nūeꝝ q̇ppe ciuitatū tuarū
erāt dij tui iuda. Quid vultꝭ mecū
iudicio ꝯtēdere. Om̄s dereliq̇ſtis
me dicit dn̄s. Fruſtra ꝑcuſſi filios
vr̄os: diſciplinā nō receperūt: deuo
rauit gladius veſter pp̄has vr̄os.
q̄ſi leo vaſtator generatio veſtra.
Uidete verbū (Hec dicit. ¶L.iij.
dn̄i. Nunq̇d ſolitudo factꝰ ſū iſrae
li aut t̄ra ſerotina. Quare ḡ dixit
pp̄lus meus receſſimus nō venie/



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mus vltra ad te. Nunquid obliui
ſcetur ỽgo ornamenti ſui: aut ſpō
ſa faſcie pectoralis ſui. Ppl's vo
me⁹ oblitus ē mei dieb⁹ innūeris.
Hec dī. Hy. Cap. v. ⁊c. vrſ. Sup
bn. an. Quid moleſti eſt huic mu/
lieri op⁹ eīm bonū opata eſt in me.
Colla dñical. Oms ops ds fa. vrſ.
Suffr. Maria q̃ vnxit pedes ihu
⁊ exterſit capillis ſuis ⁊ dom⁹ im/
pleta eſt ex odore vngenti. Sine v.
Preſta qs ops (Orem⁹. Colla
ds vt dignitas ↄditiōis hūa/
ne ꝑ immoderantiā ſauciata. me
dicinalis ꝑcimonie ſtudio reforme/
tur. P. Cet. ſicut hucuſq3 Sup mgt
An. Magiſter dicit tps meū ꝓpe eſt
apud te facio paſca cū diſcipul' me
is. Coll. dñical. Oms ops ds. vrſ.
Suffrag. Deſiderio deſideraui h°
paſca manducare vobiſcū anteq3
patiar. ſine v. Orem⁹ Colla.
Eſto dñe ꝓpicius plebi tue: vt
q̃ tibi nō placent reſpuēs: tuoꝝ po
tius repleat delectationib⁹ mãda
torꝝ. P. ¶☞ Feria. vj. L. pri.
Quid niteris bonā oñdere vi/
am tuā ad querendā dilectionem
Que inſup ⁊ malicias tuas docui
ſti vias tuas: et ī alis tuis inuent⁹
eſt ſanguis aīaꝝ pauperū ⁊ inno/
centū. Nō in foſſis inueni eos. ſed
in oīb⁹ q̃ ſupra memoraui ⁊ dixi
ſti. Abſq3 pctō et innocēs ego ſum.
⁊ ꝓpterea auertat furor tu⁹ a me.
Ecce ego iudicio (Hec dt. ¶ L. ij.
ↄtendā tecū. eo ꝙ dixeris nō pecca
caui. Quā vilis facta es nimis. ite
rans vias tuas. Et ab egypto cō/
funderis. ſicut cōfuſa es ab aſſur.
Nā ⁊ ab iſta egredieris ⁊ manus
tue erūt ſup caput tuū: qm̄ obtri/
uit dñs ↄfidentiā tuā ⁊ nihil habe
bis ꝓſper. Vulgo dr. Si dimiſerit
vir vxorē ſuā: ⁊ recedēs ab eo dux/
erit virū alterū: nūquid reuertet
ad eū vltra. Nunqd nō polluta et
ↄtamiata erit mulier illa. Hec dt.
Tu aūt fornicata es cum ¶ L. iij.
amatorib⁹ mltis: tn̄ reuertere ad
me dicit dñs. ⁊ ego ſuſcipiā te. Le/
ua oclos tuos ī directū. ⁊ vide vbi
nō ꝓſtrata ſis. In vijs ſedebas ex
pectās eos q̃ſi latro inſidiās in ſo/
litudīe. ⁊ polluiſti terrā in fornica
tionib⁹ tuis ⁊ in malicijs ei⁹ Quā
obrē ꝓhibite ſunt ſtille pluuiarū:
⁊ ſerotinus ymber nō fuit. Frons
mlieris meretric facta eſt tibi. no
luiſti erubeſcere. Hec. Hy. cap. v.
⁊c. vrſ. Sup bn. An. Appropinq̃/
bat aūt dies feſt⁹ ⁊ querebāt prin/
cipes ſacerdotū quō ieſum interfi
cerēt. timebāt vo plebē. Coll. dñi/
calis. Oms ops ds fai. vrſ. Suffr.
Principes ſacerdo. vt infra. ſine v.
Ordib⁹ nrīs qs (Ore⁹ Colla
dñe grām tuā benign⁹ infū/
de vt pctā nrā caſtigatiōe volūta/
ria cohibētes: corꝑaliter poti⁹ ma
ceremur: q̃3 ſupplicijs deputemur
eternis. P. Cet. ſicut hucuſq3. Sup
mgt an. Principes ſacerdotū ↄci
liū fecerūt. vt ihm occiderēt. dice/
bāt aūt nō in die feſto: ne forte tu/
mult⁹ fieret in ꝑplo. Coll. dñicalis.
Oms ops ds fai. vrſ. Suffr. Ap/
ꝓpinqua. vrſ. ſine. v. Orem⁹. Coll.
Oncede qs ops ds. vt q̃ pre/
ctiōis tue grām querim⁹. li/
berati a malis oib⁹ ſecura tibi mē
te ſeruiam⁹ P. ¶☞ Sabba. L. pri.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ET dixit dn̄s ad me in diebus
Ioſie reg. Nunqd vidiſti q̄ fe/
cerit auerſatrix iſrl'. Abijt ſibimet
ſup omnē montē excelſum. et ſub
omī ligno frondoſo ⁊ fornicata eſt
ibi. Et dixi cū feciſſet h̄ oīa ad me
reuertere ⁊ nō eſt reuerſa. Hec dt
Et vidit p̄uaricatrix ſoror ¶ L.ij.
eius iuda. q: p eo q mechata eſſet
auerſatrix iſrl' dimiſiſſem eā: ⁊ de/
diſſē ei libellū repudij. ⁊ nō timu/
it p̄uaricatrix iuda ſoror ei⁹. ſ; abi/
it ⁊ fornicata eſt etiā: ipā ⁊ facilita
te fornicatōnis ſue ꝯtamīauit ter
rā: ⁊ mechata ē cū lapide ⁊ ligno.
Et in oīb⁹ his nō eſt reuerſa ad
me p̄uaricatrix ſoror ei⁹ iuda in to
to corde ſuo. ſed in mēdatio ait do/
min⁹. Cōuertimi ad me ⁊ ſalui eri
Et dixit dn̄s (tis. Deo. ¶ L.iij.
ad me Iuſtificauit aīam ſuā auer
ſatrix iſrael cōpatione p̄uaricatri
cis iuda. Vade ⁊ clama ſermones
iſtos ꝯtra aquilonē ⁊ dices. Reuer
tere auerſatrix iſrl' ait dn̄s. ⁊ nō a/
uertā faciē meā a vob. q: ſanctus
ego ſum dicit dn̄s. ⁊ non iraſcar in
ppetuū. Tamē ſcito iniquitatē tu
am. q: in dn̄m deū tuū preuarica/
ta es. ⁊ diſpſiſti vias tuas alienis
ſub omī ligno frondoſo. ⁊ vocē me
am nō audiſti ait dn̄s. Cōuertimi.
Hym. cap. v. ⁊c. vts. Sup bn̄. Añ.
Pat̄ iuſte mundus te nō cognit.
ego aūt noui te ⁊ hij cognouerūt.
quia tu me miſiſti. ⁊ notu; feci eis
nomen tuū. Coll'. dn̄icalis. Queſu
mus oīps ds fa. vts. Suffr. Pater
iuſte mū. vt infra ſine v. Oremus
PRoficiat queſum⁹ do Coll'a
mine plebs tibi dicata pie de
uotionis affectu. vt ſacris actioni
bus erudita. quāto maieſtati tue
ſit gratior. tāto donis potioribus
augeatur. P. Cetera ſicut hucuſqꝫ.

## Dn̄ica. vi. i. xl. que di

citur Dn̄ica in ramis palmaru; Ad
primas vs. ſuper ps. Benedict⁹ ⁊c.
Añ. Pater iuſte mūdus te nō co/
gnouit. ego aūt cognoſco te. q̄a tu
Hriſt⁹ (me miſiſti. L Cap.
O vulnerat⁹ eſt ꝓpter iniqta
tes nr̄as. attrit⁹ eſt ꝓpt ſce
lera noſtra: diſciplia pacis noſtre
ſuper eum. ⁊ liuore eius ſanati ſu
mus. Deo L R. Ingreſſus pylat⁹
cum ieſu in pretoriu; ait illi. tu es
rex iudeoꝝ. reſpōdit tu dicis quia
rex ſum. exiuit ergo ieſus de pre/
torio portans coronam et veſtem
purpuream. Et cum indut⁹ fuiſ/
ſet exclamauerūt oēs. crucifiga
tur q: filiū dei ſe fecit. v. Tunc ait
illis pylatus. regem veſtꝝ crucifi
gā. reſponderūt regem non habe
mus niſi ceſarem. Et cū. Glia nō
d: neqꝫ R reiterat. ſ; finita repetitiōe
ſtatim ſequit̄ hym. Vexilla reg. vt
ſup. v. Dederūt in eſcam mea; fel.
Et in ſiti mea potauert me aceto.
Sup mgt añ. Clarifica me pater
apud temetipſum claritate qua;
habui priuſq̄ mūdus fieret. Col/
lecta dn̄icalis non dicitur ſ; tm̄ ſeq̄ns
DEatur queſum⁹ do (Coll'a.
mine dextera tua populum
ſupplicantē. et purificatū dignan
ter erudiat. vt ꝯſolatiōe p̄ſenti ad
futura bona proficiat. Per. Nll'a
ſuffra. Compl'. ſicut hucuſqꝫ vts.
¶ Nota ſi fuerit feſtū. ix. lect. etiā du

pleꝫ aut ſemid̉.de illo non dñr.ij.vš
ß tm̃ ſuffra. excepto ſolo feſto Annũ
ciatio.bt̃e marie ṽginis qd̉ hꝫ.ij.vš.
vt in loco ſuo ſignat̃. ¶Nota etiã ꝙ
nullum feſtũ alicuꝰ ſancti ſeruat̃ in
dñica palmarũ nec etiã infra hebdo.
palmarũ. Sed ſi aliq̃ feſta inciderĩt
anticipant̃ in hebd̉. ante palmarum
vt in locis ſuis dicet̃. ¶Ad matutĩ.
IPſi vero non cogno (Inuit̃.
uerũt vias meas. Quibꝰ iu/
raui in ira mea. ſi introibũt in re/
quiẽ meã.ps̃. Venite.ſine. Glã pa
tri. ¶In pri.noct̃. Añ. Quid mole/
ſti eſtis huic mulieri.opus em̃ bo/
nũ opata ẽ in me.ps̃. Beatꝰ vir.j.
cũ cet̃. vſqꝫ Conf̃ua. ṽf. Dñe deus
meus in te ſperaui. Saluũ me fac
ex om̃ibꝰ pſeq̃ntibus me et libera
DEus ds̉ me (me.¶.L.pⁱma.
us reſpice ĩ me. quare me de
reliquiſti. Iſtũ ṽſum primũ in cru
ce audiuimus vbi dixit dñs. Help
help qd̉ ẽ ds̉ ds̉ meꝰ.lamazabatha
ni: qd̉ eſt quare me dereliq̃ſti. Inẽ
ꝑtatus ẽ illud euãgeliſta. Et dixit
eũ hebraice dixiſſe. Deus ds̉ meuſ
reſpice in me q̃re me dereliquiſti.
Quid voluit dicere dñs. Non em̃
dereliquerat eũ deꝰ.cũ ipſe eẽt deꝰ
vtiqꝫ filiꝰ dei deꝰ.vtiqꝫ ṽbũ dei deꝰ.
Tu. ℟. In die qua inuocaui te do
mine dixiſti noli timere. Iudicaſti
cauſaꝫ meã ⁊ liberaſti me ds̉ meꝰ.
ṽꝰ. Deus meꝰ eripe me de manu
pctõris ⁊ de mãu ꝯtra legẽ agentꝰ
HOdi a (⁊ iniqui. Iudi.¶L.ij.
capite illũ euãgeliſtam q̇ ru
ctabat qd̉ biberat d̉ pectore dñi Vi
deamꝰ ſi ds̉ xp̃s. In principio erat
ṽbuꝫ ⁊ verbũ erat apud deũ ⁊ deꝰ
erat ṽbũ. Ipm ġ verbũ qd̉ ds̉ erat
caro factũ eſt ⁊ habitauit in nobiſ
Et cũ ṽbũ deꝰ factũ eſſet caro.pen
debat ĩ crucē ⁊ dicebat. Deus meꝰ
ds̉ meꝰ reſpice in me.q̃re me dere/
liq̃ſti. Tu. ℟. Frẽs mei ſe elonga
uerũt a me ⁊ noti mei. Quaſi alie
ni receſſerũt a me. ṽꝰ. Amici mei ad
uerſum me appropinq̃uerũt ⁊ pri
QVare (mi mei. Quia. ¶L.iij.
d̉r. niſi q: nos ibi eramꝰ. niſi
q: corpꝰ xp̃i eccl̃ia. Vt q̇d dixit deus
meus ds̉ meꝰ reſpice in me.quare
me dereliq̃ſti. niſi qd̉ammõ inten
tos nos faciens ⁊ dicẽs. Pſalmus
iſte de me ſcriptꝰ eſt. Longe a ſalu/
te mea ṽba delictoꝝ meoꝝ. Quoꝝ
delictoꝝ de q̇ dictũ eſt. Qui pecca/
tũ nõ fecit: nec inuentus eſt dolus
in ore eius. Tu. ℟. Attẽde dñe ad
me et audi voces aduerſarioꝝ me
orũ Nunq̇d reddit̃ pro bono malũ
q: foderunt foueã aĩe mee. ṽꝰ. Ho
mo pacis mee in quo ſperaui am
pliauit aduerſuꝫ me ſupplantatio
nẽ. Nũq̇d. ℟. Attẽdite. ¶In.ij.no
ctur. Añ. Magiſter dicit tp̃s meũ ꝓ
pe ẽ apd̉ te facio paſca cũ diſcipulꝰ
meis.ps̃. Cõf̃ua.iij. cũ duobꝰ ſeq̃n/
tibꝰ. ṽ. Vſqꝫq̃ exaltabit̃ inimicꝰ me
us ſuꝑ me Reſpice ⁊ exaudi me do
QVomõ (mĩe ds̉ meꝰ. ¶L.iiij
ġ dicit delictoꝝ meoꝝ niſi q̇a
ꝓ delictꝰ nr̃is ille ꝑcat̃. ⁊ delicta no
ſtra ſua delicta fecit vt iuſticiã ſuã
nr̃aꝫ iuſticiã faceret. Deꝰ meꝰ cla/
mabo ad te ꝑ diẽ nec exaudies ⁊ no
cte ⁊ nõ ad inſipienciã mihi. Dixit
vtiqꝫ de me. d̉ te ⁊ de illo. Corpus ei
ſuũ gerebat. id ẽ eccl̃iam niſi forte
putatis frẽs q: q̃n dixit dominus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pat̃ ſi fieri poteſt trãſeat a me ca/
lix iſte.mori timebat. Tu aũt. ℞.
Saluũ me fac d̃s qm̃ intrauerũt
aque vſqꝫ ad aiaꝫ meã. ne auertas
faciẽ tuã a me. Qm̃ tribulor velo/
citer exaudi me. vꝰ Intẽde anime
mee ꝛ libera eã ꝓpter inimicos me
NOn eſt for (os. Qm̃. ¶L.v.
tior miles q̃ȝ impator. ſufficit
ſeruo vt ſit ſicut dñs eiꝰ. Paulus
dicit miles regis xp̃i. Compellor e
duobꝰ ↄcupiſcentiã hñs diſſolui.
ꝛ eẽ cũ xp̃o. Ille optat morte vt ſit
cũ xp̃o. ꝛ ipſe xp̃s timet mortẽ. Sꝫ
q̃d niſi infirmitatẽ nr̃aꝫ portabat.
ꝛ ꝑ his q̇ adhuc timẽt mortẽ in cor
pore ſuo ↄſtituꝰ iſta dicebat Inde
erat vox illa mẽbroꝝ ipſiꝰ. Tu. ℞.
Noli eſſe mihi dñe alienꝰ. ꝑce mi
chi in die mala ↄfundant̃ omẽs q̇
me ꝑſequunt̃. Et nõ ↄfundar ego
vꝰ. Cõfundant̃ oẽs inimici mei q̇
querũt aiam meã vt auferãt eaꝫ.
VOx erat nõ capit (Et. L L.vj
ſicut ħ ꝑ diẽ ꝛ noctẽ clamaui
ꝛ nõ exaudies. Multi eñ clamãt in
tribulatiõe. ꝛ nõ exaudiũtur. ſꝫ ad
ſalutẽ nõ ad inſipiẽtiã. Clamauit
paulus vt auferet̃ ab eo ſtimulus
carnis. ꝛ nõ eſt exauditꝰ vt aufere
tur. Sed dictuꝫ eſt ei. Sufficit tibi
gr̃a mea: nã virtꝰ in ĩfirmitate ꝑ/
ficit̃. g̃ nõ eſt exauditꝰ. ſed nõ ad in/
ſipientiã. ſed ad ſapientiã. vt intel
ligat hõ medicũ eſſe deũ. ꝛ tribula
tionẽ medicamentũ eſſe ad ſalutẽ
non penã ad dãnationẽ. Tu ãt ℞.
Ingrediẽte dño in ſctãm ciuitatẽ
hebreoꝝ pueri reſurrectionẽ vite
ꝓnunciãtes. Cũ ramis palmarũ
oſanna clamabãt. in excelſ. v. Cũ
qꝫ audiſſent q: ih̃s vẽit hieroſolp/
mã exiert̃ obuiã ei. Cũ. ℞. Ingre.
¶ In.iij.noct̃. An̄. Deſiderio deſi/
deraui hoc paſca mãducare vobi/
ſcũ anteq̃ȝ patiar. p̃s. Celi enar. v.
cũ duobꝰ ſeq̄ntibꝰ p̃s. v. Ne ꝑdas cũ
impijs d̃s animã meã. Et cũ viris
ſanguinũ vitã meã. ¶ Om.math.
IN illo tẽ. Cum appropinquaſ
ſent hieroſolpmis ꝛ veniſſet
bethfage ad mõtem oliueti. Tunc
miſit ih̃s duos diſcipl̃os dicẽs eis.
Ite in caſtellũ q̇d ↄtra vos eſt ꝛ ſta
tim inuenietis aſinã alligatam. ꝛ
pullum cũ ea. Soluite ꝛ adducite
mihi. Et reliq̃. Omel. vene. bede p̃ſ.
MEdiator dei ꝛ hominũ homo
xp̃us ih̃s: qui ꝑ humani ge/
neris ſalute paſſurus d̃ celo deſcẽ
derat ad terras. appropinquante
hora paſſionis: appropĩquare vo/
luit loco paſſionis: vt etiam ꝑ hoc
clareſceret. Quia non inuitꝰ ſꝫ ſpõ
te pateret̃. In aſino vẽire. ꝛ a tur
bis rex appellari ac laudari voluit
vt etiam ꝑ hoc eruditꝰ q̇ſqꝫ agno/
ſceret ipm̃ xp̃m eſſe quẽ ſic illo vẽ/
turuꝫ ꝓphetia olim ꝓmiſſa ſigna/
uerat. Tu. ℞. Dñs mecũ eſt tãq̃ȝ
bellator fortꝫ ꝓpterea ꝑſecuti ſunt
me ꝛ intelligere nõ potuerũt. Do
mine ꝓbans renes ꝛ corda tibi re
uelaui cauſam meã. vꝰ Et vim fa
ciebant qui querebãt aiam meaꝫ.
ꝛ qui inquirebãt mala mihi locu/
ti ſunt vanitates. Dñe. ¶L.viij.
ANte quĩqꝫ dies paſce venire
voluit. ſicut ex iohãnis euã/
gelio didicimꝰ. vt etiam ꝑ hoc oſtẽ
deret ſe eſſe agnũ immaculatuꝫ q̇
tolleret peccata mũdi. Agnꝰ quip/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pe paſcalis cui⁹ immolatōne p̄pl's iſrl' eſt ab egyptia ſeruitute libera tus. ante quinqʒ dies paſce. id ē de cima luna domū inferri. ⁊ ip̄a die paſce. id ē q̄rtadecima luna ad ve ſperū iuſſus eſt immolari: ſigni ficans eū qui nos ſuo ſanguine re depturus. Ante quiqʒ dies paſce. id eſt hodierno die magno p̄ceden tiū ſeq̄ntiūqʒ p̄pſoꝝ gaudio ac lau dationе deduct⁹ venit in templuʒ dei ⁊ erat quotidie docēs in eo. Tu aūt. ℞. Obꝓbriū fact⁹ ſum ni mis īimic' meis viderūt me et mo uerūt capita ſua. Adiuua me dn̄e deus me⁹. ℣. Locuti ſunt aduerſuʒ me lingua doloſa ⁊ ſermōib⁹ odij circūdederūt me. Adiuua. Lcō ix.

Quita demuʒ pacta die vbi vete ris paſche ſacramēta hacten⁹ obſ'uata cōſūmauit. ac noui dein ceps obſ'uāda diſcipulis ſacramē ta cōtradidit. egreſſus in mōtē oli ueti tētus eſt a iudeis ⁊ mane cru cifixus ipſa nos die a demoniaca dn̄atōe ēdemit. q̄ ātiqu⁹ ille hebre oꝝ p̄pl's p imolationē agni iuguʒ egiptie ſeruitutis abiecit. Tu aūt ℞. Inſurrexerūt in me viri īiqui abſqʒ mia q̄ſierūt me interficere ⁊ nō pepcerūt in faciē meā ſpuere ⁊ lanceis ſuis vulnerauerūt me et ꝯcuſſa ſunt oīa oſſa mea. Ego aūt eſtimabā me tāq̄ȝ mortuū ſup t̄rā ℣. Et dederūt in eſcā meā fel ⁊ i ſiti mea potauerūt me aceto Ego. ℞. Inſurrexerūt. ¶ Añ lau. ℣. De ore le onis liba me dn̄e. Et a cornib⁹ vni cornīū hūilitatē meā. Ad lau. añ. Dn̄s de⁹ auxiliator me⁹. ⁊ ideo nō ſum cōfuſus. pſ. Miſere. xj. Añ.

Circūdātes circūdederūt me et in noīe dn̄i vīdicabo: in eis. pſ. Cōfi temini. xxxviij. Añ Iudica cauſaʒ meā defende q̄a potēs es dn̄e. pſ. De⁹ dſ me. vj. añ. Cū āgelis ⁊ pue ris fideles inueniant' triūphatori mortꝭ clamātes oſāna i excelſ'. pſ. Bn̄di. vij. Añ Cōfundāt' q̄ me pſe quūt' ⁊ nō cōfūdar ego dn̄e dſ me⁹ pſ. Lau. dn̄ʒ de ce. vij. hy. Rex xp̄e.

Hoc ſentite in vo (vtſ. Cap. bis qđ ⁊ in xp̄o ieſu. q̄ cū i for ma di eēt. nō rapinā arbitrat⁹ eſt eſſe ſe eq̄lē dō. ſʒ ſemetipſuʒ exina niuit formā ſerui accipiēs. Deo. ℣ Eripe me de īimicis meis dſ me⁹ Et ab īſurgētib⁹ in me libera me. Super bn̄. añ. Turba multa que cōuenerat ad diē feſtuʒ clamabat dicēs. bn̄dict⁹ qui venit in nomie dn̄i oſanna in excelſis. Col'.

Omnipotēs ſempiterne de⁹ qui hūano generi ad imitādū hu militatis exēplū ſaluatorē noſtrū carnē ſumere. ⁊ crucē ſubire feci ſti. ꝯcede p̄pici⁹ vt ⁊ patiētie ipſius hr̄e documēta. ⁊ reſurrectiōis cō ſortia mereamur. P eūđ. nō plus. ¶ Ad pri. añ. Vide do. per oīa vtſ in dn̄ica paſſiōe. Ad. iij. añ. Iudicaſti. Cap. Hoc ſenti. cū coll'. ad oēs hoſ. vtſ. in lau. ℞. Ingrediēte dn̄o in ſctāʒ ciuitatē hebreoꝝ pueri reſur rectionē vite ꝓnunciantes. Cū ra mis palmarū oſanna clamabāt. in excelſ'. ℣. Cūqʒ audiſſent q: ie ſus venit hieroſolymā exierūt ob uiā ei. Cū ra. ℞. Ingredien. ℣. In tende aīe mee. Hoc predictum ℞. Ingrediente. dicetur etiam ad ſex tam ⁊ ad nonā tm̄ hoc die palma. ℣.

vtē. in dñica paſſiōis. Ad .vj. añ. Popule meꝰ. Cap̄ et coll'. ⁊ R̄. vtē. v̄. Ne pdas cū impijs. vtē. Ad .ix. añ. Nunqd reddit vtē. Cap̄. coll'. et R̄ vtē. in iij. v̄. De ore leo. ¶ In .ij. vſ añ. Sede a dex. pſ. Dixit. cū cete. hy̆nus. Vexilla. Cap̄. vtē. in laud. v̄. Dederūt in eſcam meā fel. Et in ſiti mea potauerūt me aceto. Iſte v̄. dicet ad vſ vſqꝫ ad cenā dñi. Sr̄ mgt. añ. Occurrūt turbe cū floribꝰ ⁊ palmis redēptori dño ⁊ victori triumphāti digna dāt obſequia filiū dei ore gētes p̄dicāt ⁊ in laudē xp̄i voces tonāt p nubila oſanna. Coll'a. vtē. in laud. nō plus. Cōpl'. vtē ſabba. palma. cū preabꝰ cōſue.

Feria .ij. Ad mat. Inui. Veni. ſine Glia pri. cū añ. ⁊ pſ. vt in pſal'. v̄. Dñe ds meꝰ in te ſpaui. Saluum me fac ꝛc̄. vtē in dñica pxia. ¶ L .j.

Conuertimini filij reuertentes dicit dñs qa ego vir vr̄. et aſſumā vos vnū de ciuitate ⁊ duos de cognatōe. Et introducā vos in ſyō. et dabo vobꝭ paſtores iuxta cor meū ⁊ paſcēt vos ſcia ⁊ doctrina. Hec. R̄. Concluſit vias meas inimicus meꝰ inſidiator factus ē mihi. ſicut leo in abſcondito repleuit ⁊ inebriauit me amaritudine deduxerūt in lacū mortis vitā meam. Et poſuerunt lapidē ꝯtra me vide dñe iniqtates illoꝝ ⁊ iudica cauſaꝫ aīe mee defenſor vite mee. v̄. Omēs inimici mei cogitabāt mala mihi ōbū iniquuꝫ mādauerūt aduerſum me. Et po. ¶ L .ij.

Cumqꝫ multiplicati fueritis ⁊ creueritis in t̄ra in diebꝰ illiſ ait dñs nō dicēt vltra archa teſtamēti dñi. neqꝫ aſcēdet ſup cor. neqꝫ recordabuntur illiꝰ. nec viſitabit nec fiet vltra. In tpe illo vocabūt hierl'm ſoliū dñi. ⁊ ꝯgregabuntur ad eū oēs gētes in noīe dñi in hieruſalē. ⁊ nō ambulabūt poſt prauitatē cordis ſui peſſimi. Hec di. R̄. Dixerūt ipij apd ſe nō recte cogitātes circūueniamꝰ iuſtū qm̄ ꝯtrarius eſt opibꝰ nr̄is pmittit ſe ſciētiam dei habere. filiū dei ſe nominat ⁊ gliatur prēm ſe habere deū Videamꝰ ſi ſmones illiꝰ veri ſint ⁊ ſi eſt verꝰ filius dei. liberet illum de manibꝰ noſtris morte turpiſſima ꝯdēpnemꝰ eū. v̄. Viri impij dixerūt opprimamꝰ virū iuſtū iniuſte ⁊ de ſpolijs eiꝰ ſortē mittamus

In diebꝰ illis (Videa. ¶ L .iij. ibit domꝰ iuda ad domū iſrl'. ⁊ veniēt ſil' de terra aquilonis ad terrā quā dedi pr̄ibus vr̄is. Ego aūt dixi. Quomō ponā te in filios ⁊ tribuā tibi terrā deſiderabilē hereditateꝫ preclarā exercitū gentiū Et dixi. Patreꝫ vocabis me ⁊ poſt me ingredi non ceſſabis. Hec. R̄. Viri impij dixerunt opprimamꝰ virum iuſtum iniuſte ⁊ deglutiamus eum tanqꝫ inferi viuum auferamus memoriam illius de terra. Et de ſpolijs eius ſortem mittamus inter nos ipſi enim homicide theſaurizauerunt ſibi maluꝫ inſipientes ⁊ maligni oderunt ſapientiam ⁊ rei facti ſunt in cogitationibus ſuis. v̄. Dixerunt impij apud ſe nō recte cogitantes circūueniamus iuſtum quoniā cōtrarius eſt operibus noſtris. Et loco Gloria. repetitur R̄. Viri impij.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ante laud. ℣. De ore leo. vt s̃. Ad
Faciem meã nõ auer (laud. Añ.
ti ab increpantib⁹ ⁊ ɔſpuen
tib⁹ in me. ps̃. Miſereꝛe. cũ cet. ps̃. vt
in pſal. Añ. Framea ſuſcitare ad
uerſus eos q̃ diſpgũt gregẽ meũ.
ps̃. Verba. Añ. Appẽderunt mer
cedẽ meã triginta argẽteis q̊s ap
preciat⁹ ſum ab eis. ps̃. De⁹ deus.
Añ. Inundauerũt aq̃ ſup caput
meũ dixi perij inuocabo nomẽ tu
um domĩe ds̃. ps̃. Confitebor. Añ.
Labia inſipientiũ et cogitatiões
eoꝝ aduerſuꝫ me vide dñe. ps̃ Lau
da. do. de ce. Hỹ. Rex xp̃e. Cap. ℣.
et coll. vt s̃. in laud. palma. Sup be-
ned. añ. Nõ haberes in me ptãteꝫ
niſi deſup datũ tibi fuiſſet. Preces
cõſue. vſqꝫ ad cenã dñi. Suff. Recor
dare. vt infra. ſine ℣. Orem⁹ Coll.
Da q̃ms oĩps ds̃. vt qui i tot ad
uerſis ex nr̃a infirmitate de
ficim⁹. intercedẽte vnigẽiti filij tui
paſſione reſpirem⁹. Per eũd. Ad ho
ras p oĩa vt s̃. in dñica paſſio. cũ cap
⁊ coll. vt s̃ in die palma. vſqꝫ ad cenã
dñi. Ad vs̃. vſqꝫ ad cenã dñi añ. ⁊ ps
feria. Hỹ. Vexil. Cap. et coll. vt s̃. i
die palma. in lau. ℣. Dederũt in eſ.
Sup mgt̃ añ. Recordare mei do
mine ⁊ erue me ab his q̃ pſequũ-
tur me. Suffr. Nõ habẽs. vt s̃. ſiñ
Adiuua nos (℣. Orem⁹ Coll.
ds̃ ſalutaris noſter ⁊ ad bñfi
cia recolẽda quib⁹ nos inſtaurare
dignat⁹ es. tribue venire gauden
¶ Feria. iiij. Ad mat. Inuit. (tes. P.
Iubilem⁹ deo. ſine Glĩa pri. cũ añ.
et ps̃. vt in pſal. ℣. Vſqꝫ quo exalta-
bit inimicus me⁹ ſup me. Reſpice
⁊ exaudi me dñe de⁹ me⁹. ¶ L. pri.

Conuertimĩ filij reuertẽtes
dicit dñs. ⁊ ſanabo auerſio-
nes vr̃as. Ecce nos venim⁹ ad te.
Tu em̃ es dñs ds̃ nr̃. Vere menda
ces erãt colles ⁊ mltitudo gentiũ.
Vere in dño deo nr̃o ſalus iſrl. Cõ
fuſio comedit laborẽ patꝫ noſtro-
rũ ab adoleſcentia nr̃a greges eo
rũ ⁊ armẽta eoꝝ filios eoꝝ ⁊ filias
eoꝝ. Hec di. ℟. Cõtumelias ⁊ ter
rores paſſus ſum ab eis qui erãt
pacifici mei ⁊ cuſtodiẽtes lat⁹ me-
um dicẽtes decipiam⁹ eũ ⁊ pualea-
mus illi. ſꝫ tu dñe mecuꝫ es tanq̃
bellator fortis. cadent in obprobri
um ſempiternũ. Vt videaꝫ vindi-
ctam in eis. q꞉ tibi reuelaui cauſaꝫ
meã. ℣. Iudica dñe cauſaꝫ aĩe mee
defenſor vite mee. Vt. ¶ Lectio. ij.
Dormiem⁹ in ɔfuſione nr̃a ⁊
operiet nos ignominia nr̃a. q̊
niã deo nr̃o peccauim⁹ nos ⁊ pr̃es
noſtri ab adoleſcentia nr̃a vſqꝫ ad
diẽ hãc. ⁊ non audiuim⁹ vocẽ dñi
dei nr̃i. Si reuerteris ad me iſrael
ait dñs. ad me ɔuertere. Si abſtu
leris offendicula tua a facie mea
non ɔmoueberis. ⁊ iurabis viuit
dñs in veritate ⁊ in iudicio ⁊ in iu
ſticia ⁊ bñdicent eũ gentes ipmqꝫ
laudabũt. Hec. ℟. Iudas merca
tor peſſim⁹ oſculuꝫ petit a dño. ille
vt agnus innocẽs nõ negat iude
oſclm. Qui denarioꝝ numero xp̃ꝫ
iudeis tradidit. ℣. Meli⁹ illi fue-
rat ſi nat⁹ non fuiſſet hõ ille. Q de
Hec dicit dñs viro ¶ Lect. iij.
Iuda ⁊ habitatori hiȓlm. No
uate vob̃ nouale. ⁊ nolite ſerẽ ſup
ſpinas. Circũcidemĩ dño. ⁊ aufer-
te pputia cordiũ vr̃oꝝ viri iuda et

habitatores hierſlm ne forte ingre
diatur vt ignis indignatio mea. ꝛ
ſuccendat ꝛ nō ſit q̄ extinguat ꝓpter
maliciā cogitationū vrāꝝ. Hec dr
℟. Deꝰ iſrl ꝓpter te ſuſtinui ipro/
periū opuit reuerētia faciē meaꝫ.
extraneꝰ factus ſuꝫ fribus meis ꝛ
hoſpes filijs mris mee. Qm̄ zelus
domꝰ tue cōedit me. ℣. Impꝛope
ria impꝛoperantiū tibi ceciderūt
ſup me. Qm̄. loco Glia repetit ℟.
Deꝰ iſrl. ¶ Ante laud. ℣. De oꝛe leo
vrs. Ad laud. Añ. Vide dñe ꝛ ↄſi
dera qm̄ tribuloꝛ velociter exaudi
me. ps Miſeré. cū cet. ps vt in pſal.
fer. iij. Añ. Diſcerne cām meā dñe
ab hoīe iniq̄ ꝛ doloſo eripe me. ps
Judica. Añ. Cum tribularer cla/
maui ad dñm de vētre inferi ꝛ ex/
audiuit me. ps. Deꝰ deꝰ. Añ Dñe
vim patioꝛ rñde ꝓ me. qꝛ neſcio q̄d
dicam inimicis meis. ps. Ego dixi
Añ. Dixerūt impij opprimamꝰ vi
rū iuſtū qm̄ ↄtrariꝰ eſt opibꝰ nris
ps. Lau. do. d̄ ce. Hy. Rex xpe. Cap
℣. et coll. vrs. in die palma. Sup bn.
Añ. Nēo tollet a me aiaꝫ meā. ſed
ego pono eā ꝛ iterū ſumo eā. Suf
fra. Ptātē hēo. vt. ſ. ſine ℣. Oremꝰ
Omnipotēs ſempitne ds. da Coll.
nobꝰ ita dñice paſſiōis ſacra
pagere vt indulgentiam percipe
re mereamur. Per do. Cetera. ſicut
hucuſqꝫ. ¶ Ad vs. cap. et coll. vrs in
die palma. i lau. ℣. Dederūt in eſcaꝫ.
Sr mgt añ. Ptātē hēo ponendi
aiam meā ꝛ iterū ſumēdi eā. Suf
fra. Nēo tol. vrs. ſine ℣. Oreꝰ Coll.
Da nos mia ds ꝛ ab oī ſurre
Ptōe vetuſtatꝰ expurget. ꝛ ca
paces ſctē nouitatis efficiat. Per.

Feria. iiij. Ad mat. Inuit. In ma/
nu. ſine Gla. cū añ. ꝛ ps. vt i pſal. ℣
Ne pdas cū impijs ds aiam meaꝫ
Et cū virꝰ ſanguinū vitā meā. L. j
Annūciate i iuda ꝛ i hirlm au
ditū facite loq̄mini ꝛ cāite tu
ba in tra clamate fortiter ꝛ dicite.
Congregamī ꝛ ingrediamī ciuita
tes munitas leuate ſignū in ſpon
Cōfoꝛtamī nolite ſtare qꝛ malum
ego adducā ab aq̄lone ꝛ ↄtritōem
magnā. Aſcēdit leo de cubili ſuo ꝛ
pdo gētiū ſe leuauit. Hec. ℟. Sy
nagoga ꝓplo꞉ꝝ circūdederūt me. ꝛ n̄
reddidi retribuētibꝰ mihi mala cō
ſumetꝰ dñe nequicia pctoꝝ. Et dixi
ges iuſtū. ℣. Tu aūt dñe ſuſceptoꝛ
meꝰ es glia mea ꝛ exaltans caput
Egreſſus ē de (meū. Et. L. ij.
loco ſuo vt ponat traꝫ tuā in
deſolatōeꝫ. Ciuitates tue vaſtabū
tur remanētes abſqꝫ hitatore. Sr
h accingite vos cilicijs. plangite ꝛ
vlulate qꝛ nō eſt auerſa ira furorꝰ
dñi a vob. Et erit in die illa dr dñs
pibit coꝛ regꝰ ꝛ coꝛ pncipū. ꝛ obſtu
peſcēt ſacerdotes ꝛ ꝓphe cōſterna
buntꝰ. Hec. ℟. Erā q̄ſi agnꝰ inno/
cēs. ductꝰ ſuꝫ ad imolandū ꝛ neſci
ebā: ↄſiliū fecerūt inimici mei adu/
ſuꝫ me dicētes. Venite mittamꝰ li
gnū i panē eiꝰ et ↄteramꝰ eū d̄ tra
viuentiū. ℣. Oēs inimici mei ad/
uerſuꝫ me cogitabāt mala m̄. ver
bū iniquū mādauerūt aduerſū me
Et dixi. (dicētes. Vei. L. iij.
Aheu. heu. heu dñe ds q̄ ne de/
cepiſti ꝓplm iſtū ꝛ hirlm dicēs. pax
erit vob Et ecce puenit gladiꝰ vſqꝫ
ad aiaꝫ. In tpe illo dicetꝰ ꝓplo huic
ꝛ hierꝫ Vētus vrens i vijs q̄ ſunt

in deſ'to vie filie ppli mei nõ ad ventilandũ ⁊ ad purgãduꝫ. Spũs plenus ex his veiet mihi. Et nũc ego ſꝫ loquar iudicia mea cũ eis. Hec. ℟. Una hora nõ potuiſtis vigilare mecuꝫ q exhortabami mori ꝑ me. Vel iudam nõ videtis quõ nõ dormit. ſꝫ feſtinat tradẽ me iudeis. ℣. Dormite iã ⁊ reqeſcite ecce appropinqbit q me tradit⁹ eſt. Vel iu. loco Glã repetit. ℟ Una ho. ⸤Ante laud. ℣. De ore leo. vrſ. ¶Ad laud. Añ. Libera me de ſanguinib⁹ deus deus me⁹ ⁊ exultabit lingua mea iuſticiã tuaꝫ. pſ. Miſerẽ. cũ cet. pſ. vt fer. iiij. in pſal. Añ. Cõtumelias et terrores paſſus ſuꝫ ab eis ⁊ dñs mecũ eſt tãqꝫ bellator fortꝫ. pſ. Te decꝫ Añ. Ipſi vo in vanũ queſierũt aiaꝫ meã introibũt in inferiora terre. pſ. De⁹ deus. Añ. Oẽs inimici mei audierũt malũ meuꝫ dñe letati ſũt qm tu feciſti. pſ. Exultauit. Añ. Alliga dñe in vinclis natiões gentiũ ⁊ reges eoꝝ in ꝯpedib⁹. pſ. Laud do. de ce. Hy. Rex xpe. Cap. ℣. ⁊ coll. vt in lau. palma. Sup bñ. añ. Symõ dormis nõ potuiſti vna hora vigilare mecũ. ſuffr. Quotidie. vt. ĩ. ſi/

Preſta qs (ne. ℣. Ore⁹ Coll. om̃ps deus vt q ex nrĩs exceſſib⁹ inceſſant affligimur: ꝑ vnigeniti tui paſſionẽ liberemur. P eundẽ. Ad pri. ⁊ ad cet. hor. ꝑ oia vrſ. paſſionis. cũ cap. et coll. de dñica pal. ¶Ad vſ. añ. ⁊ pſ. feria. hy. Vexilla. Cap. Hoc ſenti. vrſ. ℣. Dederũt. Sr mgt Añ. Quotidie apd vos erã in templo docẽs ⁊ nõ me tenuiſtis. ⁊ ecce flagellatũ ducit ad crucifigendũ. Preces cõſue. Coll. dñica. Om̃ps ſempitne deus. vrſ palmarũ i lau. Suff. Tãto tpe vobiſcũ erã docẽs vos i tẽplo ⁊ nõ me tenuiſtis. ⁊ ecce flagellatũ ducitis ad crucifigendũ. ſi

Reſpice qs (ne. ℣. Ore⁹ Coll. dñe ſup hãc familiã tuã ꝑ q dñs nr̃ ihs xpus nõ dubitauit manib⁹ tradi nocentiũ. ⁊ cruc ſubire tormentũ. Qui te. nõ plus. ¶Ad cõpl. ꝑ oia vrſ in paſſiõe dñi cũ pcib⁹ conſue. Cõfiteor ⁊ pſ. Miſerẽ. Et canit añ. Salue regi. cũ ſuo ℣. et coll. hac nocte tm̃ et nõ vltra niſi in ſabba. ſctõ paſce ⁊c. ¶Nota qꝫ in eccl'ijs parochialibus matu. in cena dñi ⁊ in alijs duob⁹ dieb⁹ ſeqntib⁹ cãtãt de ſero. tñ aſtrict⁹ ab hor. canõicas legat eas p⁹ mediũ noct vt moris ẽ. niſi habuerit rõnabilẽ excuſatiõeꝫ. alioquin errat. ¶☞ Feria. v. id eſt in cena dñi ⁊ fer. vj. et ſabba. ad mat. nõ d: Dñe la. ⁊c. nec De⁹ in adiuto. ad omẽs hor. nec Glia. etiã p⁹ pſ. nec Inuit. ꝫ plane incipiunt vt ſequit. Pr nr. tñ qs poterit legere añ quãlibet horarũ ex deuotione. ¶In pri. noct. ꝑcedente pſ. Saluũ me fac. Añ. Zelus domus tue comedit me ⁊ obprobria exprobrãtium tibi ceciderũt ſup me. ⸤pſ. Saluũ me. cũ cet. pſ. vt in pſal. fer. v. Añ. Auertant retrorſum ⁊ erubeſcãt q cogitãt mihi mala. pſ. Deus in ad. Añ. Deus me⁹ eripe me de manu pctõris. ⸤pſ. In te do. ℣. Deus me⁹ eripe me. De mãu peccatoris. Pr nr. Aue ma. ſub ſilentõ Nota q hoc die et duob⁹ ſeqntib⁹ dicet p⁹ ℣. in quolibet noct. Pr nr ⁊c. vt moris ẽ. ꝫ Et ne nos nõ repetitur Deiñ lcões ſine bñdictionib⁹ ⁊ ſine Jube dñe. nec ad lcõ. d: hierlm. nec

Tu aũt. ẜ finito vltimo v̈bo cuiuſ/
libet lcõis canit. ℞. ¶ L. p̃i.
Aleph. Quõ ſedet ſola ciui/
tas plena ꝓplo. facta ẽ q̃ſi
vidua dñã gentiũ: ꝑnceps ꝓuinci
arũ facta ẽ ſub tributo. Beth. plo
rãs plorauit in nocte: ⁊ lachrĩe eiꝰ
in maxillꝭ eiꝰ: nõ eſt q̃ ꝯſolet͛ eã ex oĩ
bus carꝭ eiꝰ. Oẽs amici eiꝰ ſpreue/
rũt eã. ⁊ facti ſũt ei inimici. Gymel.
Migrauit iuda ꝓpter afflictõez ⁊ mł/
titudinẽ ſuitutꝭ. hitauit int͛ gẽtes
nec inuenit requiẽ. Oĩs ꝑſecutores
eiꝰ appꝛehenderũt eã: int͛ anguſtias.
℞. Seniores ꝓpli ꝯſiliũ fecerũt Vt
ihm dolo tenerẽt ⁊ occiderẽt cum
gladijs ⁊ fuſtibꝰ exierũt tanq̃ ad la
tronem. ℣. Collegerũt põtifices ⁊
phariſei ꝯſiliũ. Vt ie. ¶ L. ij.
Heth. Pctm̃ peccauit hierlm̃.
ꝓpterea inſtabilꝭ facta ẽ. Oẽs q̃ glĩ/
ficabãt eã ſpreuerũt illã. q̃m viderũt
ignominiã eiꝰ: ipſa aũt gemẽs cõ/
uſa ẽ retrorſũ. Teth. Sordes eiꝰ
in pedibꝰ eiꝰ. nec recordata ẽ finis
ſui. depoſita ẽ vehemẽter: nõ hñs
ꝯſolatorẽ. Vide dñe afflictiõez me
am q̃m erectꝰ eſt inimicus meus.
Ioth. Manũ ſuã miſit hoſtꝭ ad oĩa
deſiderabilia eiꝰ. q: vidit gẽtes in/
greſſas ſanctuariũ ſuũ. de q̃bꝰ ꝑ/
cepas ne itrarẽt eccłiã tuã. Caph
Oĩs ꝓpłs eiꝰ gemẽs. ⁊ querẽs pa/
nẽ dederũt ꝑcioſa q̃q: ꝓ cibo: ad refo
cillandã aĩaz. Vide dñe ⁊ ꝯſidera:
q̃m facta ſum vilꝭ. ℞. In mõte oli/
ueti oraui ad patrez. pr̃ ſi fieri põt
trãſeat a me calix iſte. ſpũs quidez
ꝓmptꝰ eſt. caro aũt infirma. Fiat
volũtas tua. ℣. Verũtñ nõ ſicut e/
go volo ſ; ſicut tu vis. Fiat. L. iij.

Oratio hieremie ꝓphe. Recor/
dare dñe quid acciderit nob.
intuere ⁊ reſpice obꝓbriũ noſtꝝ
Hereditas nr̃a v̈ſa eſt ad alienos.
domꝰ nr̃e ad extraneos Pupilli fa
cti ſumꝰ abſq; pr̃e. matres nr̃e q̃ſi
vidue. Aquã nr̃az pecunia bibimꝰ
lig̃ noſtra ꝑcio ꝯparauimꝰ. Ceruici/
bus miabamur. laſſis nõ dabat͛ re
quies. Egypto dedimꝰ manũ: ⁊ aſ
ſyrijs vt ſaturaremur pane. Pa/
tres nr̃i peccauerũt ⁊ nõ ſunt. ⁊ noſ
iniq̃tates eorũ portauimꝰ. Serui
dñati ſunt nr̃i ⁊ nõ fuit qui nos re
dimeret de mãu eoꝝ ℞. Triſtis ẽ
aĩa mea vſq; ad mortẽ ſuſtinete hı̃
⁊ vigilate mecũ nũc videbitis tur
baz q̃ circũdabit me. Vos fugã ca/
pietis ⁊ ego vadã imolari ꝓ vob.
℣. Vigilate ⁊ orate vt nõ intretis i
tẽptatiõez. Vos. ℞. Triſt. ¶ In. ij
noct. añ. Liberauit dñs pauperẽ
a potẽte ⁊ inopẽ cui nõ erat adiu/
tor. pſ. Deꝰ iudi. xxj. Añ. Cogita/
uerũt ipĩj ⁊ locuti ſunt nequiciã. i
iquitatẽ in excelſo locuti ſunt. pſ.
Quã bo. xxj. Añ. Exurge dñe ⁊ iu
dica cãm meã. pſ. Vt quid. xxj. ℣.
Exurge dñe. Et iudica cãm meaz.
Exaudi (Pat͛ no. Secũ. L. iiij.
deꝰ orõnem meaz cũ depcor: a
timore inimici eripe aĩaz meã. De
uierũt inimici i martyres. Quid
orabat iſta vox corpis xp̃i: Hoc ora
bat vt eruerent͛ ab inimicꝭ. vt non
poſſent eos occidere inimici. Ergo
exauditi nõ ſunt. q: occiſi ſũt ⁊ de/
ſeruit d̃s ꝯtritos corde ſuos ſuos
⁊ ſperãtes in ſe deſpexit: Abſit Oẽs
ei innocauit deũ ⁊ derelictꝰ ẽ: Oẽs
ſpauit i eũ ⁊ deſtus ẽ ab eo: Exau

diebant̄ ꝗ̄ ⁊ occidebant̄. ⁊ tn̄ ab ini
mic̄ eruebant̄. Alij timētes ꝯſen/
tiebāt ⁊ viuebāt ⁊ tn̄ ipi ab inimic̄
abſorbebant̄. ℟. Ecce vidimꝰ eūꝫ
nō hn̄tēꝫ ſpēm neqꝫ decorē aſpectꝰ
eiꝰ in eo nō eſt. h̄ pctā nr̄a portauit
⁊ ꝓ nob̄ dolēs. ipē aūt vulneratꝰ ē
ꝓpter inīqtates nr̄ās. Cuiꝰ liuore
ſanati ſumꝰ. ℣. Vere lāguores no
ſtros ipſe abſtulit et pctā nr̄ā ipſe
O Cciſi (portauit. Cuiꝰ. L.v.
O eruebant̄ viuentes abſorbe
bant̄. Inde ē ⁊ illa vox ḡtulatōnis
Forſitā viuos abſorbuiſſent nos.
Multi abſorpti. et viui abſorpti.
multi mortui abſorpti. Q̄ putaue
rūt inanē eſſe fidē xp̄ianā. mortui
abſorpti ſunt. Q̄ aūt ſcientes vita
tē eſſe p̄dicationē euāgelij. xp̄m eſ
ſe filiū dei ſciētes ⁊ h̄ credentes ⁊ h̄
intꝰ tenētes. tn̄ ceſſerūt doloribꝰ et
idolis ſacrificauerūt viui ſūt abſor/
pti. Iſti abſorpti. qꝫ mortui. Illi āt
qꝫ abſorpti mortui. Nō eñ abſorpti
viuere potuerūt. q̄uis viui abſor
berent̄. Ergo h̄ erat vox martyrū
A timore inimici eripe aīam meāꝫ
Nō vt me non occidat inimicꝰ ſ; vt
nō timeā occidentem inimicū. ℟.
Unꝰ ex diſcipulis meis tradet me
hodie. ve illi per queꝫ tradar ego.
Meliꝰ illi erat ſi natꝰ nō fuiſſet. ℣.
Qui intīgit manū mecū in para/
pſide h̄ me traditurꝰ eſt in manus
H Oc orat (pctōꝝ. Meliꝰ L.vj.
H in pſalmo impleri fuus. qd̄
mō iubebat ī euāgelio dn̄s. Quid
mō iubebat dn̄s. Nolite tīere eos
q̄ corpꝰ occidūt. aīaꝫ aūt nō pn̄t oc/
cidere ſ; eū timete q̄ habꝫ ptātēꝫ et
aīam ⁊ corpꝰ mittere in gehennāꝫ
ignis ⁊ pereūt. Ita vob̄ dico eū ti/
mete. Q̄ ſunt q̄ corpꝰ occidūt. Ini/
mici. Qd̄ iubebat dn̄s. Ne timerē
tur. Oret̄ ꝗ̄ vt p̄ſtet qd̄ iubet. A tio/
re inimici eripe aīaꝫ meā. ℟. Ec/
ce turba ⁊ q̄ vocabat̄ iudas vc̄it et
dū appropinq̄ret ad ih̄ꝫ vt eū oſcu/
laret̄ ih̄s dixit ad eū. iuda oſc̄lo tra
dis filiū hois. Ad crucifigendū. ℣.
Filiꝰ quidē hois vadit ſicut ſcp̄tuꝫ
eſt d̄ illo. ve aūt hoi illi ꝑ quē trade
tur. Ad cru. ℟. Ecce tur. ¶ In. iij.
noct̄. Añ. Dixi iniq̄s nolite loq̄ ad/
uerſus deū iniquitatē. pſ. Cōfite/
bimur. xxj. Añ. Terra tremuit ⁊
q̄euit dū reſurgeret in iuditio deꝰ
pſ. Notꝰ in iu. xxij. Añ. In die tri/
bulatōis mee deū exq̄ſiui manibꝰ
meis. pſ Voce mea. xxij. ℣. Hō pa
cis mee. In q̄ ſpaui. Pr̄ no. Seinde
C Onuenietibꝰ vob̄ in (L.vij.
C vnū. iā nō eſt dn̄icaꝫ cenā mā
ducare. Vnuſquiſqꝫ eñ ſuā cenaꝫ
p̄ſumit ad māducandū. Et aliꝰ q̄/
dē eſurit aliꝰ aūt ebrꝰ eſt. Nūquid
domos nō habet̄ ad māducandū
⁊ bibendū. Aut eccliāꝫ dī ꝯtēnit̄ et
ꝯfundit̄ eos qui nō hn̄t. Qd̄ dicāꝫ
vob̄: Laudo vos In hoc nō laudo.
Ego eñ accepi a dn̄o qd̄ et tradidi
vob̄. qm̄ dn̄s ih̄s in q̄ nocte trade/
bat̄ accepit panē: ⁊ grās agēs fre/
git ⁊ dixit. Hoc ē corpus meū: qd̄ ꝓ
vob̄ tradet̄. Hoc facite ī meā ꝯme/
moratiōēꝫ. ℟ Amicus meꝰ oſculi
me tradidit ſiḡ. quē oſculatus fue
ro ipē ē tenete eum. h̄ malū fecit ſi
gnū. Q̄ ꝑ oſclm adipleuit homici/
diū infelix p̄termiſit p̄ciū ſanguīs
⁊ in fine laq̄o ſe ſuſpēdit. ℣. Meliꝰ
illi fuerat ſi natꝰ n̄ fuiſſ; hō ille. Q̄.
S Imilit̄ ⁊ calicē pꝰq̄ ¶ L.viij.
S cenauit dicēs Hic calix noui

teſtamentū eſt in meo ſanguine.
Hoc facite q̄tieſcūq; bibitiſ in meā
ꝯmēoratione. Quotieſcūq; ei mā
ducabitꝫ panē hūc ⁊ calicē bibetis
mortē dn̄i annūciabitis donec ve/
niat. Itaq; quicūq; mādncauerit
panē hūc vel biberit calicē dn̄i in/
digne. reꝰ erit corpis ⁊ ſanguinis
dn̄i. Probet āt ſeipꝫ hō. ⁊ ſic de pāe
illo edat. ⁊ de calice bibat. Q ei mā
ducat ⁊ bibit indigne iudiciū ſibi
mādncat ⁊ bibit. nō dijudicās cor/
pus dn̄i. ℞. Reuelabūt celi iniq̄
tatē iude ⁊ t̄ra aduerſus eū ꝯſur/
get ⁊ manifeſtū erit pctm̄ illiꝰ i die
furoris dn̄i. Cū eis q̄ dixerīt dn̄o do
recede a nob ſciaꝫ viaꝝ tuaꝝ nolu/
mus. ℣. Fiat mēſa eoꝝ corā ipis in
laqueū ⁊ in retributiōes ⁊ in ſcan
Ideo int̄ vos (dalū. Cū. (L. ix.
multi infirmi ⁊ ibecilles ⁊ dor
miūt multi. Qd ſi noſmetipos diju
dicaremꝰ non vtiq; iudicaremur.
Dū iudicamur aūt a dn̄o corripi/
mur vt ñ cuꝫ h̄ mūdo dānemur. De
ſpūalibꝰ nolo vos ignorare frēs. Sci
tis qm̄ cum gētes eſſetꝫ ad ſilachra
muta ꝓut ducebamini eūtes. Idō no
tū vob facio ꝙ nemo in ſpū dei lo/
quēs dt anathema ihū. ⁊ nēo pōt
dicē dn̄s ihs niſi in ſpūſctō. Diuiſi
ones vo graꝝ ſunt. idē autē ſpūs.
Diuiſiones miſtrationū ſunt. idē
aūt dn̄s. Et diuiſiōes opationum
ſunt. idē vo ds q̄ opat̄ oia in oibus
℞. O iuda q̄ dereliq̄ſti ꝯſiliū pacꝫ
⁊ cū iudeis ꝯſiliatꝰ es trigita argē
teis vendidiſti ſanguinē iuſtū. Et
pacꝫ oſclm ferebas qd in pectore ñ
hēbas. ℣. Os tuū abūdauit mali/
cia ⁊ lingua tua ꝯcinnabat dolos
Et. ℞. O iu. Te deū nō dr nec ℣. an
te lau. nec Deꝰ in adiu. ⁊c. dn̄r. ſ; ſim
pliciter vt ſequit̄. ¶ Ad laud. Añ. Iu
ſtificeris dn̄e i ſmonibꝰ tuis ⁊ vin
cas cum iudicarꝫ. pſ. Miſerē. Añ.
Dn̄s tāq; ouis ad victimā ductuſ
eſt ⁊ nō apuit os ſuū. pſ. Dn̄e r̄fu.
cū cet. pſ. vtſ. fer. v. in laud. Añ Cō
tritū eſt cor meū in medio mei con
tremuerūt oia oſſa mea. pſ. Deꝰ ds
Añ. Exhortatꝰ es in vtute tua in
refectiōe ſctā tua dn̄e. pſ. Cātemꝰ.
Añ. Oblatꝰ eſt q: ipe voluit ⁊ pctā
nr̄a portauit. pſ. Laud. do. de celis
Sequit̄ ſine hy. et ſin cap. ⁊ ℣. Sup
bn̄d. Añ. Traditor aūt dedit eis ſi
gnū dicēs. quē oſculatꝰ fuero ipe ē
tenete eū. Sequit̄. Kyriel. ẽ. Deīn
Qui paſſurꝰ adueniſti ꝓ nos. Dn̄e
miſere. Xp̄s dn̄s factꝰ eſt obedienſ
vſq; ad mortē. kyriel. bis. Deīn Qui
ꝓphetice promiſiſti ero mors tua o
mors. Dn̄e miſerere. Xp̄s do. vtſ.
kyrie. ſcl. Deīn Qui expāſis in cruce
manibꝰ traxiſti oia ad te ſcla. Dn̄e
miſerē. Xp̄s do. Deīn legit̄. ℣. Xp̄s
factꝰ eſt obediēs p̄ri vſq; ad mortē.
Mortē āt crucꝫ. P̄r nr̄. ſub ſilētio di
cet̄. Et ne. nō repetit̄. Simr ⁊ i alijs lo
cis. Deīn pſ. Miſerē ſine Glia. ℣.
Xp̄s factꝰ ē obe. pa. vtſ. Sequit̄ ſi
ne Dn̄s vo. ⁊ ſine Oreꝰ. Coll.
Reſpice q̄s dn̄e ſup hāc famili
am tuā ꝓ q̄ dn̄s nr̄ ihs xp̄s nō du/
bitauit manibꝰ tradi nocentiū et
crucꝫ ſubire tormentū. ſine cōcluſio
ne Qui te. ſ; in illo vbo ſcꝫ tormentuꝫ:
erit finis. nec Am̄. nec Bn̄dica. do. di
cunt̄. Preces etiā ñ dn̄r tā ad mat. q̄ꝫ
ad vſ nec ad pri. nec ad hor. nec ad cō
pl. vſq; ad oct. paſce. Hac die vſq; ad
vſ vigil. paſce nō dn̄r hor. publice. ſ.
pri. iij. vj. ix. et cōpl. maifeſte in choro

ꝗ vnuſquiſqȝ ꝑ ſe vl' cū ſocio i priuato ꝛc. Ad pri. ꝛ ad cet. hor. nō dr Deꝰ in ad. nec hȳ. nec ℟. ꝗ ſimplr incipiātur hor. vt ſequit̄. ¶ Ad pri. ps̄. Deꝰ i noīe. Sti ima. cū cet. ps̄. ſine Glia. in fine vlt. ps̄. dicet̄. v̇. Xp̄s factꝰ eſt obe. pa. vſq;. Deīn ſine kyr. ꝛc. dicet̄ Pr̄ nr̄. Aue ma. Deīn Credo. quo finito dr ps̄ Miſeré. ſine Glia. in fine ps̄. Miſeré dicet̄ v̇. Xp̄s factꝰ ē obe. pa. vſq;. Deīn Coll'. Reſpice. vſq;. i lau. nō plꝰ. ¶ Ad .iij. ps̄. Legē pone. cū cet. ps̄ ſine Glia. in fine vlt. ps̄. dicet̄ v̇. Xp̄s fa. vſq;. Pr̄ nr̄. Aue ma. Deīn ps̄. Miſeré. ſine Glia. in fine ps̄. Miſe. v̇. Xp̄s fa. vſq;. Deīn coll' Reſpice. vſq; Simi mō dicent̄ etiā .vi ꝛ .ix. vſq;. in .iij. notatū ē. ¶ Ad vſ ſin Deꝰ in ad. ꝛc. Añ. Calicē ſalutaris accipiā ꝛ nomē dn̄i inuocabo ps̄ Credidi. xlij. Añ. Cū his q̄ oderūt pacē erā pacificꝰ cū loq̄bar illis impugnābāt me gratis ps̄. Ad dn̄m cū tri. xlij Añ. Ab hoīb9 iniq̄s libā me dn̄e. ps̄. Eripe me dn̄e. xlvj. Añ. Cuſtodi me a laq̄o quē ſtatuerūt mihi ꝛ a ſcādal' opantiū iniq̄tatē. ps̄. Dn̄e clama. xlvj. Añ. Cōſiderabā ad dexterā ꝛ videbā ꝛ nō erat q̄ cognoſceret me. ps̄. Voce mea. xlvj. Sequit̄ ſine hȳ. ꝛ ſine cap. et v̇. Sup mgt Añ. Cenantibꝰ aūt accepit ih̄s panē bn̄dixit ac fregit dedit diſcipul' ſuiſ Finita añ. ſup mgt ſi vſ nō dicunt̄ i miſſa dicet̄ v̇. Xp̄s fa. ē obe. pa. vſq; Pr̄ nr̄. Miſe. Xp̄s fa. vſq; in .iij. dcm̄ ē cū coll'. Reſpi. ꝛc. Ad cōpl'. nō dr Cōuerte ꝛc. ꝗ ſimpl'r legent̄ ps̄ ſil'. ſ. Cū inuoca. In te dn̄e. Qui habitat i. Ecce nūc. cū ps̄. Nūc di. ꝛ oēs ps̄. dn̄r ſine Glia. in fine vlt. ps̄. dr. v̇. Xp̄s fa. ē obe. pa. vſq; Pr̄ nr̄. Aue ma. Credo

Deīn ps̄. Miſeré. ſine Glia. Deīn v̇. Xp̄s fa. ē obe. pa. vſq;. Coll'. Reſpice. ſine cōclu. vſq;. añ. Salue regi. nō dr hac nocte nec in ſeq̄nti.

Feria. vj. in paraſceue Ad mat. q̄ dicunt̄ ꝑ oīa vſq;. in cena dn̄i dcm̄ ē. In pri. noct. Añ. Aſtiterūt reges tre ꝛ ꝑncipes ꝯuenerūt i vnū: aduerſus dn̄m ꝛ aduerſus xp̄m eiꝰ ps̄. Quare fre. j. Añ Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea ꝛ ſup veſtē meā miſerūt ſortē. ps̄. Deꝰ dn̄s me. reſ. xxxiij. Añ. Inſurrexerūt in me teſtes iniq̄ ꝛ mētita ē iniq̄tas ſibi. ps̄ Dn̄s illu̅i. viij. v̇. Diuiſerūt ſibi veſtimēta mea. Et ſup veſtē meā miſerūt ſortē. Pr̄ no.

Aleph. Quō ob. ¶ Deīn Le. j. a texit caligie in furore ſuo dominꝰ filiā ſyō ꝓiecit de celo in terrā inclitā iſrl'. ꝛ nō eſt recordatꝰ ſcabellū pedū ſuoꝝ i die furoris ſui. Precipitauit dn̄s nec ꝑpcit oīa ſpecioſa iacob deſtruxit i furore ſuo: municiōes v̇ginis iuda deiecit in terrā polluit regnū ꝛ ꝑncipes eiꝰ. Confregit i ira furoris oē cornu iſrl'. auertit retrorſuȝ dexterā ſuā a facie inimici. ꝛ ſuccēdit i iacob quaſi ignē flāme deuorātis in gyro. ℟. Oēs amici mei dereliq̄runt me ꝛ ꝑualuerūt inſidiātes mihi. tradidit me quē diligebā ꝛ terribilibꝰ oculis plaga crudeli ꝑcutiēs. Aceto potauit me. v̇. Et dederūt in eſcā meā fel: ꝛ in ſiti mea. Ace. ¶ L. ſcda

R Es. Vide domīe q̄m tribulor ꝑ venter meꝰ ꝯturbatus ē Subuerſum eſt cor meū in me metipa q̄m amaritudine plena ſum. Foris interficit gladius ꝛ domi mors ſimilis eſt. Audierunt q: ingemiſco ego: ꝛ non eſt qui ꝯſolet me. Oēs

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

inimici mei audierunt malū me/
um. letati ſunt qm̄ tu feciſti. Addu
xiſti diem ꝯſolationis ⁊ fient ſimi
les mei. Ingrediat̄ om̄e malū eoꝝ
corā te. ⁊ vindemia eos: ſicut vin/
demiaſti me ꝓpter oēs iniquitateſ
meas Multi eñ̄ gemitꝰ mei: ⁊ cor
meū merens. ℟. Caligauerunt
oculi mei a fletu meo q: elongaba
tur a me qui cōſolabat̄ me. videte
oēs ꝓpli. Si ē dolor ſimilis ſicut dolor
meꝰ. ℣. O vos oēs qui trāſitis per
viā attendite ⁊ videte. Si. L. tertia
I Naiabꝰ nr̄is afferebamꝰ pa
nē a facie gladij i deſerto. Pell'
nr̄a q̄ſi clibanꝰ exuſta ē a facie tēpe
ſtatū famis. Mlieres i ſyō hūilia
uer̄t virgies in ciuitatibꝰ iuda Prin
cipes manu ſuſpēſi ſunt. facies ſe
num nō erubuerūt Adoleſcentibꝰ
impudice abuſi ſunt. ⁊ pueri in li/
gno corruerūt. Senes d̄ portis de
fecerūt. iuuenes de choro pſallen/
tiū. ℟. Tanq̄ȝ ad latronē exiſtis cū
gladijs cōp̄hēdere me quotidie
apd̄ vos erā in tēplo docens et nō
me tenuiſtis ⁊ ecce flagellatū duci
tis. Ad crucifigendū. ℣. Filius qui
dem hoīs vadit ſicut ſcriptū eſt de
illo: ve autem homi illi per quem
tradet̄. Ad cruci. ℟. Tāq̄ȝ. ¶ In. ij.
noct. Añ. Vim faciebāt qui quere/
bāt aīam meā. ps Dn̄e ne in fu. vj
Añ Confundant̄ ⁊ reuereant̄ qui
q̄runt animā meā vt auferant eā
ps. Expectās expecta. viij. Añ. Ali
eni inſurrexerūt in me ⁊ fortes q̄/
ſierunt animā meā. ps. Deꝰ in no
mie. xxviij. ℣. Ab inſurgentibus
in me. Liba me dn̄e. Pr̄ nr̄. L. q̄rta
P Rotexiſti me a ꝯuentu mali
gnantiū: a multitudine ope
rantiū iniquitatē. Iā ip̄m caput
nr̄m intueamur. Multi martyres
talia paſſi ſunt ſed nihil ſic elucet
quō caput martyrū. Ibi meliꝰ in/
tuemur qd̄ illi experti ſunt Protectꝰ
ē a multitudie malignātiū ꝓtegēte
ſe dō Protegēte aūt carnē ſuā ipo
filio ⁊ hoīe quē gerebat q: filiꝰ ho/
mis ē. ⁊ filiꝰ dei ē. Filiꝰ dei ꝓpter for
mā dei. filiꝰ hoīs eſt ꝓpt̄ formā ſui.
hn̄s in poteſtate ponere animā
ſuā ⁊ recipere eā. ℟. Ieſum tra/
didit impius ſummis principibꝰ
ſacerdotum et ſenioribus ꝓpli. pe/
trus aūt ſeq̄batur a longe. Vt vi/
deret finem ℣. Et ingreſſus petrꝰ
i atriū p̄ncipis ſacdotū. Vt. L. v.
Q Uid ei potuer̄t facere inimi/
ci. Occiderūt corpꝰ: aīam nō
occiderūt. Intēdite. Pax q̄ erat do
mino hortari martyres v̄bo niſi
firmaret exēplo Noſtis q̄ ꝯuentꝰ
malignantiā erat iudeoꝝ ⁊ q̄ mul
titudo erat opantiū iniquitatem.
Quā iniq̄tatē. Quare voluerunt
occidere dn̄m ieſum xp̄m. Tāta bo/
na opa inq̄t oſt̄di vob ꝓpter qd̄ ho
rū vultis me occidē. Pertulit oēs
infirmitates eoꝝ. curauit oēs lan
guidos eoꝝ. p̄dicauit regnū celoꝝ
nō tacuit vicia eorū vt ipa eis peiꝰ
diſpliceret. nō medicꝰ a q̄ ſanabāt̄
℟. Tradider̄t me in manꝰ impio
rū ⁊ int̄ iniq̄s piecerūt me ⁊ nō pe
percerunt aīe mee ꝯgregati ſ̄t aduͣ/
ſum me fortes. Et ſicut gygantes
ſteter̄t ꝯtra me. ℣. Aſtiterūt reges
t̄re ⁊ p̄ncipes ꝯuener̄t i vnū. Et
H Is oībꝰ curatōibꝰ eiꝰ i L. vj.
ngr̄ti tāq̄ȝ multa febre freneti/
ci inſanientes in medicū q̄ venerat
curare eos excogitauerūt ꝯſiliū p

dẽdi eũ tãꝗ̃ ibi volẽtes ꝓbare vtꝝ
vẽ hõ ſit q̇ mori poſſit. an aliq̇d ſup
hoīes ſit: ⁊ mori ſe ñ ꝑmittat. Ver
bũ ipoꝝ agnoſcimꝰ in ſapia ſalo/
monis. Morte turpiſſima ĩquiũt
ĩtrogemꝰ eũ. Erit em̄ ei reſpectꝰ
in ſmonibꝰ ipſiꝰ. Si vẽ filiꝰ dei eſt
liberet eũ. Vide ḡ q̇d factũ ſit q: ex/
acuerũt tãꝗ̃ gladiũ linguas ſuas.
Filij hoīm dẽtes eoꝝ arma ⁊ ſagit
te: ⁊ lingue eoꝝ gladius acutꝰ. ℟.
Barrabas latro dimittit. ⁊ inno
cẽs xp̄us occidit. nã ⁊ iudas armi/
ductor ſcelerꝭ qui ꝑ pacẽ didicit fa/
cere bellũ Oſculãdo tradidit dñm
ihũ xp̄m. ℣. Ecce turba ⁊ q̇ vocaba
tur iudas vẽit ⁊ duꝫ appropinq̃ret
ad euꝫ. Oſcu. ℟. Barra. ¶ Jn. iij.
noct. Añ. Ab inſurgẽtibꝰ in me li/
bera me dñe. q: occupauerũt aīam
meã. ps. Eripe me. xviij. Añ. Lon
ge feciſti notos meos a me traditꝰ
ſum ⁊ nõ egrediebar. ps. Dñe deꝰ
ſalu. xxv. Añ. Captabãt in aīam
iuſti ⁊ ſanguinẽ innocentẽ ↄdẽna
bũt. ps. Deꝰ vltio. xxvj. ℣. Locuti
ſunt aduerſuꝫ me. Lingua doloſa.

Feſtine (Pr̃ nr̃. Scĩn. L. vij.
mus igredi in illã requiẽ: vt
ne in idipm q̇s incidat icredulitatꝭ
exẽplũ. Viuus ẽ ei ſmo dĩ ⁊ efficax
⁊ penetrabilior oī gladio ancipiti
⁊ ꝑtingẽs vſq: ad diuiſionẽ aīe ac
ſpũs. ↄpagũ q̇z ac medullaꝝ ac di/
ſcretor cogitationũ ⁊ intẽtionum
cordis ⁊ nõ eſt vlla creatura inuiſi
bilꝭ in ↄſpectu eiꝰ. Oĩa aũt nuda ⁊
apta ſunt oculꝭ eiꝰ. Ad quẽ nob ſer/
mo. Hñtes ḡ põtificẽ magnũ q̇ pe
netrauit celos ihm filiũ dei. tenea
mus fidei nr̃e ↄfeſſionẽ Nõ em̄ ha
bemꝰ põtificẽ q̇ nõ poſſit ↄpati in/
firmitatibꝰ nr̃is. tẽptatuꝫ ãt ꝑ oĩa
ꝓ ſilitudie abſq: pctõ. Adeamꝰ ḡ cũ
fiducia ad thronũ grẽ eiꝰ vt miam
ↄſeq̃mur. ⁊ grãꝫ inueniamꝰ in au
xilio optuno. ℟. Velũ tẽpli ſciſſũ
eſt ⁊ oīs t̃ra tremuit. latro d̃ cruce
clamabat dicẽs. Mẽnto mei dñe
dũ venerꝭ i regnũ tuũ ℣. Amẽ dico
tibi hodie mecũ erꝭ in ꝑadiſo. Me

OMnis nãq: põ (mto. L. viij.
tifex ex hoībꝰ aſſumptꝰ ꝓ ho/
mībꝰ ↄſtituit in his q̇ ſunt ad deũ.
vt offerat dona ⁊ ſacrificia ꝓ pctis
Q̃ ↄdolẽ poſſit his q̇ igrãt ⁊ errãt:
qm̄ ⁊ ipẽ circũdatꝰ eſt infirmitate
⁊ ꝓpterea debet queãdmodũ ꝓ po
pulo ita etiã ⁊ ꝓ ſemetipſo offerre
hoſtiã ꝓ pctis. Nec q̇ſq̃ ſumat ſibi
honorẽ: ſꝫ q̇ vocat a dõ tãꝗ̃ aaron.
Sic ⁊ xp̄s nõ ſemetipꝫ clarificauit
vt põtifex fieret. ſꝫ q̇ locutꝰ ẽ ad eũ.
Filiꝰ meꝰ es tu ego hodie genui te.
Queãdmodũ ⁊ in alio loco dt. Tu
es ſacerdos inet̃nũ ſm ordinẽ mel
chiſedech. Qui in diebꝰ carnis ſue ꝓ/
ces ſupplicatiõeſq: effudit ad eũ: q̇
poſſit illũ ſaluũ facẽ a morte cũ cla
more valido ⁊ lachrimis offerens
exauditꝰ eſt ꝓ ſua reuerẽtia. Et q̇/
dẽ cũ eſſet filius dei didicit ex his q̇
paſſus ẽ obedientiã. ⁊ ↄſumatus
factꝰ eſt oībꝰ obtẽperãtibꝰ ſibi cau
ſa ſalutꝭ et̃ne. appellatus a deo põ
tifex iuxta ordinẽ melchiſedech ℟.
Vinea mea electa ego te plãtaui
quõ ↄuerſa es i amaritudinẽ. Vt
me crucifigeres ⁊ barrabã dimit/
teres. ℣. Sepiui te ⁊ lapides elegi
ex te. et edificaui turrim in medio
tui. Vt me cru. ¶ Lectio. ix.

DE quo nob grãdis ſmo ⁊ in/
terp̃tabilꝭ ad dicendũ qm̄ im/

becilles fcti eſt; ad audiẽdũ. Etem
cũ deberet; mgri ee̅ ꝓpter tp̄s. rur
ſum indiget; vt vos doceami que
ſint elemẽta exordij ſmonũ dı̄. ⁊ fa/
cti eſtis quib⁹ lacte op⁹ ſit non ſoli
do cibo. Oı̄s em̄ qui lactis ē parti/
ceps exps eſt ſmonis iuſticie. puu
lus em̄ eſt Perfectoꝝ aũt eſt ſolid⁹
cib⁹ eoꝝ qui ꝓ ipa ꝯſuetudie exer/
citatos hn̄t ſenſus ad diſcretioneꝫ
boni ac mali Quapropẽ intermit
tẽtes inchoatiõis xp̄i ſmonẽ ad ꝑ
fectiõeꝫ feramur. nõ rurſum iaciẽ
tes fũdamẽtũ pnie ab opib⁹ mor/
tuis ⁊ fidei ad deũ baptiſmatũ do
ctrine. impoſitiõis q̄ꝫ manuũ ac re
ſurrectiõis mortuoꝝ ⁊ iudicij eter
ni. Et h faciem⁹ ſiquideꝫ ꝑmiſerit
ds. ℞. Tenebre facte ſunt dũ cru
cifixiſſent ihm iudei: ⁊ circa horaꝫ
nonã exclamauit ihus voce mag̃:
de⁹ ds vt qd me dereliq̃ſti: ⁊ inclia
to capite emiſit ſpm̄. Tũc vnus ex
militib⁹ lãcea latus ei⁹ ꝑforauit ⁊
ꝯtinuo exiuit ſanguis ⁊ aq̄. ℣. Cuꝫ
g̊ accepiſſet acetũ dixit: ꝯſumatũ ē
Tũc. ℞. Tn̄bre. Sequit̃ ꝑ oı̄a vts.
in cena dn̄i. ¶ Ad laud. An̄. Propo
filio ſuo nõ pepcit ds ſꝫ ꝓ nob om̄i
bus tradidit illũ. ps̄. Miſeré mei.
cũ cet. ps̄. vt in laudib⁹ fer. vj. An̄.
Anxiat⁹ eſt in me ſpũs me⁹ in me
turbatũ eſt cor meũ. ps̄. Dn̄e exau
di. ij. An̄. Ait latro ad latronẽ noſ
quidẽ digna factis recepim⁹. hic
aũt quid fecit: memẽto mei dn̄e dũ
veneris in regnũ tuũ. ps. De⁹ ds.
An̄ Cum turbata fuerit aı̄a mea
dn̄e miſcðie memor eris. ps. Dn̄e
exaudi. An̄. Memẽto mei dn̄e de⁹
dũ veneris in regnũ tuũ. ps. Lau/
da. do. de ce. Sequit̃ ſine hym. ⁊ ſine

cap. ⁊ ℣. Sup bn̄. An̄. Poſuerunt
ſup caput ei⁹ cãm ipſius ſcriptã: ie
ſus nazaren⁹ rex iudeoꝝ. Sequit̃:
Kyriel. et alia oı̄a ſicut in pcedẽti no/
cte. Itẽ hore diei etiã dn̄r vts in pcedẽ
ti die. ¶ Ad vs. dicũtur oẽs ps. de fe/
ria. vj. ſil. ſcꝫ Cõfitebor. cuꝫ cet. ps. ⁊
ps̄. Magt̃. ſine Glã ⁊ ſine an̄. Fini
to vlt̃. ps. ſcꝫ Mgt dr ℣. Xp̄s fact⁹ eſt
obe. pa. vts̄. Pr nr̄. Aue ma. Deĩn
ps. Miſeré. ſine Glia. ℣. Xp̄s fact⁹.
vts̄. Coll. Reſpice. etiã vts̄. L Cõpl.
etiã vts̄. in pcedẽ. nocte. ¶ Nota ſi fe
ſtũ georgij marty. inciderit in hãc diẽ
paraſceues. tũc trãſfert p⁹ oct. paſce
in choro ⁊ in foro celebrãduꝫ ⁊ tũc hec
dies paraſceues nõ celebrabit̃ in foro
Silr̃ faciendũ ẽ ſi venerit ĩ vig. paſ.
¶ ☞ Sabbõ ſctõ paſce. Ad mat̃ q̄ di
cunt̃ p oı̄a vts̄. in cena dn̄i dictuꝫ eſt.
¶ In pri. noct. An̄. In pace in idip/
ſum dormiã ⁊ requieſcã. ps. Cum
inuoca. xlviij. An̄. Habitabit ĩ ta/
bernaclo tuo requieſcet in monte
ſctõ tuo. ps̄. Dn̄e q̇s. ha. iij. An̄ Ca
ro mea requieſcet in ſpe. ps. Cõſer
ua. iij. ℣. In pace in idipm̄. Dormi
am ⁊ requieſcam. Pr nr̄. ¶ L. pri.

Ego vir vidẽs pauptatẽ me/
am in vga indignationis eius.
Me minauit ⁊ abduxit ĩ tenebris
⁊ non in lucẽ: tm̄ in me vtit ⁊ ꝯuer
tit manũ ſuã tota die. Vetuſtã fec
pellẽ meã ⁊ carnẽ meã ꝯtriuit oſ/
ſa mea. Edificauit in gyro meo: ⁊
circũdedit me felle et labore. In te
nebroſis collocauit me quaſi mor
tuos ſempiternos. Circũedifica/
uit aduerſum me vt nõ egrediar
agg̃uauit ꝯpedẽ meã. ℞. Sepul
to dn̄o ſignatuꝫ eſt monumentũ vol/
uẽtes lapidẽ ad oſtiũ monumẽti.

Ponētes milites q̄ cuſtodirēt illū.
ꝟ. Ne forte veniāt diſcipli eiꝰ ⁊ fu
rentur eū et dicāt plebi ſurrexit a
VIde (mortuis. Ponē. ¶ L. ij.
dn̄e ⁊ ꝯſidera quē vindemia
uerſ ita. Ergo ne comedent mulie
res fructū ſuū puulos ad mēſurā
palme ſi occidet in ſanctuario dn̄i
ſacerdos ⁊ ꝓpħa. Jacuert in t̄ra fo
ris puer ⁊ ſenex v̓gines mee ⁊ iu/
uenes mei ceciderūt in gladio. Jnt/
feciſti i die furoris tui ꝑcuſſiſti nec
miſt̄ꝰ es. Vocaſti q̄ſi ad diē ſolen/
nē q̄ terrerēt me de circuitu: et nō
fuit i die furoris dn̄i q̄ effugeret et
relinq̄ret Quos educaui ⁊ enutri
ui inimicꝰ meus ꝯſumpſit eos. ℟
Hierlm luge exue te veſtibꝰ iocū
ditatꝭ indue te cinere ⁊ cilicio. Qa
in te ē occiſus ſaluator iſrl̄. ꝟ. Plo
rās ploraui i nocte ⁊ lachryme eiꝰ
in maxillis eius. Qa. ¶ L. iij
DEfecit gaudiū cordis nr̄i ver
ſus ē in luctū chorꝰ nr̄. Cecidit coro
na capitis nr̄i. Ve nob q᷑ peccaui
mus ꝓpterea meſtū factū ē cor no
ſtrū: iō ꝯtenebrati ſunt ocli noſtri.
Propt̄ mōtē ſyō q᷑ diſꝑijt vulpeſ
ambulauert in eo. Tu aūt dn̄e ine
ternū ꝑmaneb: ſoliū tuū in gn̄ati
one ⁊ gn̄ationē. q̄re in ꝑpetuū ob/
liuiſcerꝭ nr̄i: dereliques nos in lō/
gitudie diex. Cōuerte nos dn̄e ad
te ⁊ ꝯuertemur innoua dies nr̄oſ
ſicut a p̄ncipio. ſ ꝓijciēs repuliſti
nos: iratꝰ es ꝯtra nos vehemter.
℟ Plāge q̄ſi v̓go plebs mea vlu
late paſtores i cinere et cilicio. Qa
veniet dies dn̄i mag ⁊ amara val
de. ꝟ. Vlulate paſtores ⁊ clamate
aſꝑgite vos in cinere. Qa. ℟. Plā
ge. ¶ Jn. ij. noct. añ. Eleuami por
te eternales ⁊ introibit rex glie. ps.
Dn̄i ē ter. xxviiij. An̄. Credo vidē
bona dn̄i in t̄ra viuentiū. ps. Do/
minꝰ illūia. viij. An̄ Dn̄e abſtraxi
ſti ab inferis aiā meā. ps. Exalta
bo te do. qm̄. viij. ꝟ. Tu āt dn̄e. Mi
ſerere mei. Pr̄ nr̄. Sc̄m Lectō. iiij.
INtēderūt arcū rē amarā: vt
ſagittēnt in abſcōdito imacu
latū Qd dixit intēderūt arcū: h̄ eſt
in abſcōdito q̄ſi fallentes inſidijs.
Noſtis em̄ quibꝰ dolis id egeruut
queadmodū diſcipulū ei coheren
tē pecunia corruperūt vt ſibi trade
ret quō falſos teſtes ꝓcurauerūt q/
bus dolis egerūt vt ſagittarēt in
abſcōdito imaculatū. Magna ini
q̄tas Ecce de abſcōdito venit ſagit
ta. ℟. Receſſit paſtor nr̄ fons aq̄
viue in cuiꝰ trāſitu ſol obſcuratꝰ ē
nā ⁊ ille captꝰ ē q̄ captiuū tenebat
p̄mū hoiē. Hodie portas mortꝭ et
ſeras pit̄er ſaluator nr̄ dirupit. ꝟ.
Añ cuiꝰ ꝯſpcm̄ mors fugit ad cuiꝰ
vocē mortui reſurgūt vidētel aūt
eū porte mortꝭ ꝯfracte ſūt. Ho. L v
QUā maclaz fecit q̄ nec tātam
hēbat maclā q̄nta pōt pūgi
ſagitta. Agnꝰ q̄ppe imaclatꝰ totus
imaclatꝰ ſp imaclatꝰ. Non cui ma
cule ablate ſunt ſed qui maculas
nullas ꝯtraxerit. Nam fecit mul/
tos immaculatos donando pctā.
Jpe immaculatꝰ nō habēdo pctā:
vt ſagittēt in abſcōdito imaclatū
Repēte ſagittabunt eū: ⁊ nō time
būt. O cor dux velle occidē hoiē q̄
mortuos ſuſcitabat. Repēte id eſt
inſidioſe q̄ſi inopinate: q̄ſi nō pui/
ſe. Siliis em̄ neſciēti erat. Erat int̄
ipſos dn̄s ig̃rantes q̄d ſciret. imo
ig̃rantes eū nihil neſcire. i. oīa ſci/

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

re. ⁊ ad h̄ veniſſe vt illi facerent q̄ſ
ſe ptāte facē arbitrabātur. ℞. O
vos oēs q̄ trāſitis p viā attēdite ⁊
videte. Si eſt dolor ſil'is ſicut dolor
me⁹. ℣. Attēdite vniuerſi ꝑpli ⁊ vi
Q Vāta egit (dete. Si. ¶ L. vj.
pilat⁹ quātu; vt refrenarēt.
Qui dixit. q̄d egit. S; firmauerūt ſi
bi ſmonē malignū. Crucifige eū.
Repetitio ꝯfirmatio ē ſmōis ma
ligni. Vide acri⁹ quō ſibi firmaue
rūt ſmonē malignū. Dixit pilat⁹
Regē vr̄m crucifigā;. Dixerūt non
habem⁹ regē niſi ſolū ceſarē. Ob/
firmauerūt ſmonē malignū. Offe
rebat ille regē filiu; dei: illi ad ho/
minē recurrebant digni q̄ illū ha/
berēt ⁊ illū nō haberēt. Adhuc au
di quō firmauerūt ſibi ſmonē ma/
lignū. Nō inuenio aliq̄d in iſto ho
mie ait iudex q̄ dign⁹ ſit morte. Et
illi quidē firmauerūt ſmonē mali/
gnū ⁊ dixerūt. Sāguis ei⁹ ſup nos
⁊ ſup filios nr̄os. Firmauerūt ſmo
nē: nō dn̄o ſ; ſibi. ℞. Ecce quō mo
rit' iuſt⁹ et nemo ꝑcipit corde. viri
iuſti tollunt' ⁊ nemo ꝯſiderat a fa/
cie iniq̄tatis ſublat⁹ eſt iuſtus. Et
erit in pace mēoria ei⁹. ℣. In pace
fact⁹ eſt locus ei⁹ ⁊ in ſyō habitatō
ei⁹. Et erit. ℞. Ecce quō. ¶ In. iij.
noct. An. Deus adiuuat me ⁊ dn̄s
ſuſceptor eſt aīe mee. ps De⁹ in no
mie tuo. xxxiiij. An. In pace fact⁹
eſt loc⁹ eius ⁊ in ſyō hītatio ei⁹. ps.
Not⁹ in iu. xxij. Aō. Fact⁹ ſum ſi/
cut hō ſine adiutorio int' mortuos
lib. ps. Dn̄e ds ſalu. xxx. ℣. Collo/
cauit me in obſcur. Sicut mortu
os ſcli. Pr̄ nr̄. Sequit' ſine titulo id ē
q̄ Lcō ſcti euāge. ſm math. Hic nō dr
nec Et rel. nec Omel. ve. be. ß ſimplr

V Eſpe aūt ſabbati (vt ſequit'.
q̄ luceſcit i p̄ma ſabbati vēit
maria magdalena. et alt'a maria
vidē ſepulcrū. Et ecce tremot⁹ fa/
ctus ē magn⁹. Angelus em̄ dn̄i de
ſcēdit de celo ⁊ accedēs reuoluit la
pidē ⁊ ſedebat ſup eū. Seq̄t'.
V Igilias nob huius ſactiſſime
noct ſicut ex lcōne euāgelica frēs
kmi audiuim⁹ reſurrectio dn̄i ac
ſaluatoris noſtri dedicauit. Juſte
eteni hāc noctē p ei⁹ amore vigilijſ
celebram⁹ ⁊ hymnis q̄ p nr̄o amo
re in ea dormire in morte ac ď mor
te voluit excitari Nā ſicut apl's ait
Mortu⁹ eſt ꝓpter delicta nr̄a: ⁊ re/
ſurrexit ꝓpt iuſtificatōe; nr̄am. ℞
Eſtimat⁹ ſum cū deſcendētib⁹ in
lacū. Fact⁹ ſum ſicut hō ſine adiu/
torio int' mortuos liber. ℣. Et ſicut
vulnerati dormiētes ꝓiecti in mo
numētis q̄r nō eſt mēor ampli⁹ et
ipi de māu tua repulſi ſunt. Fact⁹
Q Vod ipo q̄; ſtatu tpis L. viij
q̄ vel mortu⁹ eſt in cruce vl'a
mortuis reſurrexit oſtēdit. Circa
horā q̄ppe nonā cū inclinata iā eēt
ad veſpa; dies ⁊ tepefact⁹ a meri/
diano feruore radi⁹ ſolis miſteriū
victorioſiſſime paſſionis ꝯſūma/
uit euidēter ſe inſinuās. ꝓpter au/
ferēda ſcelera. q̄bus a diuia luce ⁊
dilectiōe in hui⁹ noctē pegrinatio
nis incidim⁹ cruc ſubiſſe patibu/
lū. ℞. Agn⁹ dei xp̄s imolat⁹ eſt p
ſalute mūdi. nā de parentis ꝓtho
plaſti fraude factor ꝯdolēs q̄n po/
mi noxialis morſu i mortē corruit
Ipe lignū tūc notauit dāna ligni
vt ſolueret. ℣. Xp̄s fact⁹ eſt p nobiſ
obediēs vſq; ad mortem: mortem
autem crucis. Ipſe. ¶ Lectio nona

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Surrexit mãe prima ſabbati
q̃ nũc dies dñica vocat᷑. mani
feſte docẽs nos a morte aïe reſuſci
tatos et in lucẽ ꝑpetue felicitatꝪ ſe
eẽ ꝑductur. Sz ⁊ aliud nob̃ mẽori
ale miſteriũ tp̃e ſue paſſiõis ſepul
ture ⁊ reſurrectiõis itimare cura
uit. Sexta q̃ppe feria crucifixꝰ eſt:
ſabbõ q̇euit in ſepulcro. dñica re/
ſurrexit a mortuis. ſignificãs ele/
ctꝪ ſuis ꝑ ſex huiꝰ ſcl̃i etates inť pi/
cula ꝑſecutionũ bonis opibꝰ inſu
dandũ. ℟. Sicut ouis ad occiſio/
nẽ ductꝰ eſt ⁊ dũ male tractareť nõ
apuit os ſuũ. Traditꝰ eſt ad mortẽ
vt viuificaret ꝑplm ſuũ. ℣. In pa
ce factꝰ eſt locus eiꝰ. Tradi. ℟. Sic
ouis. Sequiť ꝑ oĩa vſ̃ in cena dñi.
¶ Ad laud. Añ. O mors ero mors
tua morſus tuus ero inferne. p̃s.
Miſeré. vj. Añ. Plãgẽt eũ q̃ſi vni
genitũ q2 innocẽs dñs occiſus eſt.
p̃s. Iudica me. xvj. Añ. Attendite
vniuerſi ꝑpl̃i ⁊ videte dolorẽ meũ.
p̃s. Deꝰ ds̃ meꝰ. vj. Añ. A porta in
feri erue dñe aïaꝫ meã. p̃s. Ego di
xi. xvj. Añ. O vos oẽs q̇ trãſitis ꝑ
viã attẽdite ⁊ videte: ſi ẽ dolor ſicut
dolor meꝰ. p̃s. Laud dñm de ce. vij.
Sequiť ſine hy̆. ⁊ cap. ⁊ ℣. Sup bñd
Añ. Mulieres ſedẽtes ad monum
tũ lamẽtabanť flẽtes dñz. Kyriel.
e. Qui expãſis. vſ̃. in cena dñi. ky
riel. bis Ꝙ ꝑpħetice. vſ̃. kyriel. ſel.
Sequiť. Vita i ligno moriť: infer/
nus ex morſu deſpoliať. Dñe mi/
ſeré. cũ cet. ꝑ oĩa vſ̃ in cena dñi cum
coll. Reſpice q̃s. vſ̃ ⌊ Reliqua hor.
diei vſq3 ad vſ̃. dicunť etiã vſ̃. in ꝑ
cedẽtibꝰ duobꝰ die. ⁊c. ¶ ☞ Ad vſ̃. q̃
inchoãť ſolẽniter ſine Deꝰ in adiuto

Laudate (⁊c. cũ añ. All'a. p̃s.
dñm oẽs gẽtes: laudate euꝫ
oẽs ꝑpl̃i. Qm̃ ꝯfirmata ẽ ſup nos
mia eiꝰ: ⁊ vitas dñi manet ineter/
nũ. Gl'ia Sicut. añ All'a all'a all'a
Seq̃n ſine hy̆. cap. et ℣. Sup mgt añ
Veſpe aũt ſabbati q̇ luceſcit in p̃/
ma ſabbati. venit maria magda/
lena ⁊ altera maria videŕ ſepulcrũ
all'a. p̃s. Magt. cũ Gl'ia pri Finita
añ. ſup mgt diceť Dñs vo. Oremꝰ.
Deus q̇ hãc ſacratiſſimã Coll'
noctẽ gl'ia dñice reſurrectõis
illuſtras ꝯſua i noua familie tue
ꝓgenie adoptõis ſpm̃ quẽ dediſti
vt mẽte ⁊ corpe renouati: purã ti/
bi exhibeãt ſuitutẽ. Peũd. Seq̃nd
Dñs vo. Bñdicamꝰ dño all'a. ter.
Deo grãs all'a. ter. nõ plus. ¶ Ad cõ
pleto. nõ d̾: Cõuerte. nec Deꝰ in ad/
iu. ß legenť p̃s in ſil' ſq3 Cũ inuocarẽ
cũ cet. p̃s. et p̃s. Nũc di. ⁊ q̇libet pſ̃ d̾:
cũ Gl'ia. Quibꝰ finitꝪ diceť all'a ſel.
Seq̃n Dñs vo. Oremꝰ. Coll. Deꝰ
q̇ hãc ſacratiſſimã. vſ̃. cũ cõcluſio
ne. Seq̃n Dñs vo. Bñdicamꝰ dño.
ſine all'a. et ſine bñdictione. ⁊ nõ pluſ
Nec preces nec Pr̃ nr̃. nec Credo. nec
pſ̃. Miſerere dñr hic ß ſimplr vſ̃.
ſignat. añ. Salue regina ⁊c. canť
ſolẽniter hac nocte tm̃ cũ ſuo ℣. et coll'
vſ̃. Craſtina die et conſeq̃nter canť
pꝰ cõpl. añ. Regina celi ⁊c. vſq3 ad
oct. pẽth. ¶ ☞ Nota ſi feſtũ ſcti mar
ci inciderit in diẽ paſce trãſferť ſine ſta
tione Letanie poſt octauas paſce. vt
in loco ſuo dicetur ⁊c.

¶ Explicit ps hyemalis de tp̃e.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf